LIBRI SECVNDI TRACTATVS

cunda/qualitas suscipit magis & minus. Est enim una caliditas alie-
ri in gradibus perfectior. Et he due proprietates nō omni qualitatē cō-
ueniunt. Colores enim medij contrarij non habent: nec triangula/
tio magis aut minus suscipit. Tertia, proprie proprium est qualitatē se-
cundum eam simile & dissimile dici, ut duo parietes albedine persus-
similes nominantur. Et hec de absolutis; respectiva discutiamus.

De Relatione. Capitulum octauum. DISCIPVLVS.

Relatiua.

Relatiua quæ sunt? MAG. quęcumq; hoc ipsum quod sunt
x aliorum dicuntur: vel quomodolibet aliter ad aliud. ut pater di-
citur filij pater. duplum dimidij duplum: maius autē dicitur

Relatiua.
secundū esse

minore maius: & similis simili similis. & dominus serui dominus. Et
hec definitio relatiuis secundū esse & dici conuenit. DIS. quę sunt
relatiua secundum esse? MAG. quibus totum esse est ad aliud: vel

Relatiua.
secundū
dici.

quę de principali significato important relationē. ut pater: filius. Re-
latiua vero secundū dici: sunt subiecta a dictis relationibus denomi-
nata. ut pater a paternitate. vel sunt quę de significato minus princi-
palis importāt relationem annexam. ut scientia & virtus &c. Ex quo
sequitur. Si quis definite nouerit unum relatiuorum / definite noscet
& reliquum: Sicut enim esse unius est ad aliud: ita & cognosci unius

dependet a cognitione alterius. De his autem omnino determinare
est difficile: dubitare autem & querere non inutile. Sunt autem relati-
ones huius prædicamenti respectus non rationis ut species vel ge-
nus per opus relatiuum intellectus fabricata: sed reales ut similitudo
parentitatis: non aptitudinales sed actuales & intrinsecus aduenientes

Relatiua
equiparen-
tię.

Et harum quædam sunt equiparentię: quę scilicet secundum eandē
rationem sunt in eo quod refertur: & ad quod fit relatio. ut similitudo
ratione albedinis est in utroq; termino. quædam sunt disquiparentię.

Relatiua
disquipa-
rentię.
proprietates relati-
uorum

per oppositum. ut paternitas in patre est / ratione potentie actiue quę
genuit Filiatio autem in altero extremo est ratione alia scilicet poten-
tie passiue filij geniti. DIS. Proprietates relatiuorum quorū sunt?

MAG. Quatuor. quarum prima hæc est. Relatiua contrariantur
ut virtus vitio contrariatur: & ignorantia disciplinę. Secunda Relati-
ua suscipiunt magis & minus. ut simile dicitur aliquid magis vel mi-
nus. Hæ tamen proprietates non omnibus relatiuis nec etiam ali-
quibus conueniunt: quia relationes / sed ratione fundamentorum.
Tertia omnia relatiua dicuntur ad conuerentiam ut duplum dicitur
dimidij duplum. & pater filij pater: & rursus dimidium dupli dimidi-
um est. & filius patris filius est. Hoc tamen fallit si correlatiui non fu-
erit conueniens assignatio. In multis enim relatiuis hoc contingit ut

II. DE PRAEDICAMENTIS.

Augusti. non inueniatur vocabulum quo sibi vicissim respondeant quæ ad se referuntur. Augustinus quinto de trinitate; capitulo duodecimo. Vnde ala auis ala est; non autem econtra auis alæ auis dicitur: similiter remus nauius remus est: sed non omnis nauius remi nauius est: cum sint naues remos non habentes. Oportet igitur correlatiua conuenienter assignare: & pro aue alatum pro naue remitum dicere. Dicitur enim ala ala ala: & econuerso: alatum alæ alatum & remus remi remus: similiter remitum remo remitum appellatur. Sic & caput capiti caput est & relatiue ad se dicuntur: quæ etiam substantiæ sunt. **DIS.** Quo modo autem cognoscimus si correlatiui sit conueniens assignatio?

MAGI. Quando seclusis omnibus ab ipso quæ accidentaliter de eo dicuntur: ipsum adhuc ad relatiuum refertur, ut seclusa risibi sitate/animalitate & ceteris a domino nihilominus ad seruum refertur: seclusa vero/ ala ab aue/ ad alatum amplius non dicitur. Quare proprietates, Relatiua sunt simul natura/ortu & occasu. Posita enim se ponunt & perempta/ se perimunt, ut si pater est/ filius est & econuerso. Nec valet instantia de scientia & scibili: sensu & sensato, nam Relatiue scientia non refertur ad scibile: sed scitum, sic sensus non refertur adueniens ad sensibile: sed sensatum. Hæc de relationibus intrinsecus aduenientibus: quæ scilicet positæ extremis necessario sunt. Restat ut de relationibus extrinsecus aduenientibus aliquid despiciamus.

De Actione. Capitulum nonum. DISCIPVLVS.

Relationes extrinsecus aduenientes quas dicis? **MAG.** Eas quæ positæ extremis non necessario sunt. Si enim sit ignis & ligatio extrinsecus actionem esse necessarium non est/ donec fuerint applicata. **DIS.** Actio igitur est relatio extrinsecus adueniens? **MAG.** adueniens est & non sola sed & passio: & alia quæ supersunt prædicamentis. **DIS.** Actio quid est? **MAG.** Est forma respectiua secundum quam in id quod subijcitur agere dicimur, ut secamus formaliter ipsa sectione: & ignis calefacit formaliter calefactione: effectiue vero calefacit calore. **DIS.** Quorsunt huius prædicamenti proprietates? **MAG.** Tres proprietates. Prima Actio habet contrarium, ut calefactioni contrariatur frige factio. Suscipit etiam magis & minus, ut magis & minus calefacere dicimur. Sciendum autem has proprietates non respectibus illis quæ actiones sed eorum cognoratis potius conuenire. Tertia est proprie proprium est. Actioni ex se inferre passionem id est actio est forma respectiua quæ agens formaliter in patiens producit formam absolutam: quæ dicitur passio, ut ignis mediante calefactione inducit in aqua passionem.

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

scilicet caliditatem a qua effectiue aqua patitur: formaliter autez a re
spectu actioni opposito: quam similiter passionem appellamus.

De Passione. Capitulum decimum. DIS.

Passio.

p Passio quid est? MAG. Est effectus illatioq; actionis. ut ca-
lefactio passiva producta in aqua effectus est: & illatio calefa-
ctionis actiue: qua scilicet ignis formaliter calefacere dicitur.

pprieta/
re: passio
nis

Passio igitur actionis effectus est: non ut cause efficientis sed forma/
lis mediante qua agens passionē passio infert. Posset insuper alia defi-
nitio passionis dari. DIS. Quæ? MAG. Passio est secundū quā
id quod subiicitur pati dicitur. ut aqua calefieri dicitur formaliter calefa-
ctione passiva. DIS. Huius pprietas habet cū Actione cōmunes. & tertiā pro/
duas primas proprietates habet cū Actione cōmunes. & tertiā pro/
priam: scz propriū est passioni inferri ex actione. DIS. Actio & Pa-
ssio qm correlatiua sunt/ simul natura sunt. quō igitur passio ex actio-
ne potest inferri: cum inferens illato naturaliter prius sit? MAG. Si
pprietatē de absolutis accipimus: dubitationem non habet. Passio
enim uti est caliditas producta in aqua ab igne infertur. sed cū hæ q
litates sint: ad hoc genus minime pertinent. Necesse est ergo ut intelli-
gamus passionē formaz respectiua inferri ex actione tanq; principio
formali. ab agente vō tanquā a principio effectiui. Stat autē causaz
formalem mediante qua/ simul esse cū effectui. DIS. Admittis igitur
actionē & passionē esse correlatiua? MAG. Admitto. DIS.

Ergo diuersa prædicamenta efficere non possunt sed in eadē continē/
Actio & passio sūt nec ego actionē & passionē diuersa prædicamenta/ sed unius prædi/
uni⁹ gene camenti diuersos modos esse intelligo. Vnde Augustinus in logica Augusti
ris prædic/ sua. Actio & passio genere conueniūt & qualitate differunt. DIS.
mentalis. Cuius generis modi sunt? MAG. Transmutationis, quæ dicitur respe-
ctum mutuum agentis ad patiens & econuerso.

De Quando. Capitulum undecimum. MAG.

Quando

q Vobis sequitur in ordine prædicamentorū est Quando. Et est
quod ex adiacētia temporis in re tēporali derelinquitur. ut ho-
die. In re enim hodierno mensurata tempore respectus tēpo-
ris mensurantis causatur. Est autē respectus extrinsecus adueniens. nā
positis extrēmis sine earundē applicatione non consurgit. ut posito
homine extra cōmū fundamentū & terminus ipsius quando sunt/
scz homo extra cōiū & tempus sub coelo: sed nondū quando est.

pprieta
tes Qñ

DIS. Quot sunt proprietates huius prædicamenti? MAG. tres
Prima. Quando non habet contrarium. Secunda. Quando nō su-
scipit magis nec minus. Tertia. Quando inest omni illo quod inci-
pit esse in tempore. Et intelligendum de quando passiuo. Quando

II DE PRAEDICAMENTIS

enim actiuum est in tempore rem temporalem mensurante. Et si/
cur actio & passio unius praedicamenti diuersi sunt modi: ita quan-
do actiuum & passiuum. pergamus ad ubi. DIS. Perge.

De Vbi. Capitulum duodecimum. MAG.

Vbi. Bi est circumscripção corporis locati a loci circumscriptione
V procedens ut esse in aqua / in aere &c. Ex hoc enim q locus
locatum circumscribit duplex confurgit respectus. unus in
corpore locato. & est ubi passiuū hic definitū: oppositus in loco circū-
scribente & dicitur ubi actiuū: & est locus pro formali. DIS. Oſten-
das & hunc respectum extrinsecus aduenientē. MAG. Q. uia po-
ſitis extremis non applicatis non confurgit. Posito enim homine extra
coelum esset in mundo locus / & locabile extra coelum sine ubi actiuo
& passiuo. DIS. pprietas hui⁹ quor sunt? MAG. Duę. Prima. propterea
ubi nō hētrariū. Secūda ubi nō suscipit magis & min⁹ Oppōitū tñ
veri⁹ est: q̃a ubi est p se termin⁹ mot⁹. S; de hoc in naturalib⁹ / positio
nem percuramus.

De Positione Capitulum tredecimum DIS.

Positio Oſitio quid est? MAG. Positio est quidam partium situs
P & generationis ordinatio ut esse sursum; sessio; statio. &c.
Pro cuius intellectu sciendū q̃ positio primo dicit extensio /
nem quantitatis extra partem quantitatiuā. & sic est predicamenti
quantitatis. Sunt enim quāitates habētes positionē partiu in con-
tinuo. ut linea superficies. Secūdo positio dicit respectū partiu po-
ſitarum secūdu positionis differētiās ad locū. & sic est predicamē-
tum ab alijs distinctū Respectus autem partiu inter se & in toto sunt
huius predicamēti modi speciales. Vel dicat. ut Augustin⁹ dicit q̃
sunt in ad aliquid quia sunt respect⁹ intrinsecus adueniētes. Ex quo
sequit q̃ si aliquod corpus poneret extra coelum adhuc haberet il-
lam positionē. In definitōe capiat & pro vel. DIS. Q. uor sunt Positio-
nis pprietares? MAG. Tres. Prima. Positio nō habet con-
trariū. Secūda positio non suscipit magis & minus. Tertia prop-
riū est positioni substantię proximę assistere id est nullū proximū
substantię adest. Licet aliquod ēque ppe sc; ubi. simul em res in lo-
co est & in eo situata est. Definita est autē hic positio passiuā fundata
in re posita. Positio autē actiuā est respect⁹ opposit⁹ in loco fundat⁹.

De Habitu. Ca. decimumquartum. MAG.

Habitus. Oſtemū in numero predicamentorū Habitu conspicimus.
P Est autem habitus corporū & eorum qui circa corpus sunt
adiacentia. Id est habitus est respectus in corpore habituato
ex adiacencia habitus causatus. Et est habitus passiuus. Nam in re
adiacente causat respectus alius qui habitus actiuus dicitur ut esse ru-
nicatum, esse lorjcatum. DIS. Q. uor sunt habitus pprietares?

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

pprietas
habitus

MAG. Tres Prima habitus suscipit magis & minus ut equus est ar
maior pedite. Hec pprietas attribuit habitori non ut respectus est :
sed ratione fundamenti: quod & si intensius magis & minus non susci
piat (quia substantie sunt arma) tamen extensius: quia in equite sunt
magis pluriplurificata & in pedite. Secunda habitus non habet contrariu
m. Tertia habitus semper est in pluribus. si intelligatur scilicet in
habito & habituato sic convenit ubi & quando & alijs. quia ut visum
est Vbi est duplex scilicet actiuum & passiuum. sic quando. sic & possi
tio. sic similiter & habitus. Aliter ergo intelligenda est pprietas.
habitus semper est in pluribus id est potest in pluribus fundari li
mul & semel. ut vestitum esse simul & semel potest esse ex adiacen
tia tunicæ & pallij. sic & tunicatus quis dicitur etiam si decem tunicas
induisset. De his satis dictum sit: postpredicamenta perillustrabimus.
Eorum namque noticia necessaria est. utque predicamenta consequuntur
sognoscamus pprietates.

De Postpredicamentis. Ca. decimumquintum. DIS

postpre
dicamenta

Q uor sunt postpredicamenta MAG. Quinque scilicet Oppo
sitionis. Simul. Prius. Morus. & Habere. DIS. de his itaque si qu
habes in medio ferre ne graueris. Et primum de oppositione.

Oppositi
onis spes
Contraria

MAG. Oppositionis quattuor sunt species. Nam oppositorum que
dam sunt contraria: quedam contradictoria: quedam relatiue & que
dam priuatiue opposita. Contraria autem sunt quecumque sub eodem ge
nere posita maxime a se inuicem distant et id susceptibili vicissim in
sunt a quo & mutuo se expellunt: nisi alterum insita natura (ut nigre
do corui) Exempla sunt caliditas & frigiditas albedo & nigredo.
Sed regula hec in his contrarijs que bona & mala sunt deficit inquit
Augustinus in Enchyridion. c. 13. hec enim duo contraria ita simul
sunt. ut si bonum non esset in quo malum esset: prorsus nec malum esse
potuisset: quamuis bona sine malis esse possint Sed hic priuatiue op
posita contraria extento nomine dicere videtur. nam exemplificando
ait. potest enim homo vel angelus non esse iniustus: iniustus autem non po
test esse nisi homo vel angelus. Hoc qui voluerit. c. antecedenti & se
quenti ibidem diligentius inquirat. ad ppositum redeamus. Sunt autem
contraria duplicia: videlicet medita & imediata. DIS. Quae sunt
contraria imediata? MAG. Quorum subiecto susceptibili existen
te necesse est alterum eorum inesse. ut paritas & imparitas respectu
numeri. Contraria vero mediata sunt. quorum subiecto susceptibili ex
istente non est necesse alterum inesse. Potest enim medium inesse. ut albedo
& nigredo. inter que mediat rubedo &c. Quibusdam tamen medijs
nomina non sunt imposita: tunc sumenda sunt per abnegationem utri
usque extremi ut medium inter prauum & studiosum est. quod nec prau
um nec studiosum est. DIS. Quae sunt contradictorie opposi

imediata

mediata

August

August
in ench

II. DE PRAEDICAMENTIS.

MA. Quorū si alterū est necesse est alterū non esse: ut sedere & nō sedere. **DIS.** Quē sunt relatiue opposita? **MA.** Quibus hoc ipsum est ad aliud quodāmodo se habere. ut duplum & dimidiū. **DIS.** Quē sunt priuariue opposita? **MAG.** Quē habent fieri circa idem subiectum ordine irregressibili & tempore determinato a natura. ut visus & cecitas circa oculum (cē us autē nō dicitur qui nō habet visum sed qui visum non habet tempore determinato quo deberet habere. ut catellus ante nonum diem nec videt nec cecus est) dicitur autē ordine irregressibili. de visu em ad cecitatem contingit progredi & nō econuerso. Impossibile est em a priuatione perfecta in habitum fieri progressum: existente principio in/inseco. nam a tenebris aeris regressio fit in lucem: eo qđ principiu lucis sit extra aerem.

Contradictione opposita.
Relatiue opposita
priuariue opposita

De Prioritate. Capitulum sedecimum. **MAG.**

Secundum postpredicamentū est Prius. Cuius quidē quatuor sunt modi. **DIS.** Quis? **MAG.** Primus est: quo alterum est prius altero secundū tempus. quod enim antiquius & senius est: prius est Secundus est quo alterū prius est altero: quia ab eo nō conuertitur subsistendi consequētia: ut unum prius est duobus. sequitur em bene: duo sunt igitur unum est: sed nō conuertit. unum est igitur duo sunt. Tertius est quo aliud dicitur prius alio ordine. ut littera prius sunt syllabis. Quartus est qđ aliud dicitur prius altero: quia melius & honorabilius est. Hunc tamē modū Augustinus inutilem dicit & in duodecimo libro cōfessionū Prioris modos ponit quatuor dicens. Deū precedere omnia eternitate: florem fructum tempore & rursus fructum florem electione: & sonum precedere cantū origine. quomodo & informis materia precedat iam origine scilicet & non tempore Et pręter hos est alius modus prioris: quo scilicet alterū alio prius est natura: & ab ipso conuertit subsistendi consequētia. ut res est prior veritate propositionis. Ab eo enim qđ res est vel non est oratio vera vel falsa dicitur. unde hominē esse prius est: quā hęc vera sit. homo est Et ab eo conuertitur subsistendi consequētia. sequitur em bene verū est hominē esse igitur homo est.

prioris modi.

Augusti.

Augusti
n endi

De Simultate. Capitulum decimum septimum. **MAGISTER.**

Eritū in ordine postpredicamentū est Simultas cuius tres sunt modi. **DIS.** Quis? **MAG.** Primus. quo aliqua simul sunt tempore. ut ignis & splendor eius. Secundus est qđ simul dicunt a quibus conuertitur subsistendi consequētia: & neutrum est causa alterius. ut relatiue opposita sequit enim duplex est: igitur dimidiū est. & tamē neutrum est alterius causa. Tertius est qđ simul sunt ea quę ex opposito aliquod genus diuidunt. ut rationale

Simultatis modi

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

& irrationale: quæ diuidunt animal. id est demonstrant comunicabi-
litate[m] ipsius animalis eo q[uod] potentiam eius declarant.

De Motu. Capitulum decimū octauū. MAG.

Motus Vartum Postpredicamentū est Motus. Echuius sex sunt spe-
species q[uod] cies. Accipitur autē hic Motus cōmuniter pro transmutatio-
Gēratio. ne quacūq[ue]. **DIS.** Quæ sunt hæc motus species? **MA.**
corruptio Generatio: Corruptio: Argumētatio: Diminutio: Alteratio & loci
augmen- mutatio. Est autē Generatio p[ro]gressio a non esse ad esse. Corruptio
ratio p[ro]gressio est ab esse ad non esse. Augmētatio est p[re]existētis quæ
diminutō titatis maioramentū. Diminutio autē p[re]existētis quātitatis minora-
alteratio mentum est. Alteratio autē est mutatio a qualitate contraria in con-
loci muta- trariam. ut de albo in nigrum. Locivero mutatio motus est de uno
tio loco in alium. ut de sursum ad deorsum. De his autem latius videbi-
mus in naturalibus.

De Habere. Capitulum decimū nonum. MAG.

Habendi Vintum & ultimū Postpredicamentū est Habere. quod qui-
modi q[uod] dem dicitur multis modis. Primo enim dicimur habere qua-
litate[m]. ut virtutem. Secundo dicimur habere quantitate[m].
ut magnitudinem. Tercio dicimur habere ea q[ue] circa corpus sunt.
ut habere annulū in digito. Quarto habere dicimur membrū. ut
pedem aut manum. Quinto dicimur habere possessionē. ut domū
vel agrum. Sexto continens contentum habere dicitur. ut vas ha-
beret vinū. Septimus habendi modus est quo vir habet uxore[m]. Ethic
modo habendi est alienissimus. vir enī nō habet uxore[m] nisi quia cū
ea sociatur: & cum eam habet / habetur ab eadem. Preter hos autē
& si alii sint habendi modi: ad p[re]dictos tamen reduci possunt. Hęc
sunt filii quę de Predicamentorum rationibus ignorare turpe dicitur
autem opere p[re]cium est. Videamus & reliqua. **DIS.** Ecce indes-
fessum me semper habes auditorem.

Tractatus tercius. De Propositione. Ca. i. MAG

cognitis itaq[ue] Prædicabilibus & Prædicamentis cōsequens est
ut discutiamus ad quē finem logicus harum ordinauerit no-
ticiam. **DIS.** Estimabam ex his quę ab initio p[re]miseras?
hec omnia ad discretionem veri falsiq[ue] deferuire. **MAG.** Et recte
opinatus es. Talis autem discretio sine argumētatione / & argumē-
tatio absq[ue] p[ro]positione haberi non potest: quia propter ea quę dicta
sunt imediate ad p[ro]positiones / & p[ro]positiones ad argumentationes /
quæ rursus ad cōmunē logicę finem applicandę sunt. & quonia[m] res
non semper ad disputationē ferre possumus: pro rebus utimur vo-
conceptibus. Sicut enim scripturę vocū / ita voces rerum: & conceptuum Aristote-
simplices id est passionū animę n[ost]rę sunt. Et sicut in intellectu quidā conceptus. i. p[er]
cōpositi sunt simplices nec veri nec falsi: quidā vero cōplexi veri & falsi: sic herme.

similiter quædā voces sunt simplices nec verum nec falsum signifi-
cantes: quædā vero compositæ veræ & falsæ (circa compositionem
nāq̃ veritas & falsitas sunt) Et hæc ex nomine & verbo. res predica-
biles & subijcibiles signantes (id est cōceptibiles: unus in ordine ad
alteram) constituuntur & vocantur orationes.

De Oratione. Capitulum secundum. DIS.

Vid est Oratio? MAG. Est vox significativa ad placium Oratiōis
cuius partes separatæ aliquid significant ut dictio nō ut ora- definitio.
tio. ut homo currit: homo significat hominē & currit actum
currendi. partes tamē remotæ scilicet dictiōis syllabę nihil signifi-
cāt. urho & rit. Oratio bifaria est: pfecta & imperfecta. Perfecta ora perfecta.
tionem dicimus quæ pfectum in animo audientis sensum generat. imperfecta
ut homo currit. Per oppositum oratio imperfecta est quæ nō sensum
perfectum in animo audientis causat ut homo albus. Et a logico ab-
incitur. perfecta vero rursus multisariē partitur. Quædā enim in-
dicatiua: alia impatiua: alia deprecatiua: alia optatiua: alia cōiuncti-
ua. &c. secundū q̃ verba in oratiōe posita in modis variantur. Sed oratio in
inter has logicus solam indicatiuā de verbo p̃sensu temporis acci- dicatiua ē
pit. Hęc em̃ sola verum aut falsum significat: & inde enūciatio siue enūciatio
propositio dici meretur. Patet igitur talem cōponi ex nomine ut de
finitū est in prioribus. Obliqua enī nomina si iungantur verbis indi-
canti modi orationē incongruā constituunt: ut canonīs currit: & sic
nec veram nec falsam (verū enī & falsum p̃supponūt cōgruum)
Similiter ex verbo prius definito. verba enī sc̃dm se sumpta nec ve-
rum nec falsum significant: sed nominibus similia sunt. ut est si purū
dixeris/ nihil significat (scilicet veri vel falsi) denotat tamen quandā
compositionē/ quam sine extremis non est intelligere. ob hoc inde
finitione verbi dicitur: & est semper eorum quæ de altero dicitur nō
ta Ad incepta redeamus.

De Propositione. Capitulum tertium. DIS.

Vid est ppositio? MA. Est oratio verū vel falsū significās ppositio
vel est oratio non omnis: sed in qua verū vel falsū est: ut ho-
mo est animal. Et hæc quidem est duplex: scilicet una & plu-
res. DIS. Quid est propositio una? MAG. quæ unum de uno Vna
significat. vel est cōiunctione una. Sed propositio plures est quæ nō plures.
unum sed plura significat inconiuncte. ut Canis est albus. Reiecta
secunda logicus primam amplectitur. Quæ bipartita est: ut eius ma-
nifestat definitio. Est enim quædam una simpliciter quam categori-
cam id est prædicatiuam dicimus. ut homo currit. Quædam vero
est una cōiunctione: quam hypotheticam id est suppositiuam nō/
minamus. ut homo currit & asinus mouetur. Propositio una simpli-
citer/ rursus duplex est: scilicet de inesse & modalis.

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

De propõe una simpliciter siue categorica. Ca. iij. DIS

cathego- Vid est propositio categorica de inesse. MAG. Est quæ
rica q habet subiectũ & prædicatũ: vel aliquod pportionabile illis:
Propositi- mediante copula cõiuncta, ut homo est animal. Subiectum
onis diui autẽ dicimus de quo aliquid enuntiãt. Prædicatũ autem quod de al
lio f. d. m. tero dicitur. Copula est quæ subiectũ prædicato cõiungit. ut hoc ver-
bitatem bum sum. cũ suis cõdeclineis. Propositio categorica rursus diuidi-
tur: nõ quidem secundũ substantiã. sed quantitatẽ in uniuersalẽ par-
Vniuersa- ticularem/ indefinitam & singularem. DIS. Vniuersalis quæ est
lis MAG. In qua subiectum est uniuersale/ signo uniuersali determi-
signa uni- natum. ut omnis homo est animal. Sunt autẽ signa uniuersalia hæc
uersalia. Omnis/ nullus/ quilibet/ neuter/ uterq; & similia. Vel est quæ omni
Particula- aut nulli (scilicet subiecto) inesse significat (ipsum prædicatũ) Parti-
ris. cularis est in qua subiectũ est uniuersale / signo particulari determi-
signa par- natum. ut quidã homo est animal. Sũt autẽ signa particularia hæc.
ucularia Quidam/ aliquis/ alter/ & similia. Vel est quæ alicui/ aut alicui nõ
indefinita aut non omni inesse significat. Indefinita est in qua subiectũ est uni-
uersale sine signo distributiuo positiũ. ut homo est animal. additur
autem distributiuo: propter illã Omnes apostoli dei sunt duodecim.
ubi signum omnes nõ distributiuum sed collectiuũ est. . vel est quæ
Singl'ris. inesse aut nõ inesse significat/ sine signo uniuersali vel particulari. Sin-
gularis vero est in qua subiectũ est indiuiduũ/ discrete rentum (ppter
illam: iohannes est terminus discretus) ut iohannes est homo. ille ho-
mo est animal. Ampliº quelibet hæc duplex est/ affirmatiua scilicet
affirmati- & negatiua. Affirmatiua dicimus: in qua prædicatũ affirmatur de sub-
iecto. ut homo est animal. Negatiua vero in qua prædicatũ de subiecto
gatiua: negatur. ut homo non est animal. Et hæc diuisio ppositionis secundũ
qualitatẽ est. Animaduertendũ/ nõ eodem modo de hac triplici diui-
Interrogatione interrogationes formari. De substantia enim inquirimus p. quæ
riua pro/ est? & respondemus. categorica vel hypothetica. De quantitate per-
positionis quanta est? Et respõdemº. uniuersalis: particularis indefinita vel singula-
ris. Et de qlitate p. qualis est? Et respõdemº affirmatiua vel negatiua.

De Oppositione propositionũ. Ca. v. MAG

Reter autẽ hæc necessaria est ad ppositionis noticiã passionum
p eiusde cognitio. Quæ sunt oppositio cõuersio: & equipollen-
tia. De quibus videndũ erit per ordinẽ pmissis nõ nullis diui-
sionibus. Quæ prima. Propositionũ categoricarũ: quædam tam in
subiecto q in prædicato præcipant. ut homo est animal. homo non est
animal. Quædam altero tantum. ut homo est animal. asinus est aial.
Quædam nullo: ut homo currit. asinus mouetur. Secunda. Propositio-
onũ in subiecto & prædicato participantũ: quædam participant ordine cõ-
uerso. ut homo est animal: animal est homo. Quædam p participat

Quib
ppositi
nibº c
ueniat
positio

Materia
naturalis

III. DE PROPOSITIONE

Quibus ordine eode. ut homo est aīal. omnis hō est animal. Et his ultimo or/
pposito/ dine ænumeratis accidit oppositio partia qdrifarie. Sunt enī quæda
nib⁹ con ppositiones oppositæ contrarie/quæda contradictoriæ. quæda subcō/
ueniat op trarie. quæda vero subalterne. Oppositiones intelligunt de ppositio/
bosio nibus simplicis qualitatibus. DIS. Contrarie quæ sunt? MAG. Vni contrarie
uersalis affirmatiua & uniuersal⁹ negatiua eiusde; subiecti & p̄dicati. ut
oīs hō est aīal. nullus hō est aīal. Contradictoriæ sunt uniuersalis affir
matiua & particul⁹ negatiua. ut omnis homo est aīal. quidam ho/
mo nō est animal. & uniuersalis negatiua & particularis affirmatiua :
eiusde; subiecti & p̄dicati. ut nullus homo est animal. qdam homo
est aīal. Subalterne sūt uniuersalis affirmatiua & particul⁹ affirmati subaltne.
ua eiusde; subiecti & p̄dicati. ut omnis hō est aīal. qdā hō est aīal.



Et uniuersalis negatiua & particul⁹ negatiua eiusde; subiecti & p̄/
dicati. ut nullus homo est aīal. quidā homo nō est aīal. Subcō/
trarie sunt particul⁹ affirmatiua & particularis negatiua eiusde; sub
iecti & p̄dicati. ut qdā homo est aīal. qdā homo nō est aīal. Com
prehendunt autē in pposito inde finita & singularis sub particulari.
Nā quidqd de una dicit idem de aīa intelligendū est. Oportet au/
tez ppositionū oppositas subie/
cta & p̄dicata teneri significati ue; æque ample. æque stricte & co
de genere suppositionis. Omniū dictorū exēpla patēt in figura hic inserta. Nec hoc silentio præte/
reūdū ppōes scz oppositas certis constringi legib⁹: scdm q̄s veri/
tas v⁹ falsitas earundem simp po

test esse vel non esse: quas tamen facile non cognoscimus / nisi & ma
teriam propositionum intelligamus.

De materia propositionum. Cap. sextū. DIS.

Ateria ppositionū quid est? MAG. est subiectū & p̄dicatum
m ppositionis pro materiali. In hac. i. de hac materia dicit esse p
posito. Formal⁹ materia est habitudo & respectus p̄dicati ad
subiectū necessaria/contingēs aut remota secundū p̄dicati & subiecti
exigentiam. Vnde materia triplex est: scilicet Necessaria: Contingēs
& Remota. Materiam autem necessariam siue naturalem dicimus: cū
p̄dicatum est de essentia subiecti; vel proprium eius, ut homo est

Materia
naturalis.

materia p
positioni

g ij

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

materia animal. homo est nifiibilis. Contingentem vero: cum prædicatum potest adesse vel abesse subiecto præter subiecti corruptionem. ut homo contingens est albus. Et remotam materiam accipimus: si prædicatum non potest remota conuenire subiecto. ut homo est asinus.

De legibus propositionū. Capitulum vij. DIS.

lex contra-
narum.

Væ est lex Contrariarum. MAG. Hæc est. Contrariæ nunquam possunt simul esse veræ aut falsæ de materia naturali vel remota: de materia autem contingenti possunt simul esse falsæ. ut omnis homo est albus: nullus homo est albus. DIS. Nūquid hæc propositiones. omne animal est homo. nullum animal est homo. contrariæ sunt de materia naturali & simul falsæ sunt. MAG. Contrariæ quidē sunt & simul falsæ: de materia autem naturali non sunt: sed contingenti: Nam inferiora non sunt de essentia superiorum: cum ipsi accidunt inferioribus.

lex subco-
trariarum.

id est extranea sunt. DIS. Quæ est lex Subcontrariarum. MAG. accidit superioribus hæc est. si una est falsa: reliqua est vera: & non conuerso. possunt enim ambæ esse veræ de materia contingenti. ut quidam homo est albus. quidam homo non est albus. DIS. Quæ est lex Subalternarum. MAG.

lex subal-
ternarum.

hæc est. Si uniuersalis est vera particularis est vera: & non conuerso. & si particularis est falsa: uniuersalis est falsa: & non conuerso. DIS.

lex contra-
dictoriarum.

Lex Contradictoriarum qualis est. MAG. talis. Si una est vera reliqua erit falsa: & conuerso: de quacunque materia. DIS. Haud assensio: sequeretur enim contingens esse necessarium: & de necessitate euenire: & similiter contingens esse impossibile & non posse fieri. Nam si quis dicat nauale bellum erit cras: & nauale bellum non erit cras: contradictorias dicit: ergo una esset vera & reliqua falsa. Id autem quod verum est necessario eueniet & per consequens contingens non est. Et quod falsum est impossibile est fieri: nec contingens est. Ex quo rursus concluditur omnia de necessitate euenire: & nos frustra de futuris consiliari aut deliberari. MAG. Iste tua argumentatio: quod inferens concluderetur de vera: si in contradictorijs de futuro contingenti una determinaret: determinatio de futuro: natione de necessario vera esset: & reliqua eadem determinatione falsa & falsa est: licet necessarium sit hanc vel illam veram aut falsam esse. Nec quia ita vel aliter eas enunciamus magis veræ aut falsæ sunt. Propter enim nostrum affirmare aut negare nihil sequitur in re. Tamen de oppositione Ad conuersionem pergamus.

Solutio

de vera: si in contradictorijs de futuro contingenti una determinaret: determinatio de futuro: natione de necessario vera esset: & reliqua eadem determinatione falsa & falsa est: licet necessarium sit hanc vel illam veram aut falsam esse. Nec quia ita vel aliter eas enunciamus magis veræ aut falsæ sunt. Propter enim nostrum affirmare aut negare nihil sequitur in re. Tamen de oppositione Ad conuersionem pergamus.

Aristotel.
pri. phie.

De Conuersione. Capitulum octauum. DIS.

Conuersio

Vid est Conuersio. MAG. est mutatio prædicati in subiectum & conuerso. vel est duarum propositionum categoricarum: utroque termino participantium ordine conuerso unius ad alteram conuersio quæntia formalis. Et est duplex scilicet simplex & per accidens. Conuersio simplex: ut conuersione simpliciter dicimus mutationem prædicati in subiectum: & con-

uerso: manēte eadem quātitate & qualitate. ut nullus homo est lapis igitur nullus lapis est homo. homo est aīal: igitur aīal est homo. Cō-
 uertunt autē hac cōuersione vniuersalis negatiua in se. & particularis
 affirmatiua in se. Cōuersionē ꝑo per accidēs appellamus: cū fit mu- **Cōuersio**
 ratio p̄dicatī in subiectū & cōuerso manēte eadem quātitate: quātitate **p accidēs**
 tamē variata. ut omnis hō est aīal. igitur quiddam aīal est homo. Cō-
 uertitur itaq; hac cōuersione vltis affirmatiua in p̄diculārē affirmati-
 uam. Similiter uniuersalis negatiua in p̄diculārē negatiuā. ut nullus
 homo est alinus. igit quidam alinus nō est homo. Atq; ad uniuersalē
 negatiuā potius particularis negatiua infertur q̄ uniuersalis ne-
 gatiua in p̄diculārē negatiuā conuertat per accidēs. Dicitur enī cō-
 uersio per accidēs: q̄a vltis per aliud (videlicet p̄ particularē) cōuer-
 tatur. ut vltis affirmatiua infert p̄diculārē affirmatiuā: & hęc rursus in
 se conuertitur. Ideo vltis affirmatiua in ipsa p̄ accidēs conuertitur.
 Particularis autē negatiua simpliciter cōueri non potest: ideo & vltis
 negatiua in ipsa p̄ accidēs non cōuertit. Præter has autē & alia cōuer-
 sionis species quæ p̄ contrapositionē nomināt. **DIS.** Quid ē cō- **cōuersio**
 uersio p̄ contrapositionē? **MAG.** Est mutatio p̄dicatī in subiectū **p̄ contra-**
 & cōuerso manente eadē quātitate & quātitate: mutatis tamē terminis **positionē**
 finitis in terminos infinitos. Et hac cōuersione conuertit uniuersalis
 affirmatiua in se. similiter & particularis negatiua in se. Exm̄ primi
 oīs hō est aīal: igit oēs non aīal est nō homo. Exm̄ secundi. q̄dam
 homo non est alinus. igitur quidā nō alinus non est nō homo. hāc
 tamē cōuersionē Aristoteles nō posuit: eo q̄ ad syllogismos redu-
 ctionē minime valet: nec consequētia formalis fit. Ob id secundū ip-
 sum p̄dicularis negatiua nō conuertitur. Est autē idē iudiciū de indefini-
 tis/singularibus & p̄dicularibus q̄ ad cōuersionē & syllogisationē. Et
 illud animaduertas. si quādo signū aliqd ad subiectū potinum fuerit
 q̄ hoc totū in cōuersione ponatur ad p̄dicatū: sed tamē hoc nō cō-
 tingit nisi in p̄positionibus ubi subiectū vltis est & in cōuersione q̄u-
 ritas & quitas non mutatur. Verū tamē exclusiua conuertitur in vltimā
 de terminis trāspōsitis. ut tantū homo est risibilis: igitur omne risibi-
 le est homo. Exceptiua autem/ut ista. oīs homo p̄ter socratē currit. cō-
 uertitur in hanc. quiddā currens aliud a socrate est homo. Sed redupli-
 catiua ut ista. oēs animal inquantū rationale est risibile. conuertitur in
 istam. igitur quoddam quod inquantum rationale est risibile/est ani-
 mal. Pariformiter aliæ conuertendę sunt.

De Aequipollentijs. Capitulum nonū. **MAG**

Erra p̄positionū passio est Aequipollentia. Et est duarū p̄po- **Aquipol-**
 litionū categoricarū in quātitate & quātitate/veritate & falsitate **lencia**
 te equalentia p̄ aduentū negationis facta. ut non oīs hō est
 animal. & quidā hō non est aīal: equipollent. **DIS.** Per quid equi-
 pollentias p̄positionū possumus cognoscere? **MAG.** Per regulas q̄

sequitur. Prima. Si alicui signo uniuersali v^l particulari p^oponatur ne-
gatio: e^opoller suo contradictorio. ut in ex^omo priori. Secūda. Si ali-
cui signo v^l post^oponatur negatio: e^opoller suo contrario. ut omnis
homo non est alius. & nullus homo est alius. Ter^{ia}. Si alicui sig-
no v^l particulari p^oponatur & post^oponatur negatio: e^opoller suo
subalterno. ut non ois homo non est albus. & q^oda^z homo est albus
Fit autē hoc ex natura negationis / q^o malignans est. q^odquid enim in-
uenit destruit: & oppositū eius inducit. Subcontrarij aut non possunt
æ^opollere. nā si negatio p^oponatur / æ^opolllebit contradictorio p^o pri-
ma regulā. Si post^oponatur non erit æ^oquipollentia sed eadē p^opositio.
ut quidā homo non currit. & quidā homo non currit. Pater itaq^z ex
dictis cū duo signa v^lia negativa in eadē propositione fuerint: primū
æ^opoller suo contrario: secundū autē suo contradictorio. ut nihil nihil
est. æ^opoller huic. q^odlibet est aliquid. Preter has autē alię sunt æ^oquipol-
lentij qbus sc^z propositiones obscurę suis æ^opollēt exponētib^z: de
qbus in sequētib^z. Trāseamus nūc ad modificatiōē propositionū

De Modalibus. Capitulū decimū. DIS.

Modus

Nde propositio dicit^r modal^r. MAG. a modo synkategorē
matrice capto modificāre & determināte copulā. Modus autē
est adiacēs rei determinatio. i. modus est determinatio quę fit
per adiectiū. Ois enim modus adiectiū est vel nominale. ut albus
niger. vel aduerbiale. ut sunt aduerbia. & hęc faciūt p^opoz^z modalem
Non tñ omnia: sed ea q^o copulā determinant. ut sunt ista. possibiliter.
impossibiliter. cōtingenter. necessario. vero & falso. scitū. opinatū. cre-
ditū. imaginatū &c. hęc tñ qñq^z sumunt^r nominaliter. ut possibile. im-
possibile. cōtingens. necesse. verū & falsū &c. Propositio itaq^z mo-
dalis dicit^r cuius copula aliq^o dictōz^z modoz^z determinat. ut hō nece-
ssario est aīal. hominē currere est cōtingēs. Est autē in his aliquod
q^od verbū siue dictū nominat^r: sc^z accusatiuus cū infinitiuo. aut nomi-
natiuus cū indicatiuo. ut hoīem currere. homo currit. Ratione cui⁹
modalibus conuerti congruit: & neitiquā ratione modi: qui se semp
ex parte copulę tenet.

propositio
modalis

De Conuersione modalū. Capitulū xi. DIS.

possibile.

q^o uo modo cōuertendę sunt modales. MAG. Ad cognitio-
nem huius o^oponer^r p^oscire acceptiōes Possibilis. quod accipit^r
primo cōmuniter: & dicit^r possibile altum. & duplex est sc^z ne-
cessariū & non necessariū. i. cōtingēs. Ideo q^odquid de uno dicit^r si/
cōtingēs nait^r de altero intelligendū est. Et tale rursus tritariū est. sc^z possibile
rarum siue cōtingēs rarum: natum & ad utriūlibet. Illo cognito. regulis q^o
Natūm hūsdā paucis modalū habebis cōuersiones. Prima. Omnes de possi-
ad utrum bili & cōtingētī alto conuertunt^r eodē modo sicut illę de inesse. Secū
libet. da. Omnes de possibili & cōtingētī ad utriūlibet cōuertendę sunt in
oppositā qualitatē. Tertia. omnes de necessario cōuertunt^r eodē mo-
dalium

Regulę
conuer
simis mo
daliū

III. DE PROPOSITIONE

do sicut ille de inesse. Q. uarta. Oēs de impossibili cōuertunt eodem modo sicut ille de necessario qbus eqpollēt. de q̄mtra. Vnde si equi pollēt p̄ticulari negatiue de necessario: nō conuertunt. q̄a nec ipsa p̄ticularēs negatiue de necessario conuerti possunt. cui⁹ ratio est. quia oēs de necessario cōuertunt sicut illa de inesse: sed p̄ticularis negatiua de inesse nō conuertit nisi conuersione per contrapositionem. quam Philosophus ponere non curauit: cum non deseruiat ad syllogismo rum reductionem: nec sit consequenda formalis.

De æquipollentia modalium. Cap. xij. DIS:

Vo ingenio modalium eqpollentia sunt indagandē. MAG.

q̄ Illo. Nā oēs de possibili & impossibili eqpollent verbo similiter se habere: & modo dissimilit. Et oēs de possibili & necessario eqpollēt verbo dissimiliter se habere: & modo similiter. Mod⁹ autē vel verbū tunc similiter se habet: quando in utroq̄ affirmatur aut negatur. Tunc vero dissimiliter se habet: cū in una negatur & in alia affirmatur. Negatio enim posita ad dictū habet se acti modo postponeretur. Horū exēpla in subscripta patent figura.

Pur	Petr ⁹ n̄ esse n̄ ē possibile	I	Petr ⁹ esse n̄ est possibile.
Pu	Petr ⁹ n̄ esse n̄ cōtingens	LI	Petr ⁹ eē n̄ est cōtingens
Re	Petr ⁹ n̄ eē est impossibile	A	Petr ⁹ esse est impossibile
A	Petr ⁹ esse est necesse	CE	Petr ⁹ non esse est necesse

In hac figura modalium quatuor sunt anguli & propositiones quatuor in uno quoque angulo autuoque quipollēt

subalternę.

Contradictorie

subalternę.

A	Petr ⁹ esse est possibile	E	Petr ⁹ n̄ esse est possibile.
MA	Petr ⁹ esse est cōtingens	Den	Petr ⁹ n̄ eē est cōtingens
BI	Petr ⁹ esse n̄ est impossibile	Tu	Petr ⁹ n̄ eē n̄ est impossibile
M ⁹	Petr ⁹ n̄ esse n̄ ē necesse	Li	Petr ⁹ eē non est necesse.

De Oppositione modalium. Cap. xij. DIS

Oppositio in modalibus quō est sumenda? MAG. Penes dictū oppositio eodē modo sumitur sicut in illis de inesse. Sed penes modum oēs de necessario sunt ules affirmatiue. & oēs de impossibili ules negatiue. oēs autē de possibili & cōtingenti sunt p̄ticularēs affirmatiue. & oēs de possibili nō: & cōtingenti non sunt p̄ticularēs negatiue. un̄ in figura p̄dicta oēs de q̄rto ordine sūt ules affirmatiue. omēs de tertio ordine sunt ules negatiue. oēs de scd^o ordine sūt p̄tict̄ res negatiue. oēs p̄o de primo ordine sūt p̄tict̄ res affirmatiue. Ex his facile colligitur: oēs de q̄rto ordine his de ordine tertio cōtrariari: illis autē d^o ordine scd^o cōtradictorias eē. his p̄o d^o ordine primo subalternas cēseri. si p̄ illē de primo ordine illis de scd^o sunt subcontrarię: & his de tertio ordine contradictorias illis autē de quarto ordine sunt subalternę. Vt

g. iij

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

autē angulos dictos modo facilius possis constituere: quatuor dictio-
nes ordinatę sunt: angulis quattuor deferentes. Quarta prima est.
Amabim⁹. Secūda Edēulī. Tertia Illāce. Quarta purpurea. In qui-
bus singulis quattuor sunt syllabę modis quattuor scđm ordinē deferuē-
tes: & vocales in his positę: dictū & modū affirmatiōē & negatiōē
indicat. Hoc modo ubi enī ponit a: signat/nec dictū/nec modū ne-
gari. E vero dictū negat. I negat modū. Et V negat & dictū & modū
Id autē facile hoc metro commendabis memorię. E dictū negat. I q̃
modū. A nil sed V totū. Hacten⁹ de ppositiōe una simplicif. Nunc
de ppositiōe una coniunctiōe q̃ & hypothetica videamus.

De Propositione hypothetica. Ca. xiiij. DIS.

proposi-
tio hypo-
thetica.

Vid est ppositiō hypothetica. MAG. Quę habet expōsse vel
q̃ implicite formaliter: vel equiuālerter duas categoricas ppo-
sitiōes vř aliquod pportionabile illis tanq̃ partes principales
sui: aliqua coniunctiōe coniunctas. ut si homo currit: homo mouet.
Et hec in paritā repetit: scđ copulatiua: disiunctiua: & cōditionalis.

Copula-
tiua.

DIS. Quę est copulatiua. MAG. In qua duę ppositiōes ca-
thegorice coniungunt p cōiunctiōē copulatiua: ut hō currit & alin⁹
clamat. Ad hęc reducit t̃p̃alis: ut dū hō currit: hō mouet. Resoluitur tēporalis
ēi hęc i unā copulatiua. ut hō currit i aliq̃ tpe: & i eodē mouet. Simi-
li ratione localis ad copulatiua: reduci dinoscit: q̃m eā resoluit: ut Localis
ubi homo currit: ibi mouet. i. homo currit in aliq̃ loco: & in eodē mo-
uetur. Requirit autē ad veritatē copulatiuę unāq̃ partē esse verā: &
ad falsitatē sufficit alterā partē esse falsā. Ob id valet cōsequētia a to-
ta copulatiua ad q̃libet eius partē: & nō econuerso. Sequitur enī ho-
mo currit: & homo disputatur: igitur homo currit. DIS. Disiuncti-
ua quę est. MAG. In qua ppositiōes duę categorice cōiungunt
per coniunctiōēz disiunctiua: ut hō currit vř petr⁹ scribit. Et ad veri-
tatē illi⁹ sufficit alterā partē esse verā. Et ad falsitatē requirit unāq̃ par-
tē esse falsā. Et ob hoc valet cōsequētia ab una ei⁹ parte ad totā dis-
iunctiua & nō econuerso: ut legitur bene hō currit: igitur homo currit
vel petr⁹ scribit. DI. Cōditionalis quę est. MA. In q̃ duę ppositiōes
categorice coniungunt p cōiunctiōē cōditionale: ut si hō currit hō mouet.
Et ad eā rediuntur causales. In q̃ scđ ppositiōes cōiunctiōē causali
coniunguntur: ut q̃a hō currit: hō mouet. Requiritur autē ad ve-
ritatē ei⁹ q̃a antecedens nō possit esse verū sine cōsequēte. ut si homo est
animal est. Et ad falsitatē ei⁹ sufficit: q̃a antecedens possit esse verū cōse-
quente existēte falso. ut si animal est: homo est. Quā ppter valet cō-
sequētia a ppositiōe antecedentis ad ppositiōē consequentis: ut ho-
mo est: igitur animal est. Similiter a destructione consequētis ad de-
structionē antecedentis. ut homo nō currit: igitur homo nō mouet.
Cognita ppositiōe/ordo pmissarū expostulat: ut argumentationes:
percurramus.

Disiuncti-
ua.

Conditio-
nalis
Causalis.

Finis tractatus tercij.

argum-
tanonis
species

III. DE ARGUMENTATIONE

Tractatus. iij. de argumentatione & syllogismo simpliciter dicto. Ca. i. quid argumentatio: quid argumentum. & argumentationis quæ species. DIS.

Vid est argumentatio? MA. Est argumēti p orationē expli argumen
p catio hoc est. Argumētatio est oratio in q virt⁹ argumēti siue tatio
medij ostēditur & explicatur. Cū scz ex unione extrinsecatū in
pmissis cū medijs infertur unio eorū in se in cōclusiōe. Argumen
aurē est rō siue mediū rei dubiæ faciēs fidē: vel est mediū phās cōdu
sionē. Quid autē p cōclusiōnē significetur inferi⁹ manifestū erit. Iā
ad argumētationis diuisionē pgrediamur. DI. Quot igitur sunt
argumētationis spēs? MA. Quattuor scz syllogism⁹: enīthymema
Inductio: & exm De his: eo q enūeratę sunt ordine dicem⁹. Et primū
de syllogismo. Nā oēs alię ad ipm tanq; ad pfectiōrē habēt reducti-

De syllogismo & eius principijs. Ca. ij. MAG.

St autē syllogism⁹ oratio in q positis qbusdā ppositionibus Syllogis/
e siue pmissis: aliud qdē ab his q posita sunt (scz cōclusio) de ne mus
cessitate accidit: eo q hęc sunt. i. ppī pmissas positas. In hac at
definitione syllogismi inuuntur pīcipia materialia & formalia. Ma
terialia qdē: cū dicitur (qbusdā) Formalia autē: cū dicitur (positis) qd
valet in mō & figura dispositis. De qb⁹ & alijs duob⁹ principijs virz
regulatiuis & pfectiuis in sequētib⁹ differendū est: nī tu habeas qd an
hec ingrere volueris. DIS. Omnino nihil: sed iā dictū teneam⁹ or
dinē. MAG. Exordiamur itaq; a principijs syllogismi materialib⁹
bus: quę sunt propositio & terminus.

De Propositione & termino principijs syllogismi materialibus. Capitulum. iij. DIS.

Vid est propositio? MAG. est oratio affirmatiua v⁹ negati⁹ propositio.
q ua alicui⁹ de aliq. DIS. Cur hęc definitio cū ea quā in supe
rioribus tradidisti nō cōcordat: an qā aliā hic definire volui
sti propositiōnē q in superioribus? MA. Nō aliā sed aliā consideratā.
In superioribus enī propositiōnē considerauimus: ut p eā verū & falsū
enūciamus. unī & eā enūciatiōnē vocare haud ptermisimus. Hic v⁹
eā cōsiderabimus: ea ratione q ex ipā syllogismū simpliciter fabrica
mus. Ex q diuersa sortitur noīa. Nā dicitur propositio: qh p alio scz cōse
quēte vel cōclusiōne positio. Dicitur & pmissa: qā cōclusiōni pmittit⁹ Premissa.
Dicitur itē & cōclusio: cū iā argumēto pbara fuerit. Anteq; autē pba Cōclusio
ta sit: qstio est. Q uestio enī dubitabilis propositio est. Partes propositio / q uestio
nis termini sunt subiectū & p̄dicatū. Terminū enī dicimus in quē re terminus:
soluitur propositio. ut in p̄dicatū: & in id de q p̄dicatur (i. i subiectū)
apposito v⁹ diuiso esse vel nō esse. i. apposita copula affirmatiua vel ne
gatiua. Nullus autē syllogismus ex p̄ibus q tribus terminis integra

ut quorū primus maior extremitas. Scd̄s minor extremitas. Terti^o vo mediū dicitur: qđ his sup̄i est extremitatibz duas integrat propo-
sitiones: q̄ sūt ptes m̄asiales syllogismi p̄p̄nq̄: & sūt p̄missę quaz ea
in qua prim^o termin^o ponitur cū medio: maior: illa vo ī qua scd̄s ter-
minus ponitur cū medio minor dicitur. Duo vo termini primus sc̄z &
scd̄s sine medio iuncti/terciā syllogismi integrat p̄positionē q̄ dicitur
conclusio illara ex p̄missis necessitate cōsequētię. Mediū autē in eā nō in-
greditur. DI. Quo autē ordine p̄missę sunt ponēde. ut conclusionē
inferant. MAG. Eo quē syllogismi principia formalia indicant.

De principijs syllogismi formalibus. Ca. iij. DIS.

Vē sūt principia syllogismi formalia. MA. Sūt figura & mo-
dus. Figura qđ est ordinatio mū terminorū scđm debitā subie-
ctionē & p̄dicationē. Hui⁹ autē variatio q̄a trifaria est: triplicē fi-
gura oñdit. Q. uaz priā est: in qua mediū subijciuntur in nua & p̄dica-
tur in alia & quarta non distinguuntur priā. ut oīs hō est aīal: petr⁹
est hō: igitur petr⁹ ē aīal. Scda ē ī qua mediū p̄dicatur in ambabz. ut
oīs hō est aīal: nullus lapis est aīal: igitur nullus lapis est hō. Tertia
est in qua mediū subijciuntur utraq; ut oīs hō est aīal: oīs hō est suba
igitur qđā suba est aīal. DIS. Quid est modus. MA. est ordina-
tio p̄missarū ī debita q̄ritate & qualitate. Est autē debita qualitas ut ad-
minus una sit affirmatiua. Nā ex puris negatiuis nihil sequitur. Et cum
una p̄missarū negatiua fuerit: conclusio negatiua erit. Sic debita q̄ri-
tas est: qđ ad min⁹ una p̄missarū sit v̄lis. Nā ex puris p̄cularibz nihil
sequitur. Et cū una p̄missarū p̄cularis fuerit: conclusio p̄cularis est.
Erit autē in his omnibz de p̄cularibus/ indefinitis & singularibus idē
iudiciū. DI. Quot sūt modi. MA. Quis figurarū suos h̄z modos.

De modis primę figurę. Capitulum. v. DIS.

directe cō-
cludere q
indirecte
modi di-
recte con-
cludētes
primę fi-
gurę.
Vot sūt modi primę figurę. MAG. Quattuor directe cō-
cludētes: & qnq; indirecte: Est autē directe cōcludere maiorem
extremitatē de minori in cōclusionē p̄dicari. Indirecte vo con-
cludere est minorē de maiori extremitate in cōclusionē p̄dicari. DI.
Qui sūt modi directe cōcludētes huiusq; figurę. MA. Qui p̄ seqn-
tes designant dictiones: q̄ sūt Barbara: Celarēt Darij & Ferio. Pro cu-
ius intellectu memorię reponendū: in oībz his dictionibz & seqntibus
tres syllabas reperiri/tribz p̄positionibz syllogismi p̄ ordinē deferui-
entes. Prima em̄ syllaba deferuit maiori p̄positioni: scda minori: & ter-
tia cōclusioni. vocales autē in his positę/aliū p̄positionū & q̄ritatē &
qualitatē oñdūt: hoc mō. Nā A significat v̄lem affirmatiuā. E v̄lem
negatiuā. I p̄cularē affirmatiuā. & O p̄cularē negatiuā. DI. Hęc
p̄ exempla in iā dictis modis explana. MA. Exm̄ in Barbara. Oīs
homo est aīal: oē rationale est hō: igitur omne rationale est animal.
In Celarent nullū animal est lapis: oīs hō est animal: igit nullus hō

III. DE ARGUMENTATIONE

est lapis. In Darij. Omnis homo est animal: petrus est homo: igitur petrus est animal. In serio nullū aīal est lapis: hō est aīal: igit hō non est lapis. DI. Qui sūt modi īdirecte cōcludētes hui⁹ figurę. MA. Qui p seq̃ntes designant dictiones: sc̃z Barbalip. Celātes Dabitis Fapelsmo Fūfelsmo. Exm̃ primi est. Omnis hō est subā: oīs hō est aīal: igit qdā subā est hō. Sc̃di. nullū aīal est lapis: oīs hō est aīal: igit nullus lapis est homo. Tertij. oīs homo est aīal: petrus est homo: igit qdā aīal est petrus. Quartj. omne aīal est subā: nullus lapis est aīal: igitur qdā subā nō est lapis. Quintj. qdā aīal est subā: nullus lapis est aīal: igit qdā subā non est lapis. Ex dictis patet in hac figura oīa propositionū g̃na posse concludi. patet rursus maiore non esse particulare q̃n directe concluditur. patet s̃p̃r minore nunq̃ esse negatiuā.

De modis secunde figurę. Capitulum. vi. DIS.

Vi sūt modi sc̃de figurę. MA. Qui in seq̃ntibz designant dictionibz sc̃z Cesare Camestres Festino Baroco. DI. Horz exempla addas. MA. Exm̃ primi. nullus lapis est aīal: oīs hō est aīal: igitur nullus homo est lapis. Sc̃di: oīs homo est aīal: nullus lapis est aīal: igitur nullus lapis est hō. Tertij: nullus lapis est aīal: quidā homo est aīal: igitur quidā homo non est lapis. Quartj: oīs hō est aīal: quidā lapis non est aīal: igitur quidā lapis non est homo. In hac etiā figura sunt duo modi concludētes īdirecte sc̃z fapelsmo & fūfelsmo. Exm̃ primi. Omnis homo est aīal: null⁹ lapis est aīal: igitur quidā homo non est lapis. Sc̃di quidā homo est aīal: null⁹ lapis est aīal: igitur quidā homo non est lapis. Patet ex dictis sc̃dam figurā s̃p̃ negatiue cōcludere: quia ī hac figura ex puris affirmatiuis nihil sequitur. Patet rursus maiore nunq̃ esse particulare directe concludēdo.

Prima ve-
ra & im-
diata

Anstotel
umetaph
C.

DE SYLLOGISMO DEMONSTRATIVO

ter, quibus non est alia prior siue notior: sed cognitio terminis cognoscitur, ut quodlibet est vel non est. Innata enim est nobis potentia per quam determinatur ad assentiendum primis principibus debite presentatis. Et sunt duplicia. Quaedam enim sunt dignitates: quę scilicet non possunt demonstrari: & necesse est quemlibet docendum eas habere, ut quodlibet est vel non est. Alię sunt positiones siue suppositiones: quę non demonstrantur: non tamen necesse est quemlibet docendum eas habere, ut omne animal rationale est risibile. Definitio autem cum nec significet esse nec non esse: positio non est. DIS. Prioribus: cur ad dis? MAG. Quia oportet demonstrationis premissas esse propositiones primas: aut in primas resolubiles per ascensum: & in ascensu tali non contingit in infinitum procedere: licet per plura finita: finita autem finies sumpta semper sunt finita. Verumtamen primum principium in propria forma non ingreditur demonstrationem: sed ut contrarium est. DIS. Quid per residuas definitionis particulas designare pretendis? MAG. Alias premissarum conditiones. Cum enim solius conclusionis sit scientia doctrina siue disciplina: omnis autem talis ex preexistenti sit cognitione: oportet premissas ante conclusionem esse cognititas: non tamen eodem modo: maiorem enim prius tempore cognoscitur conclusionem: minor autem simul tempore cum conclusionem cognoscitur. Conclusio autem: & si possit sciri in uniuersali ante demonstrationem: non tamen in particulari. DIS. Vnde autem sciuntur premissę.

MAG. Ex cognitione suarum partium: quę sunt passio & subiectum: de quibus ante omnem demonstrationem necessario præcognoscimus quid est: & quia est: quid scilicet significant: & quia est: scilicet ens possibile in natura: & quia passio inest subiecto. Sed propter quid hoc fit per demonstrationem concluditur. Conclusioni igitur propter premissas assentimus: igitur premissis magis credimus. Nam propter quod unum quodque tale / & ipsum magis, & fit talis cognitio in nobis per viam sensus / memorie & experientie. Experimento autem fit uniuersale: quod est principium artis & scientie. Scientia enim est uniuersalius: intellectus vero est primorum principiorum. Patet ex his si nobis alicuius sensibilibus sensus defecerit eiusdem & deficere scientiam necesse est: ut cecum a natura

Aristoteles. Tale: quod est principium artis & scientie. Scientia enim est uniuersalius: intellectus vero est primorum principiorum. Patet ex his si nobis alicuius sensibilibus sensus defecerit eiusdem & deficere scientiam necesse est: ut cecum a natura

rate coloris omnino nullam habet noticiam: sed potius ignorantia pure negationis. Qui autem deceptus fuerit syllogismo ignorantie: & si scientiam non acquirat: non tamen ignorans est ignorantia pure negationis: sed prauę dispositionis: ut si quis credat his premissis. Omnis substantia est qualitas: omnis quantitas est substantia: igitur omnis quantitas est qualitas: prauę dispositionis censetur. DIS. Quia pregnans est hæc demonstrationis definitio. MAG. Pregnans est & multa comprehendens.

Quid scire. Quid propositio uniuersalis de omni per se & secundum quod ipsum. Ca. ij. MAG.

dignitas
Positio
suppositio

prioribus

premissas
p̄cognoscuntur

p̄cognitio
quid est: &
quia est,

ignorantia
pure
negationis
ignorantia
prauę
dispositionis

LIBRI SECVNDI TRACTATVS .VI.

Demon/ Llam demonstrationis inuenies definitionē: verbis qdēbre/

stratio a uiorem sensu tñ nō minus pgnantē. **DIS.** Quā? **MA.**

Scire Demonstratio est syllogismus faciens scire. Scire autē p dē/

monstrationē intelligere est. vel scire est rem p causam cognoscere: p/

pter quam res est: & quoniam illius est causa: & nō est contingere hoc

aliter se habere. Ex istac & pcedenti definitionibus clare patet condu/

sionem quā cōtingit scire & demonstrare esse verā/perpetuā/per se &

uniuersalem. Verā quidē dico: nā falsum & quod nō est nō condn/ **Aristotel**

git scire. Perpetuā autē dico: qm̄ corruptibiliū nō est sciētia: ideo nec i. postērio

definitio: quia definitio est dēmonstrationis pncipiū: aut tota dēmo rum.

stratio tñ ppositione differens. Per se dico: qm̄ ea q p accidens sunt cor

ruptibilia sunt & nō perpetua nec necessaria. licet em̄ necessarium ex

nō necessarijs possit syllogizari: nō tamē potest sciri nisi ex necessarijs.

ppositio Similiter ea quæ nō sunt uniuersalia/perpetua nō sunt. **uniuersal**

autē ppositionē: hūc dicimus: non ut in tractatu tertio definita est: sed

cam ipsam quæ est de omni: de perse: & scdm̄ quod ipsum. **DIS.**

ppositio Quæ autem propositio dicitur de omni? **MAG.** Illa in qua præ/

de omni dicatum est nō in quodam supposito subiecti: in quodam vero non

nec aliquando: aliquando vero nō: sed in omni perse & semp. ut om

nīs homo est risibilis. **DIS.** Propositionē perse quā dicist? **MA.**

per se Eam quæ est in aliquo modo dicendi per se. Sunt autē huiuscemodi

Modi per quatuor. Primus est: cū p̄dicatum est definitio vel pars definitio/

scitatis. nis subiecti. ut omnis homo est animal rationale. Secundus est: cū

subiectum est definitio: vel pars definitionis p̄dicati: ut homo est ri

sibilis. Tercius est: eorū quæ nō sunt in subiecto. ut dicibilia de gñe sub

stantiæ. Quartus est modus causandi: ut cum aliquod sit propter al

terum: tunc id propter quod aliud sit: est causa per se effectus causa/

ti. ut intersectio est causa per se intersectus. De primis duobus est ad p/

positum: nam in his sunt propositiones per se necessariae & uniuerſa

Errores i les. Et ne in harum assignatione te errare cōtingat: cauere necesse est:

assignatiōe ne passio superioris inferiori assignetur. Etiam si tale superius unicū

uniuersal habuerit inferius. Similiter ne passio communis/specie distinctis/per

aliquod innominatū conueniens: uni ut proprio attribuatur. ut pro

portionabiliter cōmutari cōuenit lineæ/tempori & numero: male igi

tur assignatur uni ex his tanq̄ proprio subiecto. Aduertendum est

demum: ne passio partis assignetur toti: ut non concurrere est passio

linearum parallelarum: ideo male attribuitur toti vel omni lineæ. Ad

cognoscendum autem quod sit passionis primū & adequarum sub/

iectum videndum est/ quo posito/ ponatur: & quo remoto/ passio

remoueat. Id enim verū subiectū talis passionis censetur. **DIS.**

ppositio/ Quæ autem propositiones dicuntur scdm̄ quod ipsum? **MAG.**

nes scdm̄ Istæ quæ conuertuntur. Ex quo patet qd demonstratio pcedit ex prin

qđ ipsum cipijs proprijs & nō cōmunijs: quia talia nō conuertuntur. Sequit̄

DE SYLLOGISMO DEMONSTRATIVO

rursus quod demonstrator non potest descendere de genere in genus hoc est: una scientia nihil demonstrat de subiecto alterius scientiæ: dem-
pta scientia subalternatæque potest demonstrare aliquod de subiecto
subalternatæ: non tamen demonstratione propter quid: sed quia est. Habet igitur
quælibet scientia propria principia quæ non demonstrant: quia non ha-
bet aliquid notius ipsis. habet insuper proprias interrotationes & con-
clusiones. quæ propter disputans cum Geometra faciat hoc per principia
geometriæ: aut non disputabit proprie sed per accidens: videlicet in qua-
rum naturalis aut metaphisicus. Quævis autem (ut visum est) scien-
tia una plura habeat principia: unitatem tamen accipit non a principis: sed
a subiecto: ad quod habet hæc principia resolui. Subiectum enim virtuali-
ter continet omnes veritates scientiæ cuius subiectum est.

De diuisione demonstrationis. Capi- tulum quartum. DISCIPVLVS.

Voniam mentionem facis de duplici demonstratione quia est: & demonstra-
tio quia est
propter quid harum differentias haud silentio pretereas. MAG.
Demonstratio quia est procedit aut per causam remotam: aut
ab effectu ad causam. Exemplum primi lapis non respirat: quia non est
animal. cum potius probari deberet per hoc: quia non habet pulmonem.
habere enim pulmonem est causa propinqua respirationis: esse autem ani-
mal est causa remota: & non propria: cum quedam sint animalia non
respirantia. ut puta conchæ. Exemplum secundum. Planeta non scintillat
igitur sunt prope nos. nam non scintillare effectus eius est: quia pro-
pe nos sunt. Intelligimus autem illud de omni causa: siue sit materialis
formalis: finalis: aut efficiens. per has omnes enim possunt fieri de-
monstrationes: immo una conclusio quandoque demonstratur per di-
uersas causas ut tonitruum fit: quia extinctio in nubibus fit. vel quia ut
terreantur anime infernales. ut quidam dixerunt. Demonstratio propter quid
est hæc quæ in superioribus definita est: quæ scilicet procedit non propter
tempus a causa propinqua & propria ad effectum. ut omne animal ratio
quid
nale est risibile: omnis homo est animal rationale: igitur omnis homo est
risibilis. Patet igitur quoniam scientia subalternans demonstrans subie-
ctum scientiæ subalternatæ (id est scientiæ cuius subiectum continet sub
subiecto scientiæ subalternantis) facit hoc per causas remotas & non
adequatas: & per consequens non demonstratione propter quid:
sed quia est: ut in superioribus dictum est. Similiter contingit diuer-
sas scientias non subalternatas eandem demonstrare conclusionem:
non tamen uno genere demonstrationis: sed una demonstrat demon-
stratione quia est alia propter quid. Patet: nam vulnera rotunda tardi-
us esse sanabilia: demonstratur in chirurgia: demonstratione quia
est. In geometria vero demonstratione propter quid: quia scilicet
cet in vulnere rotundo latera magis distant quam in oblongo.

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

Demon/ **DIS.** Sunt ne alię demonstrationis diuisiones? **MA.** Sunt. Quę
stratō uni dam enim est demonstratio uniuersalis: quędam particularis: quęda
uerfaba est affirmatiua: quęda negatiua: & quędam ostensiuā: quędam vero
pñ-Pris ad impossibile. Et inter has demonstratio uniuersalis potior est par/
affirmati. ticulari: affirmatiua potior negatiua: ostensiuā potior illa quę est ad uiterfaba
negatiua impossibile. Similit demonstratio ppter quid potior est demonstratiōe ad impo
ga est. Nam mediū ei⁹ dicit causam pñsam quę pñcatū in sit subiecto. **DIS.**

De Medio demonstrationis & quęstionibus vere scibilibus. Capitulum. iij. **DIS.**

q **Vod** est medium demonstrationis? **MAG.** Definitio non
quidem quid nominis: sed quid rei. Nec illa quę dicit quid est
tantum: sed quę dicit propter quid. Hęc enim tota demonstra
tio est: ab ea tantū positione differens. Non tamen omnīū quorum
est definitio est demonstratio aut econuerso. Definitio em̄ est solius
substantię & in complexor: demonstratio autē est cōplexor: quia
conclusionum. **DIS.** Quā uia definitio rei (si ignoratur) inuesti/
ganda erit? **MAG.** Via diuisionis: uidelicet generis p differentias
Definitio **investigat** **essentiales.** Constituitur nāq; definitio ex genere & differentia essentia
li: ita tamen q; nihil superflui nihilue diminuti contineatur: sed cū defini
to conuertatur: nec detur per quiuoca: sed uniuoca. **DIS.** Posset ne **porphir**
definitio de definito demonstrari? **MAG.** Posset. Vt materialis per v. **Aristotel**
definitio **demonstra** **formalem.** Sed non in eo q; quid. quia hęc demonstratio fieret eumrum,
nur de de **reduplicatione:** quę si poneretur ad minorē: fieret petitio principij. Ex
finito **emplū.** Omnis numerus seipsum mouens est causa mouendi in eo q;
quid: anima est numerus seipsuz mouens in eo q; quid est: igitur ani
ma est causa mouendi. ibi nanq; assumitur in minore quod debuit p
bati. Habes itaq; breuib; quid Demonstratiōis mediū: & quā uia i
quirendū sit. Sed quęstiones de ipso quęrentes nondū accepisti.

DIS. Quę & quorū sunt huiusmodi quęstiones? **MAG.** Quę
tuor uidelicet. Si est. quia est. quid est. & propter quid est. Et dicun/
questio/ **nes vere** **scibiles.** nā quęrunt de his quę vere scimus. Vnde si est/ quę/
rit de possibilitate in natura. ut si luna sit deficiens. Quia est/ quęrit si
sit huius defectus mediū. Quid est quęrit quid sit tale mediū. Sed p/
pter quid/ inquit causaz pñsam quā passio in sit subiecto: & pñ/
monstrationē cōcluditur. **DIS.** A medio igitur quali totus demō/
strationis dependet uirtus & cognitio. **MAG.** Ita est: nec tale nisi
Solertia a solertibus de facili reperitur. unde Solertia est subtilitas inueniendi
mediū in non pñspecto tempore. ut si quis uidens lunā splendēte ver/
sus solē dicat: igit luna accipit lumē a sole. Hęc sunt q; daz ppaucā &
generalia principia q; de syllogismo demonstratio in plentiū in mediuz
ferre placuit. Cum enim hęc degustaueris: secretiōra pandam. Nunc
syllogisma Sophisticum videamus.

.VII. DE SYLLOGISMO SOPHISTICO

Tractatus septimus De Syllogismo sophistico. Quid syllogismus sophisticus: ars Sophistica: Sophista: in super & de metis. Capitulum primū MAG.

Aristotel
in secundo de
celo &
mundo

q Voniā opposita iuxta se posita magis plurescunt: quā ppter postquā sermonē finiuimus de syllogismo demonstra-
tuo generante scientiā: de syllogismo sophistico generante
deceptionē differēdum esse haud inutile visum est. DIS.

Quid est syllogismus sophisticus? MAG. Est is qui ex his quæ vi-
dentur pbabilia: & nō sunt syllogisar. Aut est syllogismus apparen-
& non existens. Vnde & ars sophistica: apparen- sapientia est: & nō
existens. Et sophista est vir copiosus ab apparente sciētia: & nō existi-
te. & sapiens nō est: licet videat opera sapientis facere: scz nō mentiri
de his quæ nouit & mentientē manifestare. Habet autē omnis syllo-
gismus sophisticus duplicem causam: scilicet apparentiē: & defectus
Causa apparentiē est qua estimamus per unū nomē tantū unū signi-
ficari. Causa autē defectus est quoniā non est in rebus sicut in no-
minibus. Nomina etenim finita sunt res autē infinite ob id necesse est
defectus

Aristotel
in elēcho.

unum nomen plura significare. Ignorantes ergo virtutes vocabu-
lorum facile paralogisantur. Quā admodum in numeris imperiti / a
peritis expelluntur. DIS. Quis tamen finis est artis sophistice?

MAG. Finis daret ex dictis. Nūtiur em̄ sophista respondentē de-
cipere: & ad aliquod incōueniens (quod metam dicimus) virtute ali-
cuius fallaciē ducere. DIS. Quorsunt huiusmodi metes? MA.
Quinq; videlicet Meta redargutionis; falli: inopinabilis; Soleocismi
& nugationis. Vnde respondens ad metam redargutionis ducitur: si
in una & eadem disputatione ut argumēta: idem negare / & concedere
compellitur. Ad metam falli: cum falsum concedere cogitur. Inopi-
nabilis: cum aliquod / quod est contra opinionē plurium: aut eorum
de quorum secta respondens est admittit. Soleocismi cū vi argumē-
tationis aliquā orationē cōtra regulas artis grāmaticę loquit. Ad me-
tam autē nugationis ducitur: si idem bis inutiliter repetere compelli-
tur. Hęc autem nō unica sed pluribus fallacijs consequitur.

De Fallacijs & earundē diuisione. Ca. ij. DIS.

q Videtur est fallacia? MAG. Est idoneitas decipiendi faci Fallac
ens credere de ente q sit nō ens: & de nō ente q sit ens: medi-
ante fantastica visione. Sunt autē huiusce species tredecim qua
rum sex sunt in dictione: & septē extra dictionē. In dictione sunt quę In dictio
secundū multiplicitatē dictionis aut orationis sumuntur. ut Equus / ne-
casso & Amphibologia: in quibus est multiplicitas actualis. Com-
positio: diuisio & accentus: in quibus est multiplicitas potentialis. Et
fallada figurę dictionis: in qua est multiplicitas fantastica. Multipli-

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

multipli/ citate vero dicimus actuale: cū dictio vel oratio eadē scđm substantiā
 citas actu, tiam & modū pferēdi diuersa significat, ut canis. Liber Platonis. Multi-
 alis. tiplicitas potētiā autē est: cū dictio vel oratio eadē scđm substantiā:
 multipli/ diuersa tñ scđm modū pferēdi/ diuersa significat, ut populus, quid/
 citas potē quid viuit semp est. Sed multiplex fantastici est: cū dictio aliq unū
 tialis. significat & aliud significare videtur propter similitudinē aliquā
 multiplex quam cum alia dictione habet, ut mīsa significat rē fēminini gene/
 fantastici ris: igitur & poeta &c. Primum itaq fallacias sex quā sumrin dictioz,
 nelustrabimus.

De fallacia Aequiuocationis. Ca. iij. MAG.

Equiuoca
tio.

Primus
modus.

Secundus
modus.

Tertius
modus.

Nter fallacias in dictione prima est equiuocatio, & est multipli-
 citas dictionis eiusdem scđm substantiā & modum pferēdi.
 ut canis. Deceptio autē per hanc facta: fallacia equiuocatio/
 nis dicitur. DIS. Q. uot modis fit? MAG. Tribus. Primo cum
 dictio diuersa significat: aut consignificat principaliter, ut omnis ca/
 nis currit: sidus coeleste est canis: igitur sidus coeleste currit. Q. uicūq;
 sanabatur: sanus est laborans (id est infirmus) sanabatur: igitur labo/
 rans sanus est. Iste pannus est de Anglia: Anglia est terra: igitur iste
 pannus est de terra. Deus est ubiq; ubiq; est aduerbiū: igitur deus est
 aduerbiū &c. unde in primo paralogismo canis multiplex est: scz
 ad canē latrabilem: ad canē marinū & ad canē coelestē. In secundo la/
 borans dicit laborantē in presenti vel pterito. In tercio ppositio de/ di/
 cit circūstantiā causē materialis vel loci. In quarto ubiq; tenetur signi/
 ficatiue vel aduerbialiter, quibus consideratis hi & sēs paralogismi
 possunt solui facillime. Secundo cōmittitur fallacia equiuocationis
 ex eo qd dictio significat unum principaliter & aliud transumptiue:
 ut quid quid currit habet pedes: Danubius currit: igitur Danubius ha/
 bet pedes. Quid quid ridet habet os: pratum ridet: igitur pratum ha/
 bet os &c. In primo nāq; currit potest significare cursum qui fit p pe/
 des vel mōtū vel lapsum qualitercūq;. In secundo ridere actum ho/
 minis proprie significat: similitudinarie autem significat florere: nam
 utrūq; gaudium denotat. Tertio fit ex eo qd dictio cum alia compo/
 sita plura significat: & per se unum tantum, ut in: vel non: in dictione
 immōrtale: que significat vel id quod nō potest mori: vel id quod est
 potēs nō mori: unde sic arguit. Omne imōrtale est perpetuū: potēs
 nō mori est imōrtale: igitur potēs non mori est perpetuū. Secunda
 que sequitur est fallacia Amphibologie.

De fallacia Amphibologie. Ca. iij. DIS.

Amphi/
bologia;

Amphibologia quid est? MAG. Idem est qd dubia senten-
 tia. cū scz oratio una scđm substantiā & modū pferēdi potest
 significare diuersa. Et deceptio ppter hanc facta dicitur fallacia
 Amphibologie. DIS. Q. uot modis fit? MAG. Tribus. Primo

VII. DE SYLLOGISMO SOPHISTICO

cum oratio principaliter plura significat. ut liber Platonis: significat li-
brum a Platone possessum: vel a Platone editum: sic arguendo. Quidquid
est Platonis: possidetura Platone: hic liber est Platonis: igitur hic liber
possidetura Platone. posito quod ab alio possideatur. Secundo fit: cum ora-
tio unum significat principaliter & transfumitur ad significandum aliud
ut litus aratur: transfumitur ad significandum opera perdere. ut quidquid
aratur/aratro scinditur: litus aratur: ergo litus aratro scinditur. Tertio
fit ex eo quod dictio cum diuersis potest construi: ut quoscumque: velle me vince-
re/velle quod vincerent me: Romanos velle me vincere: igitur velle quod Ro-
mani vincerent me. Ibi enim me potest construi cum vincere a parte an-
teriori aut posteriori: similiter Romanos. similiter: quicumque sunt episcopi sunt
sacerdotes: alini sunt episcopi: igitur alini sunt sacerdotes. Ibi enim episcopi
est aut nominatiui aut genitiui casus: & per hoc diuerse construitur.
Tertia fallacia Compositionis est.

De fallacia Compositionis. Capi. v. DIS.

Compositio quid est? MAG. Est eorum quae deberent diuidi: Compos-
c falsa unio. & deceptio propter hanc facta compositionis dicitur fitio.
fallacia. DIS. Quot modis fit? MAG. Duobus. Primo Modi co-
ex eo quod aliquod dictum potest stare pro toto: aut pro parte sui. ut quae-
cunque possibile est ambulare: possibile est quod ambulet: sedentem possibili-
le est ambulare: igitur possibile est quod sedens ambulet. nam in minore
hoc dictum/sedentem ambulare/potest stare pro toto: ut sedens seden-
do potest ambulare: & est composita falsa: aut potest stare pro parte sui. i. se-
dens nunc: habet potentiam ambulandi scilicet postea: & est diuisa ver-
ra. Secundo fit ex eo quod aliqua determinatio potest referri ad diuer-
sa. ut quicumque litteras scit nunc/didici illas: ille antiquus grammati-
cus scit litteras: igitur nunc didici illas. Ibi enim nunc potest determi-
nare hoc verbum didici: & tunc est composita falsa: aut hoc verbum
scit: & tunc est diuisa vera. Vnde quando dictiones ordinantur secundum
situm magis debitum: oratio composita est: quando ordinantur se-
cundum situm minus debitum diuisa est. Ordinantur autem tunc se-
cundum situm magis debitum: quando determinatio determinat prin-
cipale. ut quidquid viuere semper est: si semper determinat est quod
in illa oratione est verbum principale. Sequitur fallacia Diuisionis.

De fallacia Diuisionis. Capitulum. vi. DIS.

Diuisio quid est? MAG. Est eorum quae deberent compo-
di ni falsa separatio. Et deceptio penes hanc facta: diuisionis di-
citur fallacia. DIS. Quot modis fit? MAGI. Duo. Diuisio
bus. Primo ex eo quod aliqua coniunctio potest coniungere inter
terminos vel propositiones. ut quaecumque sunt duo & tria/sunt duo
& sunt tria: sed quicumque sunt duo & tria: igitur quicumque sunt duo &
sunt tria. Nam si &/coniungit inter terminos: oratio est composita

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

& vera: si vero coniungit inter propositiones: ipsa est diuisa & falsa. Secundo fit: cū aliqua determinatio potest referri ad diuersa. ut quo vidisti hunc percussum: illo percussus est: sed oculo vidisti hūc percussum igitur oculo percussus est. Oculo em̄ potest determinare hoc participium percussus: & sic est diuisa & falsa: aut hoc verbum vidisti: & tunc est cōposita & vera. Q. uinto loco subit fallacia Accentus.

Accent⁹

De fallacia Accentus. Capitulum. vii. DIS:

Modi ac-
centus.

Accentus quid est? MAG. Est certa lex & regula ad eleuan-
dum aut deprimendū cuiuscunq; dictionis syllabā. Et est tri-
plex scz Grauis: qui syllabā deprimat. Acutus qui syllabā ele-
uat. Circūflexus: qui partim eleuat & partim deprimat. Deceptio autē
penes hos facta accentus fallacia dicitur. DIS. Quot modis fit?
MAG. Duobus. primo ex eo q̄ aliqua dictio potest perferri & regi-
diuersis accentibus. ut populus habens primā longā significat arbo-
rem: habens autē primā breuē significat gentē: & arguitur sic. Om-
nis populus est arbor: gens est populus igitur gens est arbor. Secū-
dō fit ex eo q̄ aliqua vox potest esse dictio vel oratio. ut quies. sic ar-
guēdo. Tu es qui es: quies est requies: igitur tu es requies. Similiter qui-
cunq; habet dilectionē supernam: habet dilectionē dei: usurarius ha-
bet dilectionē supernam: igitur usurarius habet dilectionē dei. Si em̄
supernā sit una dictio: maior vera est. Si autē sint duę dictiones scz su-
per & minā (p pecuniā) falsa est. Similiter metuo potest esse dictio vel
oratio dicendo. Metuo longas pereunte noctes Lydia dormis.

Figura di-
ctionis.

De fallacia figure dictionis. Capitulum. viii. MAG.

Modi fi-
gure dicti-
onis.

Prima in dictione fallacia est figure dictionis. Et est figura di-
ctionis vocis cū voce similitudo. Et deceptio penes hāc cau-
sa: fallacia figure dictionis est appellata. DIS. Quot mo-
di fit? MAG. Tribus. Primo ex simili terminatione dictionis cū di-
ctione. ut oīs aqua est humida fluius est aqua: igitur fluius est hu-
mida. Secūdo fit si p̄dicamētū unū mutetur in aliud. aut species una
unius p̄dicamētū mutetur in aliam speciem eiusdē p̄dicamētū. Exem-
plum primi. ut quidquid heri emisti hodie comedisti. heri carnes cru-
das emisti: igitur hodie carnes crudas comedisti. Quidquid em̄ dicit
rem de p̄dicamēto substantiæ: & crudas de p̄dicamēto qualitatīs. Ex-
emplum secundi. quanto scūq; digitos heri habuisti: hodie habes: de-
cem digitos heri habuisti: igitur decem digitos hodie habes: posito q̄
unum dimiseris. Quanto scūq; enim dicit quantitatem continuam, de-
cem autem dicit quantitatem discretam. Tercio fit ex diuersa suppo-
sitione: ut homo est species: igitur aliquis homo est species. in prima
enim homo supponit simpliciter: in secūda vero. personaliter. Et hec
de fallacijs in dictione.

De fallacijs extra dictionē. Capitulum. ix. DIS.

VII. DE SYLLOGISMO SOPHISTICO

Ve sunt fallacie extra dictionem? MAG. he. Fallacia acci-
 dentis scdm qd ad simpliciter. Ignorantie elenchi. Petitionis prin-
 cipij. Consequentis. Non cause. Ut cause. Scdm plures inter dicuntur
 rogationes ut una. Dicuntur autem he fallacie extra dictionem: quoy fallacie ex-
 tiam habent causam apparentie & defectus: no ex parte vocis (ut tra dictio
 predicta) sed ex parte rei significate: ut patebit in descriptione earundem. nem.

De fallacia Accidentis. Capitulum. x. MAG.

Accidens (ut hic accipimus) est quoddam extraneum in parte **Accidens**
 a idem & in parte diversum qd si aliquod predicatum equaliter fue-
 rit assignatum rei subiecte & accidenti: causatur deceptio que fal-
 lacia accidentis dicitur. **DIS.** Quot modis fit? **MAG.** Tribus
 Primo ex eo qd aliquid dicitur de aliqua re: & ppter hoc creditur etiam **Primus**
 convenire accidenti illius rei: ut sic arguendo. homo est species petrus **modus**
 est homo: igitur petrus est species. ibi species convenit homini: & pro-
 pter id ena videtur continere petro. Secundo fit propter hoc qd aliqua **Secundus**
 duo in aliquo tertio conveniunt: & ob id inter se convenire iudicant
 ut homo est animal: equus est animal: igitur homo est equus. Tertio **Tertius**
 fit. Cum ex duobus diuisim sumptis inferatur aliquod coniunctum secu- **Argumē**
 dum accidens. ut sic arguendo. iste canis est tuus: & iste canis est pa- **tū a diuis**
 ter: igitur est pater tuus. Vnde ad hoc qd ex diuisis ad coniuncta ar- **sis ad con**
 gumentum possit inferri: requiritur primo qd predicata predicetur de se in **iuncta.**
 vicem aut de aliquo tertio per se. Secundo requiritur qd primū no in-
 cludat ultimū. Tertio requiritur qd no sit repugnantia in adiecto: pro-
 pter primū no sequitur. petrus est bonus: petrus est cythareda: igitur
 petrus est bonus cythareda. Propter secundū no sequit. petrus est hō
 petrus est aīal: igitur petrus est homo aīal. Et ppter tertū no sequit
 petrus est homo & est mortuus: igitur petrus est homo mortuus.

De fallacia scdm quid ad simpliciter. Ca. xi. MAG.

Secundū inter fallacias extra dictionē eam diximus: que fit: si **Scdm qd**
 f arguitur a dicto scdm quid ad dictum simpliciter. Est autem **ad simplr**
 dictū scdm qd determinatio diminuēs de ratione ei⁹ cui addit **dictū s; m**
DIS. Quot modis fit hec deceptio? **MAG.** Multis modis scdm **quid.**
 qd determinatio diminuens varijs potatribus: ut petrus est hō mor-
 tuus: igit est hō. Ethiops est albus scdm dentes: igit ethiops est albo
 Diuitie no sunt bonae male utenti: igitur diuitie no sunt bonae.

De fallacia petitionis principij. Ca. xij. MAG.

I contingat in syllogismo principium petere fallacia fit quam **Peticio**
 f tertio loco inter fallacias ex... tionē enumerauimus. Hoc **principij**
 autem contingit quinquies. Primo cū petitur definitū in defi-
 nitione. ut animal rationale currit: igitur homo currit. Secundo cum
 petitur particulare in uniuersali. ut nullus hō currit: igit petrus no cur-
 rit. Tertio cū petitur uniuersale in particularibus. ut petrus currit pla-
 i ij

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

to cūm: & sic de alijs igitur omnis homo currit. Quarto cū petiū
coniunctū in diuisis aut ecōtrario. ut medicina est disciplina sani: me
dicina ē disciplina egri: igit medicina est disciplina sani & egri. Q uin
to cū unū relatiū petitur in alio. ut petr⁹ est pater platonis: quia plato
est filius petri. Si igitur in dictis argumentationibz antecedens sit eque
lgnotum: ut consequēs fit fallacia petitionis principi. Post quā enūc
tauimus fallaciam consequentis.

De Fallacia consequentis. Capitulum. xiiij. MAG.

Primus
modus

f It autē fallacia consequentis: cū credimus consequentiā cōuer
ti: q nō cōuertit. Et hoc quidē trifarie accidit. Primo: cū arguit
a destructione antecedentis ad destructionē consequentis. ut si
homo est: aīal est: sed hō nō est: igit aīal nō est. Similit cū arguit ab
inferiori ad superi⁹ cū distributione superioris. ut oīs homo currit: igitur
omne aīal currit. Omnis hō est rationalis igitur oē aīal est rationale.

Secūdus

Secdo fit ab insufficiēte inductione singulariū. ut petr⁹ est aīal: & econ
uerso. Plato est aīal: & ecōuerso. & sic de alijs: igitur oīs homo est aīal

Tertius

& econuerso. Ibi em singularia huius quod sequit: Omne aīal est ho
mo nō sunt sufficienter inducta. Tertio fit cū arguit a cōteraccidenti
bus quē se aliquando consequuntur & aliqñ non. ut hic est comptus
igitur hic est adulter & econuerso.

De Fallacia secundum non causam ut causam:

Capitulum. decimumquartum. MAG.

d E fallacia scdm non causam ut causam diximus de potestate
syllogismorum. Transcamus igitur ad sequentem.

De Fallacia secundum plures interrogationes ut unam. Capitulum. xv. MAG.

Interro
gatio plu
res.

f Allacia quē sequitur est q fit scdm plures interrogationes ut unā
Est autē interrogatio plures in q plura pdicantur de pluribus
aut plura de uno: aut unū de pluribus. Ad quā si datur una re
sponsio/ causatur deceptio. ut si queritur. est ne hic & hic hō ē demon
strando petrum & alinū. Si dicas est: igitur alinus est homo. Si dicis
nō: igitur petrus nō est homo. Respondendum est ergo: unus est ho
mo: & alternō. Similiter potest hoc fieri in plurali numero. ut sunt ne
hec bonae demonstrando unum bonum & aliud malum.

De Fallacia ignorantie elenchi. Ca. xvi. DIS.

Elenchus

e Elenchus quid est? MAG. Est syllogismus contradictionis
(id est cōcludens contradictoriā ppositionis negare a respon
dente) unius & eiusdē non notis tm: nec rei tm: sed nominis &
rei simul: non synonymi: sed eiusdē: & ex his q data sunt de necessita
te nō cōnumerato eo qd erat in principio: ad idē scdm idē: similiter &
in eodē tpe. In hac definitione qdam ponuntur rationē syllogismi. ut

VII. DE SYLLOGISMO SOPHISTICO

particulę omnes p̄ter quattuor ultimę q̄ ponuntur ratione contradi-
ctionis; contra quas si peccauerit argumentū / fit fallacia ignorantie
elenchi. Unde primo fit contra hanc particulā ad idē. ut duo sunt du- **Primus**
plum ad unum: & nō sunt duplum ad tria: igitur duo sunt duplum & **modus**
non duplum. Secundo fit cōtra hāc particulā scđm idē. ut hoc est du-
plum illi scđm altitudinē & nō est duplum illi scđm longitudinē: igitur
hoc est duplum & non duplum. Terio fit contra illā particulā simili-
ter. ut homo est species: nullus homo est species: igitur idē est species
& nō species. Homo enī nō sumitur similiter ubiq̄: q̄a in prima sumitur
simpliciter: in secunda p̄sonaliter. Quarto fit contra hāc particulam
in eodē tpe: ut manus mea est clausa in illo instanti: & non est clausa
in alio instanti: igitur manus mea est clausa: & nō est clausa. **DIS.**
Videntur q̄ hec fallacia sit eadē cum fallacia scđm quid ad simpliciter.
MAG. Non est eadem. Nam hic arguitur a duobus scđm quid ad
unum simpliciter. Verū tamen omnes fallacie ad ignorantiam elen- **Oēs falla-**
chi possunt reduci. Nam in fallacia equiuocationis & in fallacia scđm **cie ad hāc**
quid ad simpliciter: & amphibologie: similis & in alijs fallacijs in di- **reducitur**
ctione: non sunt dictiones: aut orationes eedem scđm nomen & rem
In fallacia autem Accidentis non de necessitate sequitur aliud. Simi-
liter in fallacijs petitionis principij: non causę ut causę & consequen-
tis. In fallacia autem scđm plures interrogationes: non est unitas p̄-
positionis: quę tamen requiritur ad verum elenchum.

De Solutione paralogismorum. Ca. xvij. **MAG.**

Ed quia parū esset paralogismos posse construere: nisi & con-
structos & p̄positos possem⁹ enodare. Ob id iamā in fine hui⁹
de hoc pauca placuit adijcere. In primis autē sciendum para-
logismos siue fallacias duplices esse. Quidam enī peccāt in materia **Fallacie**
quia sc̄z assumunt falsum & non p̄bant: & non sunt p̄prie fallacie: & peccātes i
soluuntur per interemptionē unius: aut ambarū p̄missarum. Alij au- **materia**
tem sunt qui peccāt in forma: quia sc̄z nō debite disponuntur in mo- **peccātes**
do & figura: & hi si sint fallacie in dictione soluuntur p̄ distinctionē **in forma**
unius aut ambarū p̄missarū. Si vero sint fallacie extra dictionē: pōt
respōdens negare consequentiā: & causam defectus ostendere. Et pos-
sunt hec oīa fieri dupliciter videlicet solutione recta: & solutione ad
hominē. **DIS.** Quę dicūt recta? **MAG.** Ea quę manifestat syl- **Solutio**
logismū falsum scđm oēm modū scđm quē falsus est. Quę autē hoc recta. **Solutio**
nō facit: dicūt solutio ad hominem. Inter syllogismos autē facilioris solu-
tionis sunt qui peccāt in forma. Et dicuntur orationes acres. Peccātes ad hominem
autē in materia sunt aciores. Et si p̄missę sint valde p̄bables ad inferē
dū falsum dicūt orationes acerrimę: & ad soluendū difficiles. **DI.**
Potest ne dari modus q̄ quis cauere possit ut de facili nō paralogiscet. **Cautelę re**
MAG. Potest. **DIS.** Quis? **MAG.** Cauendū est ne responde spōdētis
i q̄

Orō acris
acrior
acerrima

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

Cautela re p̄sumas antequā argumentū perfecte fuerit propositū: & si co-
opponen- garis citius respondere dicas. admitto hanc p̄positionem causa argu-
as mentis aut dicas transeat. Et cū te deceptū videris: dicas te nō in eo sed
 alio accepisse sensū. Si vero ut alium decipere volueris: cela quantū
 potes p̄positum tuū. Multa queras a respondēte: & si quando male
 dixeris lauda. quādoq; ad iram prouocabis:ingas te velle ab eo dis-
 cere. Et nō nunquā argumētationē ad aliam materiā in qua plus ab-
 undaueris transferre studeas. Has decipiēdi cautelas accipias: nō ut
 aliquem decipias sed intelligas quo ab alio te decipere conāte cauē-
 dum sit. Sunt & alii syllogismi: videlicet Tentatiuus quo experimur
Syllogis- de scientia respondētis. Item & Syllogismus Fallogismus. qui pro-
mus Ter cedit ex principijs alicuius scientiæ male intellectis. ut si quis arguat.
tatiuus: lineam rectam curuæ equalē. Hoc medio. Omnes lineæ ductæ a cen-
 tro ad circūferentiā sunt equalēs. Hoc em̄ principiū nō intelligitur nisi
 de lineis rectis: sed q̄a pauca vis in his cōstituit / silentio transimus.

Tractatus Octauus de passionibus terminorum: quas parua logicalia dicunt. Ca. primū. MAG

Atribus autē p̄positionis quæ sunt subiectum & p̄dicatū varie-
p accidunt passiōes varietate & falsitatem earundē: similiter &
 argumētationū cōsequētias variantes. Quā ob causam nō
 ab re visum est de his pauca iam in calce logices adiungere. **DIS.**
 Optime facis. sed dic quælo quæ sint hę passiōes? **MAG.** Sūt Sup-
 positio. ampliatio. restrictio. appellatio. distributio & expositio. de q̄
 bus logicī multi diuersa scripserunt: e quibus pro epitomatis comple-
 mento per pauca enumerabo ordine iam p̄missō.

De Suppositione. Capitulum secundum. DIS.

suppositio Videt̄ Suppositio. **MAG.** Est acceptio termini pro aliquo
significa- q̄ non tamē ut significatio. Suppositio em̄ est passio termini iā
tio. ad significandū impositi. Significatio autē est passio vocis per
 se consideratę. **DIS.** Qui termini supponūt? **MAG.** Oēs termi-
 ni categoriatici (id est per se significatiui) ut hō asinus album nī-
 grū &c. Adiectiua tamē ad hoc dicunt̄ copulare: qm̄ accipiunt̄ p̄ sig-
 nificatio suo nō simpliciter: sed copulādo ipsū alteri: sc̄z huic cui in hę
suppositio rer. Suppositionē prima diuisiōe triarie partimur. videlicet in Syno-
Synodo dochiā. ut fer fontē (id est partē fontis) Anthonomaticā. ut pphe / anthono-
chica: ta dicit (id est David) & Metaphoricā. ut Hierusalē quę occidis pphe nōatica
 tas &c. Et rursus quęlibet harū duplex est scilicet discreta & cōmunis metapho-
discreta: **DIS.** Discreta quę est? **MAG.** est acceptio termini singularis p̄ rica
cōmunis. aliquo. ut petrus scribit. **DIS.** Cōmunis quę est? **MAG.** est ac-
 ceptio termini uniuersal̄ p̄ aliquo. ut homo. Et hęc rursus duplex est
 scilicet Naturalis & Accidental̄. **DIS.** Naturalis quę est? **MA**
naturalis. est acceptio termini pro omnibus his a quibus natus est participari.

VIII. DE PARVIS NATVRALIBVS.

ut cū dico. homo est animal. homo accipit pro hominibus pſentib⁹ & futuris. DIS. Accidētalīs quē est? MAG. Est acceptio accidētalī termini pro his pro quibus exigit adiunctū. ut homo albus. ibi accipitur homo tm̄ pro hominibus albis. Et rursus duplex est. scilicet simplex & personalis. DIS. Suppositio simplex quē est? MAG. est acceptio termini uniuersalis pro natura uniuersali. ut homo est species. ibi homo accipitur pro natura humana in cōmuni. Oīs homo est animal. ibi animal supponit simpliciter. similiter hominē. dicendo. oīs animal pter hominē est irrationale. DIS. Personalis quē est? MAG. Est acceptio termini cōmunis pro suis inferioribus. Et hęc rursus duplex est scilicet determinata & confusa. DIS. Determinata quē est? MAG. est acceptio termini cōmunis pro aliq̄ supposito. & tali suppositione supponit subiectū propositionis indefinitę & particularis. ut homo est animal. quidam alius currit. DIS. Confusa quē est? MAG. Est acceptio termini cōmunis pro omnibus suis inferioribus. Et hęc rursus duplex est. confusa scilicet distributua & confusa tantum. DIS. Confusa distributua quē est? MAG. est acceptio termini cōmunis pro omnibus suis inferioribus: & sub eo valet descendere copulatiuus. ut omnis homo currit. Ibi homo supponit confuse distributue: & taliter descendit. igitur petrus currit & plato currit & de alij. DIS. Confusa tantū quē est? MAG. Est acceptio termini cōmunis pro natura ut habet esse in suis superioribus: non tamen valet descendere copulatiuus. ut piper. dicendo hic & Rome venditur piper. & animal. dicendo. omnis homo est animal.

De Suppositione relatiuorum. Ca. iij. MAG.

Abest tamē termini relatiui specialē supponēdi modū sūm diuersitate earundē. nā quedā sunt relatiua substantię & quedā relatiua accidentis. DIS. Relatiua substantię quē sunt? MAG. Relatiua quę referūt rem p modū substantię. Est em̄ relatiuū ante latē rei recor datiuū) & hęc sunt duplicia. Q. uędā em̄ sunt relatiua identitatis: qdā diuersitatis. DIS. Relatiua substantię identitatis quē sunt? MAG. q identitatis referūt eandē rē in nūero: ut petrus scribit & idē disputat. Et hęc rursus sunt duplicia: vicē reciproca & nō reciproca. Reciproca sunt quę referunt rē agentē per modū patēdis. ut petrus pcutit se. Et hęc relatiua supponit pro eadē rē in numero cū suis antecedētib⁹. & loco eorū licet ponere antecedētia. Nō reciproca autē dicimus quę referūt eandē nō recipiūt in numero: & pro eadē supponūt. ut petrus legit & idē loquitur. petrus mouet & ille mouet. Patet igit̄ oīa relatiua substantię identitatis supponere pro eadē rē in numero cū suis antecedētib⁹. Relatiuū vō sub diuersitate substantię diuersitatis est qd referūt eandē rem in nūero cū suo antecedētis. Relatiuū. re: & supponit pro alia. ut petrus scribit & alius loquitur. DIS. Relatiua accidentis diu accidentis quē est? MAG. quod referūt per modū dēnominatio

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

nis: ut qualis est petrus talis est & plato. Et est duplex scilicet identitas
tis & diuersitatis. Relatiuū accidentis identitatis dicimus / quod refert
eandem qualitatē vel quantitātē in specie pro qua supponit. ut petr⁹
est albus & talis est plato. Petrus est bipedalis & tantus est plato. Re
latiuū autē accidentis diuersitatis: & si referat eandē quaalitatē vel quā
titatem in specie: pro alia tamē in specie supponit. ut Petrus est albus
& alterius modi est plato. Petrus est tritatus tripedalis: & alteri⁹ est
plato. Haften⁹ de suppositiōib⁹ terior. Nūc de ampliatiōe tractādū est

De Ampliationibus. Capitulu quartū. DIS.

ampliatio

Vid est ampliatio⁹ MAG. est extensio termini a minore sup /

q⁹ positione ad maiore. ut homo est. ibi homo stat tantum pro
p⁹sentibus. Sed dicendo homo fuit. homo stat pro p⁹sentibus.

& p⁹teritis. Non tamē intelligendū est q⁹ terminus possit ampliari. Iur
stat pro pluribus q⁹ in suppositione naturali: quia (ut dictum est) in

tali stat p⁹ omnibus a quibus natus est participari. Vnde pater ampli
tatiōe esse minore restrictionē: minus eū restringitur terminus p se po

ampliatio

est minor

restrictio.

situs vel in naturali suppositiōe q⁹ restringat in ppositione qua ampli
ari dicit. Amplius sciendū: terminos sequētes sc⁹ posterius prius pos

sibile impossibile cōtingens necessario. Similiter & v⁹ balia in bilis vel
bile. aut riuus terminata: terminū non ampliare sed pmittere ipm na

turaliter stare. Quod qdem plurib⁹ firmari possit rationibus: quas
breuitatis causa libuit silentio transire.

De Restrictione Capitulum quintum DIS

Restrictio

Vid est restrictio⁹ MA. est coarctatio termini a suppositiōe

q⁹ maiore ad minore. ut dicēdo homo. homo supponit & stat p⁹
omnibus hominib⁹. sed dicēdo homo est. homo stat tū pro

p⁹ntibus. Simil⁹ r homo albus: stat tantū p albis. Vnde qūcūq⁹ ter /

p nomen

minus stat p paucioribus q⁹ si staret naturaliter dicitur restringi. Et fit
hoc p nomina: & (ut in plurimū) adiectiua. Adiectiuū enī restringit

substantiuū ad standū secum in eodem genere: & pro his qbus signi
ficatū adiectiui inheret. Et hoc quidem verū est: si adiectiuū ponatur

cū suo substantiuo ex eadē parte subiecti aut p⁹dicati. Nihil enī positū
a parte p⁹dicati restringere potest subiectū: quo ad principale significa /

p verbum

p partici

pium

tū. ut dicēdo homo est albus: homo restringit per albus nō pro albis
sed pro masculis. Sic similiter restrictio per verba & participia: quoni /

am verbum aut participiū p⁹sentis temporis restringit terminū ime
diatē pcedentem & sequentem pro p⁹sentibus & p⁹teritis. Participiū

autem vel verbum futuri temporis restringit terminū imediare p⁹ce
dentem & sequentē pro p⁹sentibus vel futuris. Exempla sunt homo

est asinus: homo fuit asinus homo erit asinus. Item sic similiter quan
doq⁹ restrictio ab usu. ut nihil est in cantero: intelligitur nihil solidum:

ab usu

licet ibi sit aer &c. Sequitur de appellatione.

.VIII. DE PARVIS NATVRALIBVS

De Appellatione, Capitulum sextum DIS

Vid est appellatione MAG. Est acceptio termini pro re ex/ appellaō

q istente. ut homo curritibi homo appellat hominē existentē.

Verba autē quæ significant actus animi interiores terminose
quenti dant appellare formā & rationē. ut cognosco venientē: id est

augusti⁹ cognosco eū qui venit/ sub ea ratione quæ venit. verūm scripturæ sacræ

Hierony⁹ nūc abhorrent rigorē. unde Augustin⁹. Indignū vehemēter existimo

di. c. nō vobis. Et. c. omne dicitur: nō in dialectica placuit deo patri

filio & c. regnū em̄ dei in simplicitate fidei est: nō in cōtentione ser/

monis. de his dicit: qui omnem vim disputationū suarū in dialectica

ponūt. Ea ppter malui ad p̄sens aliorū dicta de passionib⁹ huiusmōi

Gregori⁹ dialecticis: succinctim pcurrere q̄ vel de pprio aliquid noui cudere:

libro. xxvi. moralū ait. non debet intentio verbis dāseruire sed ver/

ba intentioni. xxij. q. v. c. humane. Eisdem doctor in s̄mone quodā

dicat. plerumq; dum proprietates verborū attenditur/ sensus veritatis a

mititur. Diuus quoq; Hieronymus sup̄ epi. ad Galatas. Euangeliz

inquit nō est in verbis scripturæ sed in sensu: nō in superficie sed in me

dulla. nō in sermonū folijs/ sed in radice rationis. Sanctus quoq; Hi

larius li. iij. de trinitate. Intelligentia ait dictorū ex causis est assumen

da dicendi. quia nō sermoni res sed rei est sermo subiectus. Talib⁹ fi

li charissime sanctorū sentētijs obuiare poteris istis neotericis logicis q

phiam omnē naturalē & moralē postponentes/ priscoꝝ patrū & ec/

clesiasticorū doctorū grauissimas sentētijs aut fuisse inuertere: aut pe/

nitus nō verentur negare si ipsas regulis suis dialecticis nequerint co

apare. de qbus canonica sanctio ait. nōne vobis videt in vanitate sen

sus & obscuritate mētis ingredi/ q diebus ac noctibus in dialectica ar

te torquet. xxxvij. di. c. nōne. & eadē di. p Urbanū papā dicit. Omnē

vim inuentorū suorū in dialectica disputantes ponūt hereticū q phorū

sentētia definit non astruēdi vim habere sed studiū destruēdi: s; non

in dialectica placuit deo patri & c. ut supra. Reliqua transimus.

De Distributione. Capitulum septimū. DIS.

Vid est distributio MAG. est multiplicatio acceptiois ter/ distribū

q mini omnis. p suis inferiorib⁹ p signū distributiū facta. Sig. do.

distributi⁹ na aut distributiō sunt duplicia. vic; sube & accidētis. Substā/

na sube

ne sunt q distribuit p rebus hūib⁹ se p modū sube & hec sunt rursus

multiplicia. qdaz em̄ distribuit p omnibus p̄his subiectiuis. qdaz p

duob⁹ tm̄. qdaz p op p̄tib⁹ integralib⁹. DIS. q sunt q distribuit p

p̄tib⁹ subiectiuis oibus MAG. sunt omnis/ nullus/ quibet/ qdlibet

qualibet/ nihil/ nemo & similia. Siml^r differat aliud ab. non idē & c.

LIBRI SECVNDI TRACTATVS

Et dicitur hec signa uniuersalia: nō quia significant uniuersale: sed qm̄
 uniuersaliter significā: quia distribuūt terminū p̄ omnibz suis inferio-
 ribus: & tñ differēt: q̄a signa negatiua distribuūt terminū mediate vñ
 imēdiate sequentē. ut nullus hō est asinus: ibi distribuūt hō & asinus
 Sed affirmatiua tñ distribuūt terminū imēdiate sequentem. ut oīs
 homo est asinus: ibi tñ distribuūt homo. Animaduertendū tñ de hoc si/
 omis qñ grō omnis. Nam qñq; accipit & collectiue & distributiue in nume/
 exigat ma ro scz plurali. Exempla sunt: omnes ap̄li dei sunt duodecim. Ibi acci/
 appellata pitur collectiue; valet em̄ oēs ap̄li simul collecti sunt duodecim. Sed
 dicendo. oēs hoīes cūnit. ibi accipit distributiue. DIS. Quid si tñ
 duo homines current: dicere ne liceret omnes homines currunt.
 MAG. Si nō essent plures hoīes / dicere quidē licet: oēs sicut dici
 mus oīs sēnīx. oīs sol. Si autē plures sint: etiā nō currēt oēs nō dici
 mus: sed ambo vel uterq; nec hoc te lateat. Nihil & nemo includere ter-
 minos sui distributionis: ut nihil. i. nulla res nemo. i. nullus homo: vñ
 nullum ens quod est homo &c. DIS. Quē sunt signa distributi-
 ua duoz? MAG. Vter & neuter: uterq; neuterq; neutraq; utraq;
 Vter utrumq; hęc enī distribuūt p̄ duobz demonstratis. ut neuter hoīz: cur/
 Neuter rit. DIS. Quid de negatione? MAG. Negatio principaliter ne-
 Negatio gat: & ex consequenti distribuūt. quia scz negatio oīa facit stare pro om-
 nibus negatiue. DIS. Quē sunt distributiua p̄ partibus integrā-
 libus? MAG. Hoc signū totus quod quidē dupliciter accipitur: vñ
 Totus delictet kate-gorematice: tunc valet totus. i. habens partes. ut totum
 quod est in mūdo est in oculo meo. i. ens habens partes qd est in mū-
 do &c. Alio modo accipitur synkate-gorematice. & tunc valet totus. i.
 quēlibet pars. Includit enī terminū suę distributionis scz pars. unde
 dicendo totus petrus: ibi petrus nō distribuūt: sed pars. DIS. Quē
 distribuunt sunt distributiua accideris? MAG. Quē distribuunt p̄ re habēte se
 ua accideris per modū accidētis. Et sunt duplicia. Quēdā enī distribuūt p̄ quali-
 tatibus: quēdā vero p̄ q̄titatibus. DIS. Quē distribuūt p̄ q̄titati-
 q̄libet bus? MAG. Hoc signū quaelibet: cuius particulare est aliquibet. va-
 let em̄ q̄libet. i. ens habēs oēm spēm qualitatis. DIS. Quē sunt
 quantus distribuutiua q̄tantis? MAG. Hęc quātuſcūq; qd distribuūt p̄ q̄ti-
 cūq; tate cōtinua: & quātuſcūq; quod distribuūt p̄ q̄titate discreta. P̄ter hęc
 totus cūq; est hoc signū infinitū. Quod qdē accipit multipliciter. Primo negati-
 infinitū ue: p̄ ente qd finitū nō pot: q̄a nō habet aptitudinē finiēdi. ut vox est
 infinitū inuisibilis: quia videri nō pot. Secdo accipit p̄ eo qd nōdum
 est p̄transitū p̄ tñ p̄transitū: ut ager nōdum dimēsus. Tercio acci-
 pitur p̄ illo cuius q̄titas semper crescit p̄ appositionem: ut numerus.
 Quarto pro eo cuius quantitas nunq; desinit diuisione: ut linea vel
 superficies. Quinto accipitur pro eo cuius q̄titas semper crescit ap-
 positione: & nunq; desinit diuisione. ut tempus. Ex his tribus uli-
 mis modis potest accipi: aut simpliciter: aut quo ad nos. Et valet infi-

VIII. DE PARVIS NATVRALIBVS.

nitum id est quolibet plura. Hæc de distributionibus. jam ultimo percurramus propositiones exponibiles.

De Exponibilibus. Capitulum octauum. DIS.

Vam propositionem exponibilem censes? MAG. Eā quæ q habet sensum obſcurum/ propter aliquod ſynkategorema in ea poſitum. Synkategorematum vero huiuscemodi quædam ſunt excluſiua, ut tantū ſolum duntaxat &c. Quædam exceptiua, ut præter/ præterq; niſi &c. Quædam reduplicatiua, ut inquantū/ eo q; ſecundū q; &c. Item ſunt: Incipit & deſinit in ſinitū comparatiui & ſuperlatiui: differt: aliud ab: tot⁹ & qualelibet. &c. De quibus eodem obſeruato ordine pauca in calce logices adſciemus.

De Excluſiuis. Capitulum nonum. MAG.

Excluſiua in qua nulla ponitur negatio: exponitur per duas e exponentes: coniunctas per coniunctionē copulatiuam: quarum prima eſt præiacēs propoſitionis exponibilis (id eſt propoſitio quæ remanet depoſito ſigno excluſiuo) Secunda eſt negatiua in qua negatur prædicatum ab omnibus alijs a ſubiecto. ut tantū homo currit. exponitur ſic homo currit: & nil aliud ab homine currit. Excluſiua autem in qua ponitur negatio: ſiquidem negatio ponitur ante ſignum excluſiuum exponitur per unam diſiunctiuam de partibus contradiſcentibus prioribus. ut Non tantū homo currit. exponitur ſic. nullus homo currit vel aliquid ab homine currit. Si autem negatio ponatur poſt ſignū exponitur per duas propoſitiones coniunctas. per coniunctionē copulatiuā: quarū prima eſt præiacens negatiua. Secunda eſt affirmatiua in qua prædicatū affirmat de quolibet alio a ſubiecto. ut tantum accidens non eſt ſubſtantia. exponitur. Accidens nō eſt ſubſtantia: & omne aliud ab accidente eſt ſubſtantia. Et hæc vera ſunt/ cum propoſitio excluſiua exponitur gratia alietatis. Nā ſi in ea ponatur diſtinctio importans numerū: exponenda erit gratia pluralitatis: per omnia ut dictū eſt, dempto q; in ſecunda exponente ponitur plures uel eius condeclinē. ut iſta Tantū duodecim ſunt apoſtoli dei: exponitur duodecim ſunt apoſtoli dei: & non plures quā duodecim ſunt apoſtoli dei.

De Exceptiuis. Capitulum decimum. DIS.

Vomodo exponitur exceptiua? MAG. Exceptiua affirmatiua exponitur copulatiue: per tres exponentes: quarū prima affirmat prædicatū de ſubiecto ſumptū cum aliud ab. Secunda affirmat prædicatū de termino excepto. Tertia negat prædicatū de termino excepto. ut hec Omne animal præter homine eſt irrationale ſic exponitur. Omne animal aliud ab homine eſt irrationale: & homo eſt animal & homo nō eſt irrationalis. Negatiua uero exponitur copulatiue per tres exponentes: quarū prima negat prædicatū de ſubiecto

sumpto cum aliud ab. Secunda affirmat subiectū de termino excep/ to. Tertia affirmat predicatū uniuersaliter de termino excepto: ut hęc nullum animal præter hominē est risibile. Sic exponit Nullū animal aliud ab homine est risibile: & homo est animal: & omnis homo est ri sibilis. Cōtradiçtorie hæc exponuntur p̄ exponentes cōtradiçtorias Hoc tamē animaduertendū/ signa exceptiua nō posse poni nisi in pro positione uniuersali in qua terminū cōmunē super quē imediātē ca/ dunt/ si impedita nō fuerint faciūt supponere simpliciter. ut in dictis propositionibus: hominem supponit simpliciter.

De Reduplicatiuis. Capitulum. xi.

DIS.

reduplica
tiua.

Vomodo exponuntur reduplicatiue? MAG. Reduplica/ tiua affirmatiua exponitur p̄ quattuor exponentes copulatiue quare prima affirmat p̄dicatū principale de subiecto. Secū da affirmat reduplicatū de subiecto. Tertia affirmat p̄dicatū princi pale de reduplicato. Quarta est una causalis in cuius ante ponitur dictio super quā cadit reduplicatio: cū aliquo transcendente: & in con sequente p̄dicatū principale affirmat de relatiuo illius transcendētis. ut hæc. homo inquantū rationalis est risibilis: & omne rationale est risibile & si ali/ quid est rationale ip̄m est risibile. Negatiua autē exponitur p̄ quattu or exponentes copulatiue quare prima negat p̄dicatū de subiecto. Se cunda affirmat reduplicatū de subiecto. Tertia negat uniuersaliter p̄ dicatū de reduplicato. Quarta est una causalis in cuius ante ponitur reduplicatio cū aliquo transcendēte: & in cōsequente negatur p̄dicatū de relatiuo illius transcendētis. ut ista nullus homo inquantū ratio/ nalis est rudibilis. sic exponitur. nullus homo est rudibilis: & omnis homo est rationalis & nullū rationale est rudibile: & si aliquid ratio nale ip̄m non est rudibile. Cōtradiçtorie hæc exponuntur p̄ exponen tes cōtradiçtes. verū tamē hæc signa nō semper accipiuntur redupli/ catiue sed quādoq; specificatiue. Accipiunt quidem reduplicatiue: qm̄ denotant illud super quod cadunt esse p̄ eā causam quare p̄dicatū insit subiecto. ut in exemplis dictis. Specificatiue vero accipiunt quā do denotāt id super quod cadunt nō repugnare quin & sub ea ratioe p̄dicatū insit subiecto. ut homo inquantū albus currit. Modus autē exponendi datū intelligitur cum signum accipitur reduplicatiue.

De Incipit & desinit Capitulum. xij.

DIS.

Incipit.

Vomodo exponunt p̄positiōes de desinit & incipit? MAG. Si incipit/ponatur cū dictiōne significāte rem cuius esse simul acquiritur: exponitur copulatiue p̄ duas exponentes: quare pri ma est affirmatiua de p̄senti/ secūda negatiua de p̄terito. ut homo inci pisse. exponitur: hoc nunc est: & homo imediātē ante hoc non fuit. Si autem ponatur cū dictiōne significāte rem cuius esse successiue

VIII. DE PARVIS NATVRALIBVS

acquiruntur: exponitur copulatiue per duas exponentes: quarum prima est negatiua de presenti: secunda affirmatiua de preterito: ut homo incipit esse albus. exponitur: homo nunc non est albus: & homo immediate post hoc erit albus. Similiter si definitur/ponatur cum dictione significante rem cuius esse simul acquiritur. exponitur copulatiue: cuius prima pars est affirmatiua de presenti: secunda negatiua de futuro. ut homo definit esse. exponitur. homo hunc est & homo immediate post hoc non erit. Si autem ponatur cum dictione significante rem cuius esse succedat siue acquiritur: exponitur copulatiue per duas exponentes: quarum prima est negatiua de presenti: secunda affirmatiua de preterito. ut homo definit esse albus. exponitur. homo nunc non est albus: & homo immediate ante hoc fuit albus. Contradictoria exponuntur per oppositas contradicentes prioribus.

Definit

De Infinito. Capitulum. tredecimum. DIS.

Vomodo exponuntur propositiones de Infinito? MAG. Infiniti acceptiones in superioribus audisti. Si igitur infinitum synkategorematice sumptum ponatur in propositione tunc exponenda est copulatiue per duas exponentes: quarum prima affirmat predicatum de subiecto sumpto sub aliqua quantitate. & secunda negat tale predicatum inesse tali subiecto sub determinata quantitate. ut ista infiniti homines currunt. exponitur. aliqui homines currunt & non tot quin plures duobus vel tribus. & sic de alijs. vel sic. aliqui homines currunt: & non quibuslibet plures currunt. Si autem infinitum accipitur kategorematice: tunc prima propositio affirmat quantitatem de subiecto. secunda negat terminum illius quantitatis. ut haec linea est infinita. exponitur. linea est quanta: & linea non habet terminum suae quantitatis. Et hoc corpus infinitum est album. exponitur. aliquod corpus quantum est album: & id corpus non habet terminum suae quantitatis. Nec te lateat infinitum synkategorematice sumptum confundere terminum. immediate sequentem immobiliter: quia facit ipsum stare confusum tantum.

Infinitum

De Comparatiuis & Superlatiuis. Ca. xiiij. DIS.

Vomodo exponitur propositio in qua ponitur comparatiuus? De copo
q MAG. Si capiatur proprie & comparatiue: tunc exponitur ratiuo
copulatiue per tres exponentes: quarum prima affirmat positiuum
de re excedente: secunda affirmat eundem de re excessa: tertia affirmat
excessum de excedente cum aduerbio magis. ut petrus est fortiorio/
anne. exponitur. petrus est fortis & ioanes est fortis: & petrus est ma
gis fortis quam ioanes: vel ioannes non est adeo fortis ut petrus. Si autem
comparatiuus accipitur improprie. ut deus est sanctior dyabolo sic
exponitur. deus est sanctus & dyabolus non est sanctus. DIS. Quo

LIBRI SECVNDI FINIS.

De superlatiuo. exponitur propositio in qua ponitur superlatiuus? MAG. Superlatiuus quandoq; accipitur comparatiue. ut sanctissimus id est valde sanctus. Quandoq; suplatiue & improprie. cū scilicet res comparatur sunt diuersarū naturarū. ut leo est forissimus lyncum. Quandoq; vero accipitur pprie cum res comparatur sunt eiusdē nature & tunc si accipitur affirmatiue; exponitur ppositio per tres exponentes copulatiue; quaz; prima affirmat positiuum de re excedente. Secunda affirmat eundem de re excessa. Tertia affirmat excessum de re excedente per respectū ad rem excessam uniuersaliter captam. Si autē suplatiu⁹ tenetur negatiue; tunc tertia exponens est negatiua. Exemplū primū Rosa est pulcherrimus florum exponitur. Rosa est pulchra: & omnis flos est pulcher: & rosa omni flore est pulchrior vel magis pulchra. Exemplū secundū. Substantia est genus generalissimū: exponit substantia est generalis: & alia genera sunt generalia: & nullum est generalius substantia (possunt tamē esse & que generalia) &c. Cōtradictorie exponuntur disiunctiue per exponentes cōtradicētes. Habet autem superlatiuus proprie acceptus vim distribuēdi terminū uniuersalem significantem rem excessam.

De Differt aliud ab. Capitulum. xv. DIS.

Vomodo exponitur ppositio de differt aliud ab/ non idem q &c? MAG. Affirmatiua exponit copulatiue p tres exponentes; quaz; prima affirmat est de eo quod differt. Secunda affirmat est de eo a quo differt. Tertia negatiua de se inuicem. ut asinus differt ab homine exponitur asinus est: & homo est: & asinus nō est homo. Negatiua exponitur disiunctiue per exponentes cōtradicētes ut asinus non differt ab homine exponitur. asinus nō est vel homo non est vel asinus est homo. Et sciendum terminū cōmunem immedie sequentē prædicta signa confundi distributiue. Nec signa peculiaria hanc distributionē impediunt. ut asinus differt ab aliquo homine. valet ab omni homine differt asinus. De toto quolibet: & alijs dictum est in superioribus. Iam logices finem attigimus. Nunc p complemento triuij Rhetoricam lustrabimus.



TYPVS IN RHETORICAM



LIBRI TERTII TRACTATUS

Libri Tertij tractatus Primus De partibus Orationis.

Am deo auspice & grammatices & logices principia non modo succinctim / veriteria miro secunditatis ordine explanasti: quibus animi cōceptus: nō barbaris sed latinis potius orationibus exprimere earundēq; vīrates ac falsitates / multifarijs rationationibus dilucidare possum argutissime. Attamen in hoc ipso deficere mihi videre videor: q̄ nondū eas: eo ingenio exornandas pernosco: quorū de quibus sermo est: conditio exposulat. MAG. Sane dicis. Nam hoc alterius negotij: & ad eam liberalem scientiā attinet: quā Rhetoricam in principio nostrę disceptationis diximus.

Quid Rhethorica: q̄ primo tradita. quid Rhetor quid Rhetoris officium: & quot genera causarum Capitulū primum. DISCIPVLVS.

rhetorica

Vid est Rhetorica? MAG. est benedicēdi sciētia in ciuilibus q̄ quēstionibus: ad psuadendū iusta & bona: in rerum psonarū q̄ negotij causa p̄tō: & thesis em gręce / latine locutionem sonat. Hęc autē sciētia & ornate. & expedite loq̄ dat: un̄ & agricis p̄tō p̄tō a nostris autē Rhetorica dicta est: hinc p̄tōp: id est rhetor huius sciētię gnatus. DIS. Quis igitur rhetor primus aut huius artis inuentor fuit? MAG. huius certitudinē nondū accipi: Sed hoc manifestū: ipam a Demosthene gręcorū oratore: & a Marco Tullio Cicerone latine eloquētię principe miro ingenio exultā: nec ab aliquo unq; viro docto neglectā: obinnumeros ex ea pullulantes fructus: de cuius laude verba fundere / altius ingeniū: & tractatum requireret maiore. DIS. Prętermisiss igitur his. Quid rhetor. & quod officium eius dilucida. MAG. Rhetor quē & oratorē dicere possumus. Est vir bonus dicendi arte peritus. Officiū eius est de his rebus posse apposite dicere: quę in ciuilibus quēstionibus secundum mores & in stituta patrię cōprobanē. Hęc autē sunt an turpe aliquid: an laudabile utile vel honestū: equū v̄l iniquū sit. Ex quib⁹ rebus tria causarū gēna nascunt. DI. Quę? MA. Primū Demonstratiuū / p̄ qd orator audenti delectationē preponit. Secundū est iudiciale in quo orator sēuitiam / aut clementiā iudicis p̄quirat. Tertiū est deliberatiuū in quo orator spem / aut reformidationē liberātis p̄tendit. In quib⁹ & circa quę maxime oratorē obseruare oportebit: ut p̄emiet ap̄te: namet ap̄te: pugnet acriter: colligat fortiter: omet excelsē: p̄nūciat lucidē: tenet fixē. Postremo doceat: delectet: atq; afficiat. In his em oratorū mun⁹ explet. p̄missa igit eam rerū distributiōe: ad p̄cepta causarū cōla p̄gam⁹.

Rhetor

gēna causarum.

Demo/
sthenes
Cicero.

De oratione Demonstratiua & a quibus locis con-

PRIMVS DE PARTIBVS ORATIONIS

stituenda sit. Capitulum secundum. DIS.

Ratio igitur Demonstratiua quibus constituitur. **MAG.** De Genus
o monstrationis genus: quod ad laudandos claros viros: & im- demonstra
probos vituperandos/suscipitur: & in quo magis q̄ ceteris in tium.
virtutū vitiōrūve cognitione oratio versatur: cōsumitur in narrādis
exponendisq; factis & rebus gestis bonis aut malis. Ea autem tribus
versantur generibus hoc est externis/animi/& corporis. **DIS.** Bo Bona ex/
na externa quæ sunt. **MAG.** Sunt. genus: gloria:& amicitie: qui/ terna
bus fortunæ & facultates annumerant. **DIS.** Bona corporis quæ Corporis
sunt. **MAG.** Sunt vires: agilitas: valitudo: pulchritudo &c. Non
enim omnino felix est qui specie turpissimus est: & sine prole. His in
oratione cōstitutis: vniendū est ad bona animi. **DIS.** Q̄ uē sunt? Animi

MAG. Sūt virtutes morales. ut prudentia: fortitudo: iusticia: tem/
perantia liberalitas. & ceteræ. Item bonæ artes cū philosophiæ p̄ribus.
Maximopere autē aduertendū circa hæc. quoniā recte beato Grego/
Gregori^o rio. Sepe vitia pro virtutibus se ingerūt: & virtutes se esse mentiunt.
41. dil. ca ut Audacia p̄ fortitudine/prodigalitas pro liberalitate: & supersticio
Sepe. pro religione. De his autē in moralib⁹ latius differendū. Nec omnino
negligendū quemadmodū quisq; generatus: quēadmodū educatus
queadmodū institutus: moratusq; fuerit: quib⁹ usus amicis: & si qd
magnum cui & in credibile acciderit/maxime si illud diuinitus accidere
potuerit videri. Tum quod quisq; senserit: dixerit: gesserit. hæc em̄ ad
ea quæ virtutū p̄posita sunt genera: accōmodabunt. Necq; vero mors
eorū quorū vita laudabitur silentio p̄teriri debet. Si modo quid erit
animaduertendū. aut in ipso genere mortis: aut in iplis rebus quæ post
mortē cōseuunt. Et hæc iam exposita bona confirmari & confutari
pōterunt: si fortunæ quoq; commoda pro affectu mentis in laudem
vel ignominiam trahentur.

De Oratione deliberatiua: & a quibus locis consti
tuenda. Capitulum tertium. DIS.

Ratio deliberatiua quibus absunt. **MAG.** Genus delibera Genus d/
o tionis/aut cōsultationis ad utilitatē tendit/ad quā oīa referri de liberam.
bent in consilio dando. Illa autē primosunt suasori & dissuasori
notanda: quid fieri possit: & qd necesse sit aut non necesse Nā si quid
effici nō potest/deliberatio tollit: q̄uis utile sit. Cū autē quærēt qd fie
ri possit: videndū est etiā q̄ facile possit Nā p̄ difficultia p̄inde sepe ha/
benda sunt ac si effici nō possint. Et cū de necessitate attendem⁹: etiā si
quid necessariū nō videbitur: videndū tamē erit q̄ sit illud magnum.
Q̄ uod em̄ pmagnū est pro necessario sepe habet. Vtendū rui sus in
cōsultatiōe an tuto etiā sit illud aggredi. vis em̄ dolusq; similitatiōes
nobis animaduertenda sunt: quibus aduersus consilia nostra facile
aliqñ obuiari pōt. Et rursus quia hoc genus ad utilitatē tendit quæ in
E ij

LIBRI TERTII TRACTATVS

discernendis bonis malisque versanturea distinguenda sunt. **DIS.**
 Bona re/ Quomodo? **MAG.** Nam bonorum quædam necessaria sunt ut vi
 cessaria talibet coniugetes: germani parentes. Quædam non necessaria: in cõ/
 no neces/ moditati cõiuncta sunt: ut opes: copie: clientelæ. Quædam honestati
 saria. cõiuncta sunt: per quibus optimus quisque contendit. ut gloria honor
 honestati nobilitas &c. In his igitur rebus: cum bona sint facile intellectu est quæ
 cõiuncta eorum contraria. Et ab his psuasionis loca & argumeta formanda sunt
 Et dissualionis ab eorum maxime contrariis elicienda. Et quoniam non ad ve
 Hoim geritatem: sed etiã ad opiniones eorum qui audiunt accommodanda est ora
 n duplex: hoc primum intelligamus: hominũ esse duo genera. Alterum in/
 doctum & agreste quod antefert utilitatem honestati. Alterum ex/
 politum: quod rebus omnibus dignitatẽ antepont: & honestatẽ uti
 litati. Itaque huic laus: honor: gloria: fides: iusticia: omnisque virtus. Al
 teri quæstus: emolumentum: fructus voluptas laudanda est. Et post
 hac de efficiendi ratione dicamus: quibus & contra quos: aut quo lo
 co aut quibus facultatibus: armorum: sociorum: pecuniæ: earumque rerũ
 quæ ad rem pficiendam pertinent uti possumus: perquirendum est. Vter
 que autem suador & dissuador ad augendum exempla habeat aut recẽ
 tiora: quæ notiora sũt: aut vetera: quæ plus auctoritatis habet. Maxime
 quæ in hoc genere prodest: ut possit utilia & necessaria honestis: vel hec il
 lis anteferre ad cõmouendos animos. Principia autẽ in his dicẽdis ge
 neribus breuia esse debebũt. Et in hoc genere a natura rei auditorisque
 persona aut a re ipsa narrationem trahemus.

De Oratione iudiciali: & a quibus locis constituen enda. Capitulum quartum. **DIS.**

Genus iur Ratio iudicialis quibus integrat. **MAG.** Hoc gen⁹ inter oĩa
diale o difficillimũ est: quoniam iuris scientiã & humanarum rerũ exper/
 entia magnitudine sua complectitur: contractusque quos accu/
Astor: sator & reus late diffusetque narrant confirmant: confutant atque condu/
 dunt continet. Accusator autẽ eum seruabit ordinẽ: ut singula argu/
 menta quasi hasta collata in manu vehementer pponat: concludat
 acriter: confirmet tabulis / decretis & testimoniis: & iuratum efficiat
Reus: iudicem. Reo autẽ omnia secus facienda. Sumenda em sunt princi/
 pia ad beniuolentiã conciliandam: narrationes autẽ amputandæ quæ
 ledunt. Firmamenta ad fidem posita aut perse diluenda aut obscurã
 da: aut digressionibus obruenda: per orationes autem: ad misericordi
 am conferendæ. De his autẽ circa confirmationẽ & conclusionẽ diffu
 sius tractabimus. Nunc ad orationis partes pergamus.

De partibus orationis in genere. Capitulum v. **DIS.**

Orationis Rationis partes quæ & quor sunt. **MAG.** Orationis partes
partes: o quibus supradictæ res complectuntur: quinque sunt. Inuentio
quinq; Dispositio: Elocutio: Pronũciatio & Memoria. Quarũ primæ

PRIMVS DE PARTIBVS ORATIONIS.

tres arte & præceptione percipiuntur. Post reme due partim a natura
contribuunt: partim exercitatione & assiduo usu comparari possunt.

De Inuentione & eiusdem partibus. Ca. vi. DIS.

Vid est Inuentio? MAG. Est verborum & rerum apta ne Inuentio
q goch's excogitatio. Et habet has partes. Exordium narratio/ partes in/
nem: diuisione: conformatione: confutatione: conclusionem. uentiones
De quibus per ordinem differendum: & primo de Exordio.

De Exordio. Capitulum. vii. DIS.

Xordiū quid dicis? MAG. Quo data vel subrepens beni Exordiū
e uolentie captatio sumitur. Primū principio: scdm autē insinua/
tione perficimus. Horū autē diuersitas scdm quatuor genera In dubio
sumit. autem in dubio causa nostra posita est turpi honestoq; mixta turpi ho/
exordiamur ab ea parte q honestatē cōtinet. Et in ea principio attemur nesto mi/
quo beniuolentia animus auditoris pparandus est/ ne turpitudinis xta
pars obesse possit. Aut in honesta. ut si de funere religionē pietate & In hone/
similibus dicendū sit: & in ea laude principiū extollendū aperte pcedē sto
dum est. In turpi. ut et res honesta oppugnatur: aut turpis defendit: In turpi
in ea insinuatione utemur. Aut in humili. ut si de aliqua vili causa agi in humili
tur & in ea qm res parua agitur attentum auditorē requirimus: am/
plificando exordium exemplis similiarum causarū. DIS. Vnde autē
beniuolentia captanda est? MAG. a persona nostra: auditoris: vel beneuolē
aduersarij & a re ipsa. ut si re digna laude psequimur & merita digni/ tia captat
tates: aut virtutis genera persone iudicis: aut nostre cōmemoramus
Horū autē contraria in aduersariū retorquemus. Vt autē attente audia
mur: a rebus ipsis ordiendum est: ut quales & quante sint de quibus ut attenti
nobis sermo est: ostendamus. In hoc etiam auditores dociles reddi/ audiāur.
mus. Hec autem moderanda sunt: ut nec assentatores nec iactatores dociles
videamur. assentatores quidē si supra modum auditorū laudes sequi/ auditores
iactator mur. iactatores autē si minus modeste: vel nos: vel rem dicendā lau/ reddim?
Cautela dabimus. Omnino etiā cauendum est: ne verbis plixionibus aut ma
xime sententiæ apparatu in exordio utamur. Hec em oratorē callidū
ostērant: & fidē minuant. attamē nōnunq; exordijs abstinem⁹. ut cū
adeo honesta est causa ut exordio nō sit opus. ut cū de religione di
cendum est. aut cū agi apud aliquos in causa: in qua sepius dictum
cit. Attentio m & beniuolentia auditoris comparanda est.

De narratione & diuisione. Capitulum. viii. MAG.

Xordio narrationē subijcimus. qua breuiter: aperte: & verisimi
liter causa exponitur. Breuiter quidē ne frustra tempus teratur.
Aperte ne auditoris animus incert⁹ ab audiendo distrahat. ve
risimiliter autē. ut fidem faciat. Primū tunc seruabimus: Si a necessa/
rijs incipimus: summam dicim⁹ & transitionibus supersedemus. Secū
dum: si gestum ut gestum exponimus: ordinē seruamus: & breuitatē
k in

LIBRI TERTII TRACTATVS

sequimur. Tertium autē: si in narrando opinionē mores: & naturam aduertimus. Et hec quidē per verba ppria: nō sordida: nec nimis exquilita: sed pura & familiara: nō sepius repetita: aut diffusa narranda sunt. Narratione pmissa statim sequitur paritio siue diuisio. q̄ conuenientius tribus dumtaxat partibus absūmitur. ne si in plures audire/res tedio afficiat: aut si in pauciores eorū mentes confundat.

De confirmatione: confutatione: & constitutione. Capitulum nonum. MAG.

confirmatio. Vic confirmationē & confutationem subiungere necesse est: ut singule partitionis nostre partes ppria roborentur confirmatione: & aduersariorū infirmetur confutatione. Confirmabimus autē narrationes nostras: & aduersariorū confutabimus: prout constitutio causę exposcit. Autē coniectura: aut iure: aut legibus causam p̄hamus vel defendimus: aut confutabim⁹. Vnde constitutio nōnū quedā coniecturalis: q̄dam iudicialis: q̄dam vero legalis dicitur. **DIS.** Coniecturalis quibus parib⁹ absūmitur. **MAG.** Signo: Argumento: Probabili: Consecutione: Collatione: & Approbatione. Signo quidē p̄hamus q̄d a loco/tp̄e/spacio/sp̄e p̄ficiendi & sp̄e celando accipimus. Argumento cum t̄p̄a consideram⁹: p̄teritum sc̄z p̄ns & Probabili futurum. Probabili q̄d a causa/via/natione/patria eratē educatione Consecutione: & studio sumit. Consecutione: q̄ in signis nocētis: & innocentis inquisitione tur. hęc sunt pallor/rubor/tremor & inconstantia. Collatione cum so collatione li potuisse facere p̄habim⁹: & rāiones alias fugisse. Approbatione autē intestium/q̄stionum/rumorū & argumentorū adductione. Hęc oīa infirmantur: si demonstrabimus nullā rem esse q̄ suspicionibus criminari non possit: & rumores facile vulgus confingere & cominisci solitum testibus. Testib⁹ autē turpitudine/q̄stum/metum/fauorē/spem/simulatēq̄ q̄stionib⁹ obijciemus. Q̄uestionib⁹ autē nullā fidē debere dicemus: q̄ credibilia nō dixerit: & ingenij cōmenticia cōstāter nō p̄nunciauerit: neq̄ commentis fidem adhibendum dicemus. Et q̄ ideo tortus dixerit: q̄ cōstitutio finem doloribus faceret. **DIS.** Iudicialis cōstitutio quibus partibus absoluitur. **MA.** Duobus. Absoluta & absumptiua. ut iudicialiter & absolute defendimus vel accusamus: cū causam nostrā p̄hamus natura/lege/cōsuetudine/pacto/eq̄quo & bono. sed iudicialiter & absumptiue causam nostrā rutabimur cū p̄ externū aliqd & quod causę nostrę alienū est nos defendimus. Et sit aut p̄ translationē: comparationē: cōcessionē: & remotionē criminis. Per cōcessionē q̄dem cū purgatione vel deprecatione nobis ignosci postulamus. Vnde purgatio nō necessitate: fortuna vel imprudentia haud cōsulto factū esse arguit. Deprecatio vero licet cōsulto factū constet p̄ pristinis t̄n beneficijs virtute aut nobilitate sibi ignosci postulat. **DIS.** Quomodo comparatione. **MAG.** Querendo utrum satius fuerit agere id quod

PRIMVS DE PARTIBVS ORATIONIS

reus foret dicitur: facilius aut conducibilius? an sibi illius rei vindicandi potestas fuerit? & an iudicare debuerint? DIS. Quomodo remotiones? MA. Quarendo is/ne in quē causa confertur: quantum ipse reus demonstrari poterit? Hoc autē fit in consideratione hominis & rerum. DIS. Quomodo translationes? MAG. In aduersarium crimen obiectum transferendo. Confutabimus autem dicta cum nec fortuna/nec necessitate factum aliquid demonstramus.

Qui autem animi motu se fugisse dicent: animi vitio nō imprudenter deliquisse dicitur. DIS. Constitutio legalis quibus partibus absumitur? MAG. Constitutio legalis qua ex legum interpretatione defendimus & accusamus: sex partibus completur. Aut enim contrariis legibus contendimus: dum nostra extollimus & aduersa reprobamus. Hec fit cum una lex vetat & altera iubet. Aut scripto & voce dum scriptoris mens cum scripto dissidet. Ambiguo/cum nostra iusta & aduersa iniusta ostēdemus. Ratiocinatione cum propria lex nō reperitur & simili utemur. Cum enī de eadem re nihil scriptū est ratio/ne pronuntiandum ducimus. Definitione autem: ut si factum: furtū an sacrilegium &c. appellandum sit: & ita pro nobis: & contra aduersarios definitiones demonstramus.

Remotio
translatio
confutatio
constitutio
legalis

De Argumentatione. Capitulum. x. MAG

T circa cōformationes nostras argumentis utimur. DI. Vnde sumit argumentum? MAG. A signo probabili: & necessario.

DIS. Probabile qd dicis? MA. Quod fere fieri solet: aut in opinione multorum est: aut qd habet similitudinē quandā veri & falsi. Similitudo autē contrariis: & a paribus maxime spectat. Contrariis

ut nō cōuenit: ignosci his qui prudenter nos ledūt: sicut nō habere gratia his q necessario nobis p̄sunt. Ex paribus: ut ita homo est indoctus: ut equus indomitus. Nam hic nō habens: nec illi rationi obtemperare

vult. Omne autē signū probabile/credibile/aut comparabile. Credibile est quod sola opinione auditoris comprobatur. ut nemo est qui non liberos suos incolumes esse velit. Et fit triplici iudicio: scilicet religioso: cō-

muni: & approbato. Religiosum autē dico qd iurati legibus iudicant. Cōmune quod omnes sequuntur & p̄bent. ut maioribus assurgē-

dum esse. Approbatū: qd cū dubiū esset & quale habere oporteret homines sua constituerūt auctoritate. DIS. Comparabile quod est?

MAG. Quod rebus diuersis simile aliqua rationē imagine: collatione: vel exemplo: cōtinet. imago autē corporis/aut naturarū similitudinē demonstrat. Collatio rem cum rei similitudine confert. Exemplum vero rem auctoritate: aut casu alieuius hoīs vel negocii firmat vel infirmat. DIS. Argumentū a necessario quō sumit? MAG. Argumē-

Per complexiōnem: enumerationē: & conclusionem. Est autē complexio in qua utrum concesseris: semper aliud reprehēditur. ut si im-

Signum
credibile
Signum
religiosū
cōmune
approbatū
Imago
Collatio
Exemplū
Argumē
tum a ne
cessario.

LIBRI TERTII TRACTATVS

enumeratio probus est cur uteris? Si probus: cur accusas? Aenumeratio est in q
tio & con
clusio. pluribus expositis: & ceteris infirmatis: una relinquit q̄ necessario cō
firmatur. Conclusio autē ex necessaria consecutiōe cōficiū. ut vos hoc
me fecisse dicatis: ego tunc trans mare fui. relinquitur ergo ut nō mo
do non fecerim: sed nec idem facere potuerim. Ex his itaq; locis & si
milibus omnis argumētatio per ratiocinationē elicienda est. **DIS.**
Ratiocinatio Quid est Ratiocinatio? **MAG.** Est oratio ex ipsa re aliquid pro
babile eliciens. Ea quintupartita inuenies scilicet Expositione: expo
sitionis conclusionē: rationē: rationis cōfirmationē: exornatiōē & cō
plexione. **DIS.** Exposition (id est propositio quā maiore dicimus). **Major**
Expositio quid est? **MAG.** est oratio qua summatim ostendimus quod summa
tim probare voluerimus. **DIS.** Exornatio quid est? **MAG.** Est
exornatio oratio qua utimur rei honestandē vel locupletandē causa. In ea sum
opere. cauendū est ne quod ab aliquo fit ab omnibus fieri dicamus
aut quod raro fit nunc fieri ostendamus. **DIS.** Ratio (que minor
Ratio dicitur) quid est? **MAG.** est causa q̄ demonstrat verū esse quod in **Minor**
ratiōis cōfirmamus. Ratiōis autē confirmatio est que multis argumētis cor
firmatio. roborat breuiter expositā rationē. verū si expositio p̄cipua est: ratione
& rationis cōprobatione sup̄edemus. ut si sumopere sapientia appe
tenda est: maxime stulticia vitanda est. **DIS.** Complexio (q̄ con
Cōplexio clusio dicitur) quid est? **MAG.** Quē breuiter cōcludit ex dictis ita conclusio
sentendū ut propositum est. Sunt autē hę cōclusiones nō totius ora
tionis: sed partium eius. scilicet aut exordi; narrationis: argumenta
tionis: conclusionis & epilogi.

De Conclusionē. Capitulū undecimū. **MAG**

Cōclusio. In **Ingulis** itaq; ad orationē requisitis: conclusionē terminanda est
oratio. Cōclusio enim exitus & determinatio totius orationis
est: & cōplectitur breuiter ratios per totā orationē tractatas:
similiter id qd ab oratore queritur: & ex p̄missis rationibus inferitur
Hęc autē aut amplificatiōē/aut enumeratiōē aut cōquestione perfi
ciunt. **DIS.** Quando amplificatione cōcludimus? **MAG.** Cum
Amplifi per cohortationē auditoris animū ad indignationē conctāus. quod
canōe cō quidē tredecim locis complecti poterit. maxime autē in genere Iudi
cludimus ciali. Primus ab auctoritate sumit. Cū ostendimus quātē curę ea res
dijs immortalibus fuerit. aut ex sortibus/oraculis/varicinijs/respon
sis/ostentis/prodigijs &c. Aut maioribus nostris sapientissimis: sena
tui. & maxime quomodo de his rebus in lege sancitū est. Secundus
ad quos p̄tineat: quęue bona attingit/cōmemorat. Tertius. Si om
nibus idem concedatur: multos eiusde; audacię futuros exēplo ape
riat. Quartus demonstrat si huic remissus sit: multos alacriores ad ma
leficia futuros: quos expectatio iudicij remoratur. Quintus. ceteras
res. consilio etiā ubi acciderint corrigi posse: hoc nisi p̄uideatur ne acci

PRIMVS DE PARTIBVS ORATIONIS

dat/frustra auxilia implorari ostendit. Sextus. voluntario facinorū
 fraudem veniā contribuendam/imprudentię vō nōnunq̃ concedendam
 cōmemorat. Septimus. maleficiū rem/crudeletyranicum: vi & ma/
 ius gestū: ab æquo & iure alienum ostēdit. Octauus. nō vulgare esse
 maleficiū sed singulare/imanissimū: ab barbaris & bestiis remotissimū
 perpetrātū in amicos: maiores natū: mortuos. Itē in eos q̃ neq̃ alie
 num ledere/neq̃ se defendere potuerūt manifestat. Nonus. cōpara/
 tione hoc atrocius demonstrat. Decimus. quæ ante rez & in negotio
 acta sunt. quęq̃ consequi soleant: acriter & criminose exponit. Vnde
 cimus. Iniuriæ consumeliā iunctā ostendit. Duodecimus est quō au/
 ditores ut iniurias suas ad res nostras referāt oramus. Tredecim⁹
 est quō ea quę nobis acciderint etiā inimicis nostris indigna videri.

DIS. Hæc pp̃ulchra simul atq̃ iucūda vident. Sed qñ enumerā/
 tione cōcludemus dicas? MAG. cū in ordine colligimūs qbus de
 rebus verba fecerimus a confirmatiōe initii sumētes. Fit autē ut ar/
 tificij suspitionē/tediū & satietatē effugere:& memoriā reficere videā/
 mur. DIS. Cōsequētiō autē qñ in cōclusionē utētur? MA. Cū au/
 ditoris animū ad misericordiā mouemus. Hoc autē multipliciter fieri
 potest. Primo. si quibus in bonis fuerimus & qbus in malis nunci/
 mus/ostēdimus. Secūdo. quę nobis incōmoda futura sunt: nisi cau/
 sam obuiuerimus enumeramus. Tertio. carpiū unūquodq̃ deplora/
 ramus incōmodū. Quarto. p̃ter spem in miseris. nos demonstra/
 bimus esse. Quinto. p̃ter merita nos in luctus positos aperiemus.
 Sexto. nos sub eorū potestate quorū misericordiā captabimus subij/
 cimus. Septimo. inopia/infirmitas:& solitudo demonstrat. Octa/
 uo. nos parentū solitudine/aut reipublicę causa: nō nostra calamita/
 te dolere dicimus. Nono. liberorū aut parentū aut sepeliēdi corporis
 sui sit cōmendatio. Decimo. disiunctio eius cū quo libentissime vixē/
 rimus: deploratur. Vndecimo. q̃ ab his quibus minime cōuenit ma/
 le tractamur: edocemus. Duodecimo. misericordiā nostrā qua in ali/
 os uli sumus ostendemus. Tredecimo. contra fatū & nos diu in ma/
 lis fuisse cōfirmur. Decimo q̃rto. animū nostrū fortē & patientē in/
 cōmodorum futurum ostendemus. Commiserationē autem breuē
 esse necesse est. Nihil enim lachryma citius arcescit.

De Dispositione. Capi. duodecimū. MAG.

Ebus itaq̃ ad orationē p̃ueniēbus ut p̃mittit inuentis: eas rite
 collocare op̃ere p̃cū est. Hoc autē scda pte orationis quā dispo/
 sitionē diximus complet. DIS. Dispositio igit̃ est oratōis
 pars q̃ inuēta in certa loca digerit atq̃ locat. MAG. Sane definitis. ca/
 orōis Rhe aut duplex ē. altera em ab arte pficiēti: altera aut ad q̃ accommodatē.
 ionalis Ea q̃ ab arte p̃fecta est: passū oratōis & argumētōis ordinē seruat le ab arte
 ge exordiū: & singula quęq̃ membra ex p̃ceptione collocat. Quę vō

Enumera
 tione

Concua
 stione.

LIBRI TERTII TRACTATVS

ad tempus accommodata est: ita narratione: vel firma aliqua argumēta-
tione principium orationis constituit. Vnde si causa nostra magnā
videtur habere difficultatē: ut nemo animo principiu audire possit: ita
narratione incipiendū est. Si vero narratio parū p̄babilis est ab aliqua
firma argumētatione exordiamur, non nuncq̄ vero a litterarū aliquarū
recitatione incipiemus. His autem cōmutationibus uti non oportet
nisi causa aut res postulet.

De Elocutione. Capitulum tredecimū. MAG.

Elocutio. Athenus inueniōis & dispositiōis ptes tractauim⁹: nūc ordo
h p̄missorū expostulat: ut reliquas oratiōis partes pcurramus:
quarū prima Elocutio est. **DIS.** qd est Elocutio? **MAG.**
Quæ inuēta atq; disposita venuste exornat. Huius triplex est forma
scilicet: Grauis quæ p̄materie & p̄sonarū qualitate cōplectitur verba
rara: & sentētiarū auctoritatib⁹ innixas, graui etiā & magna cōstru-
one utitur. Mediocris autē humiliora: nō tamē infima inferit. Attenua-
ta vero usq; ad purum atq; quidianū sermonē descēdit: ornatū tamē:
non autē exquisitū: habet & sentētiarū p̄tutias: non tamē raras, vitia
his p̄xima vitanda sunt. Hęc autē fugere poterimus: si ad orationis
elegantiā: cōpositionē; atq; dignitatem respexerimus.

Grauis
mediocris
attenuata

De Elegantiā. Capitulum decimumquartū. DIS

Elegantiā. Legantiā quā didici. **MAG.** Eamq̄ unūquodq; pure & last/
Latinitas e ne effert, Hęc in latinitatē & explanationē distributa est. Latini-
tas autē sermone; p̄latione & scriptura pura & congruā ser-
Soleocis. uat structurā Barbarissimū & soleocismū vitat. Est autē soleocismus:
Barbaris- cū verbū sequens sup̄iori non accommodat. Barbarissimus vero cū ver-
mus ba vitiosa p̄feruntur. **DIS.** Explanationē quā intelligis? **MAG.**
Quæ verbis usitatis & p̄p̄is apertā & dilucidā reddit orationē. Sūt
autē verba usitata (ne erres) ea quæ quondiana & trita doctoris consue-
tudine noscuntur. Propria vero ea sunt quæ illi⁹ rei verba sunt/aut esse
possunt de qua loquimur.

explanatio

De Compositione litterarū syllabarū & dictionū Capitulum decimumquintum. DIS.

Cōpositio Videt oratiōis cōpositio? **MAG.** est lepida dictionū cōm-
Oratiōis. p̄plexio: q̄ hiatu & maiectiōe ptes elocutionis eq̄liter distinctas
ordine & iunctura p̄politas facit. Hęc seruamus: si in cunctis
seueritatē concinnitatēq; tenemus. Quod qdem facile fieri potest: si
p̄ litteras. litteras: syllabas: dictiones & orationes cōsiderabim⁹. Litteras in quā
si dictionē alterā a vocali incipientē in quā p̄cedēs terminata est cui
p̄ syllabas tabimus: Etā & sonora si multoties repetita/diffona est. Syllabas/
si similibus cōcurrētib⁹ a se incipientib⁹ aut terminatis: aut altera ab
ea in qua prior terminata fuerit originē trahente: nō utimur, similiter
vitio datur breues syllabas continuare quā plures, similiter & longas.

PRIMVS DE PARTIBVS ORATIONIS

Dictiones autē. Cū similiter cōcurrentes / & sibi obuiāres cūtamus: p dictiones
& suauibus / sonis: electis / aptis / cōmodis / p pñs / cōcinnis: nō nī
mis prolatis / suspensis: sed splendentibus & significatiuis: quæ legen
dum / audientū ue aures atq; animos mulcere possint: uidimur.

De Compositione partium orationis. Capitulum sedecimum. MAGISTER

N orationū vero cōpositione plura cōsiderāda sunt pcep
ta: quæ ab oratoribus summo studio obseruata dinoscuntur.

E quibus (quoniam multa sunt) per pauca hic pandam: Et sit
hoc primum. Appositum in principio: suppositum in medio: & ver
bum in fine ornatiſſime ponitur. ut Carthaginē / Scipio Afrfricanus
deleuit. Secundū. Prepositiones perpulchre inter adiectiū & subſta
ntium interſciuntur. Similiter relatiū cum suo verbo per modū pa
renthesis. ut Ornatiſſimo in loco laudanda est (quæ a paucis colitur)
parſimonia. Tertū. similiter genitiuus ornate interponitur. ut Con
stantes militū animi. Quartum. Adiectiū venuste pcedit subſta
ntium. ut optima virtus: & obliquus suū rectorem. ut locorū lon
ginq; uitas. Attamē adiectiū a subſtantiuō non nīmiū elongetur.
Quintū. Negatiua dictio apte in calce orationis ponitur. ut Preſtan
tiorē te vidi neminē. Sextum. Ornatiſſime p gerundijs: gerundijs
utimur nominibus. ut gerendorū bellorū gratia gerendi bella veni:
& non gratia gerendi bella veni. Septimū. Prepositio perlepidē poli
tuo additur: si exaugere velimus nomina. ut per beati: per pulchra.
Sic ſuplatiuis multo: facile: longe & q; aduerbia pponimus. ut longe
doctiſſim⁹. egit q; maximas gratias q; etiā poſitiuis. ut q; docti. ſimi
liter perq; ut perq; doctus es. Sic & cōparatiuis mīto & longe omate
pponuntur. ut longe doctior: multo ſapiētiſſior. Multū: paucū: mo
dicum: paululū: tantum quantum: poſitiuo adiungēda ſunt. ut Multū
doctus. Nō autē multo doct⁹. Octauū Cū duo pariter ſe habuerint:
utriq; tū dictionē / aut & cōiunctionē pponim⁹. ut petr⁹ tū doctrina tū
virtute clarus est. vel petrus & doctrina & virtute clarus est. Si vero
duo ſe nō equaliter / ſed unū minus aliud maius ſit: minus in primo
loco ponim⁹ & ei cū pponimus: maius vero poſteri⁹ locandū & ei
tū dictio pponenda est. ut amo petrū cū ob doctrinā eius tū ob virtu
tem. Nonū. Omate adiectiū in ſubſtantiū neutri gñis: & ſubſtantiū
in grām mutat. ut Multū laudis. i. multa laus. ſic & hęc aduerbia loca
mus. ut parū laudis. i. parua laus: ſatis vini. i. ſufficiētes vires. Deci
mū. Vltima ſupina omate p gerundijs acti caſus ponunt. ut difficile
creditur. i. ad credēdū. Vndecimū. Lepide aduerbiū ſuplatiui grad⁹ po
ſitiuo addit atq; eūdē ſuplatiē teneri facit. ut maxie memorabile faci
n⁹. i. mēoratiſſimū facin⁹. Sic admodū & in primis poſitiuis adiūcta
vī ſempe eādē retinet. ut admodū mēorabile facin⁹. in primis rāz gñs

p oratōes
apoliūis
21. pcepta

Grauis
edio mī
enuata

plana

LIBRI TERTII

TRACTATUS

hominū &c. Duodecimū. Comparatiu⁹ pulchre ppositiuo ponit. ut
 Ioannes in me inuehitur vehementius. i. vehementer. Multi etiā com-
 paratiui aut suplatiui orationi splendore afferunt. ut neq; studiosiore
 operā: neq; vigilantiorē curā in alio facile inuenies &c. Tredecimū.
 Subiunctiuus pindicatio non inornate ponitur. ut velim p volo.
 Decimūquartum. Hæc dictio pēq; splendide positiuis addit. ut pēq;
 doctus phīs. Decimūquintū. Frequentatiua verba p primitiuis non
 inconuenienter poni solent. ut coniecto pconiicio. Sedecimū. Dictio
 aduersatiua qēq; indicatio iuncta orationē multū exornat. ut qēq;
 te ante hac diligebā: nunc tñ ob singulārē virtutē vehemēter admiror
 Decimūseptimū. Non solum nō modo aprellocantur si veritatem
 sed etiam: verum: quoq; sequantur. ut non modo doctus es veritē
 honestus. Similiter tam & q; sibi respondent. ut tam chara mihi pa-
 tria est: q; nbi vita iocunda. Decimūoctauū. Oratio infinitiua por-
 nate pindicatio vel etiā subiunctiua ponitur. ut volo te ad me scribe-
 re: id est volo ut ad me scribas. scio te legere: & non: scio q; tu leges.
 Nam q; & ut orationem incultam reddunt. Futurum infinitiui verbi
 passiuī ornatē ponitur p pēnti eiusdem. ut lectum iri plegi. Decimū
 nonum. Prepositio quæ nominā adiungitur pulchrius verbo additur
 ut adeo te ornatus dicitur / q; eo ad te. Vigestimū. Perinde ornatissī-
 me postulat post se ac vel atq; vel acsi: & valet totum idem quod tā-
 q; ut Cherea perinde ac foret eunuchus. Camillus perinde atq; om-
 nium sapientissimus. Sic & tanis per ornate dum post se recipit. ut tā-
 nis per meum dici te volo dum quod te dignū est / facias. Similiter atq;
 pro q; lepide ponitur. ut aliter feci atq; tu intelligis. Vigestimūprimū
 perueniunt orationē reddit si inter gerundijs accusatiui casus pponat
 & verbum indicatiui imperfecti temporis sequatur. ut inter conandū
 loquebar hec. Et gerundia in do: cū vel sine ppositione ornate ponū-
 tur. ut in audiendo promptus; consulendo peritus. Vigestimūsecū-
 dum. Non illē pede negatio positiuo adiungitur ad contrarij positi-
 ui significationē designandam: ut haud improbus id est pbus. Vi-
 gesimumtercium. Ablatiui absoluti perueniunt reddunt orationem
 maxime dum tempus significare voluerimus. ut Octauiano regnan-
 te pax fuit. Scipione consule pœni deuicti sunt &c. Vigestimūquar-
 tum. Pronomina possessiua ornate sequuntur genitiui. ut mea causa fit & ali-
 orum. Vigestimūquintū. Ornatissime imparatiuis subiunctiua ver-
 ba iunguntur. ut Cura ut vir sis. Labora ut excellas. Vigestimūsex-
 tum. Dum patriam / aut genus alicuius designare placuerit nomen gen-
 tile: aut patrium effingimus. ut Atheniensis sum: & non de Athenis.
 Græcus sum: nō de græcia. Vigestimūseptimū: perueniunt dictio ea-
 dem reperitur. ut etiam atq; etiam iterum atq; iterum &c. Vigestimū
 octauum. Dictio negatiua ornatissime in fine ponitur similiter super-
 latus. ut doctiore te vidi neminem. de superlatiuo. ut ceterorum te

PRIMVS DE PARTIBVS ORATIONIS

iudicio prudentissimum. Vigefimumnonum. Peruenisse participium accusatiui & ablatiui casus loco infinitiui suorum ponuntur. ut inueniunt tibi curabo: & adductum Pamphilum. Priusq; incipias cōsulto &c. Item Infinitiuus pro praterito imperfecto poni reperitur ut mordere pro mordebam. Trigefimum. Præpositio postponitur suo casui. ut vestro ab ouili. præponitur etiā genitiuo. ut de Ciceronis eloquentia. Item. Is ea id semper antecedere debent. ut is quem admiror doctus est &c. Hæc & plura alia sunt compositionis præcepta: quæ singula prosequi longiorem requireret tractatum. Hæc in præsentia sufficiant. Ad dignitatem stilum veramus.

De Dignitate orationis & verborum exornationibus. Capitulum. xvij. DIS.

Vid dicis orationis dignitatem? MAG. Illud quod oratio Dignitas nem ornatam: & verborum & sententiarum decore distincta reddit Orationis

verbū ite

atur octu

pliciter

Repetitōe

q Primum itaq; libear de verborum exornationibus disserere. quæ prima est: quæ in verbi iteratione consistit ea in octo partes distributa est. Prima est repetitio: quæ verbum in principio positum iteratur ut quis helenam rapuit? quis igne ferroq; Troiam delcuit? Alexan- der profecto qui paris dicitur. Secunda Conuersio quæ verbū in fine locatum reperit. ut Italiana Hannibal armis vidit: Agento vidit: dolo vidit. Tertia Complexio quæ principio & fine verbum iterat. ut Quis Carthaginem deleuit? populus romanus. Quis Numantiam euer- sit? populus romanus &c. Quarta Tractatio quæ eandem dictio- nem vage collocat. ut Qui nihil habet in vira iucundius vitæ cum virtute vitam nō potest ducere. Quinta conduplicatio: quæ est uni- us/aut plurium iteratio: cum ratione amplificationis. ut virtutem Sci- pionis: virtutem & huius urbis gloriam commemorat. Sexta Com- mutatio. ut cum duæ diuersæ sententiæ ita efferuntur: ut a priori poste- rior contraria priori proficiatur. ut esse oportet: ut viuas: non viue- re ut edas. Septima. quæ non ante ad consequens verbum descen- dit: q̄ adsuperius reuersum est. ut Si hostibus quodlibet licet: & ne quod licet possunt: & quod possunt audent: & quod audent faciunt nihil laudis aut gloriæ nostris ciuibz relictum est. Octaua. Subie- ctio. ut cum quid aduersum nos: aduersariosq; nostros dici potest querimus: & quod dici oportet sic subiicimus. ut eum ne tu homi- nem esse putas: qui si homo esset nunc sic hominis vitā infectaretur.

Conuersi-
one

Comple-
xione

Traducti-
one

Condu-
plicatione

Commua-
tatione

Gradatio-
ne

Subiecti-
one

De alijs verborum exornationibus quibus non ea- dem verba sed verborum vis effertur. Capitulum decimumoctauum. MAG.

p Reper dictas alię sunt verborum exornationes: quibus non ver- ba sed verborum vis effertur: & verbum pro verbo ponitur.

LIBRI TERTII

TRACTATUS

Agnominatio DIS. Quæ sunt? **MAG.** Septem sunt. Quæ uarum prima: agnominatio dicitur, quæ dissimilibus verbis similia verba accommodat. **Interpretatio** ut diligere oportet quæ velis diligere. Secunda interpretatio: quæ iterat, sed non verbum reintegrat. ut *Mentia* radicis deiecit: muros solio equauit: parietes huius urbis funditus euerit. Tertia **Nominatio** Quæ minus idoneo verbo nominat, id cuius nominis non recordatur. ut *Mugire*: hinni: vagire. Quarta, **Pronominatio**: quæ agnominatio mine quodam extraneo dicit: quod suo nomine appellare non licet. ut *Si quis* græcos africanos nepotes nominet. Quinta, **Denominatio** quæ a rebus propinquis & finitimis trahit orationis originem quæ potest intelligi res non suo nomine appellata. ut pro libero vinum: pro cerere frugem. Sexta, **Abusio** quæ pro certo & propinquo simili utitur. ut pro orare: obsecrare: supplicare. Septima, **Translatio** cum verbum transferitur ad rem ex alia re: quod similitudine recte videtur posse fieri. ut urbem subito extrinxit, quotidianis nuptijs delectatur.

De Exornationibus verborum simplicioribus
Capitulum decimumnonum. **MAG.**

Vnt præterea aliæ verborum exornationes magis simplices: & sine sententiarum admixtione. **DIS.** Et has enumerat **MAG.** Prima, **Articulus** est qui singula verba cæsa oratione distinguit. ut *Armis*: *cruore*: *cadaueribus*: & iunctu omnia completur. Secunda, **Similiter cadens**: quæ similibus casibus orationem dissimilium interpositione exornat. ut virtutem iugiter explorantem: & assiduis curis extollentem laudas. Tertia, **Similiter desinens**: quæ verborum exitus similes dissimili medio habet. ut *viuis* gloriose: *delinquis* ambitiose. Quarta, **Correctio** quæ tollit quod dictum est: & pro eo quod magis idoneum videtur reponit. ut *nisi hæc fecisset*: immo ex cogitasset: nullam suspicionem incidisset. Quinta, **Distinctio** quæ diuersa diuerso verbo concludit. ut *populus romanus* Numantiam deleuit. *Carthaginem* euerit: *Corinthum* disiecit. Sexta, **Coniunctio** quæ interpositione verbi superiores partes complectitur & inferiores. ut *formæ dignitas*: & *morbo deflorescit*: & *vetustate*. Septima, **Adiunctio** quæ aut principio: aut fine verbum collocat. ut *deflorescit formæ dignitas*: aut *morbo*: aut *vetustate*. Octaua, **Dissolutio** quæ coniunctionibus verborum e medio sublati/separati partibus effertur. ut *damoribus*: *ululatibus*: *ædes* resonabant. Nona, **Circumscriptio** quæ rem simplicem assumptam circumseribit elocutione. ut *Scipionis virtus* carthaginis opes perfregit. Decima, **Transgressio** quæ verborum ordinem perturbat. ut *instabilis in istis plurimum forma* valuit: & *fecisse tuum* meo pro animo. Undecima, **Superlatio** quæ augendi minuentium causa superat veritatem. ut *Sermo melle dulcior*. Duodecima

PRIMVS DE PARTIBVS ORATIONIS

Intellectio cum res tota de parua parte/aut de toto pars cognoscitur Intellectio
ut Num illæ te tibiam nuptiales a scelere arcebant? & ostentas mihi di/
uitias tuas: cū annulum tantū ostentas. Tredecima. Permutatio quæ Permuta/
aliud verbis: aliud sententiā demonstrat. ut lupus est in fabula. tio

De reliquis verborum exornationibus sententijs ad/
mixtis. Capitulum. vicesimum. DIS.

Vnt ne alię verborū exornationes? MAG. Sunt. DIS.
f. Quæ? MAG. Prima est Ratiocinatio: cū ipsi a nobis ratio Ratiocina/
nem exposcimus. ut In re militan & medica itidem res se ha/ do
bet. Q uo enim dux & medicus antiquior/ eo melior creditur: usu em
& consuetudine qui victoriam & salutem parere consueuerunt: opti/
me norunt. Secunda. Sententia: quæ quid sit vel esse oporteat in vita Sētentia
expositione sola/ vel ratione & probatione ostendit. ut Domat om/
nia virtus. Tercio. Contrarium: quæ alterum ex contrarijs facile con/ Contrariū
firmat. ut Q ui non suis hostibus quomodo alienis consulet? Q uar
ta Membrum: qua res breuiter absoluitur/ sine sententię profecione: Membrū
dum alio membro oratiōis excipiat. ut Tuis dolor/ alienis ludibrio
tibi ipsi dedecori eras. Q uintra Complexio quę periodus & continua Cōplexio
tio appellatur. & hæc Sententię: Contrario: & Conclusioni tantum cō
uenit. Sexta. Compar: quæ membra habet pari saltem quantitate syl Compar
labarum. ut Audacia Alexandro gloriam cōparauit. Sapientia Pla/
toni laudem vendicauit. Septima Exclamatio: quæ rerum atq; perso Exclama
narū cōmemorationē faciens in significationē doloris prorumpit/ ut
Si parietes nostrū loq possent: vel reddere viuas voces: patres nostros
intueremur: dicerēt urbem p̄clarā nos opp̄ssam & subiectā reddidisse
Octaua Contentio quæ contrarijs sententijs orationē cōficir. ut Virt⁹ Cōtentio
& literarū studia difficiles aditus/ exitus vero facilimos afferūt. Nō
na. Occupatio: cū dicimus nos p̄terire aut nō scire id qd maxime dici Occupa/
mus. Et hac quidē utemur: cū res plana fieri nō potest: vel ad nos nō tio.
pertinet: vel dum longā rem effugere volumus. ut Non dicā te urbis
nostrę hostem: oēs bonos insectari: & qd ad te nō attinet p̄terbo: itē
plum te religionis & urbis huius caput querisse. Decima Permissio q̄ pmissio
est cum dicendo aliqua rem tēri alicuius voluntati condonare vide/
mur. ut Cum p̄ter animā nihil mihi relictū sit: vos ea uti libet ura/
mini. Vndecima Dubitatio: cum querere videtur orator qd pot⁹ aut dubitatio
possimū dicat: ut Q uē te moribus tuis appellem/ nescio. Duoded/
ma Definitio: quę pp̄rias alicuius complectitur potestates: ut ita est definitio
motus animi ad exēda peccata. Tredecima. Transitio: q̄ cū breui/ transitio
ter ostendit quid dictū sit: paucis etiā qd sequitur demonstrat. ut Meā
in Cēsare fidem cognoscitis: nunc eius in me perfidiam accipite. Deci
ma quarta. Expeditio: quę rationibus pluribus enumeratis: quibz ali expeditio
qua res fieri vel non fieri potuerit: cetera tolluntur & una relinquitur.

LIBRI TERTII TRACTATUS

ut Sic nec ab uxore / quæ amore & pietate præpedita erat: nec a nepo-
te / qui in bello interfectus: domi a crudelissimo liberto mors illata est.
Præfatio. Decima quinta: cum scilicet dictis aliquibus / quod conceptum est in
animo audientium relinquatur. ut tu hæc audes dicere: quæ nuper alie-
næ domui non ausim dicere. Et tantum de verborum exornationi-
bus. Ad sententiarum colores nos conuertamus.

De Sententiarum coloribus. Capitulum. xxi. DIS

Distributio. q Vi aut quot sunt Sententiarum colores? **MAG.** mnli. Pri-
mus est Distributio: cū res & personæ & negocia certa dispa-
riuntur. ut quibus rei publicæ honor curæ est: præmia virtutis
Licentia. penas sceleribus rependite. Secundus Licentia: cum apud eos quos
vereri debemus aliquid audacius proferimus. ut Quod omnibus
ludibrio estis: non ab re cenleo equissimi patres. ceteris ne quæ tum
offendimus statim subiungimus Hic sapientiam vestram inquirō.
Diminutio. Tertius diminutio: cū aliquid inesse nobis naturæ / fortunæ vel indu-
strie ratione leuamus. ut Cū summa vigilantia fortunæ cōmoda ani-
mice bona a parentibus mihi & natura condonata: consequi & tueri
studuerim mediocriter / ex his ne nimium dixerim / consecutus sum.
descriptio. Quartus Descriptio quæ res consequentium pspicua & lucida cum
grauitate continet expositionē. ut Nisi iudices capitis reum dam-
nabitis: ut fera truculenta vos quæ ut timeo vastabit: quare iudices
Diuisio. salutis omnium: & honori nostro consulite. Quintus est Diuisio:
quæ rem semouens ab re utrāq; absoluit subiecta ratione. ut Dux sunt
res quæ possunt homines ad turpe compendium cōmouere: inopia
aut auaritia: Te auarum in fraterna diuisione cognoramus inopem
frequentatio. atq; egentē nunc videmus. Sextus Frequentatio: cū res in tota causa
disperse in unum locū coguntur: quo gravior acrior & criminiosior
oratio sit. ut Hūc iudices liberare cupitis: improbus enim perulans /
expositio. impius / superbus & intolerabilis est. Septimus Expositio: cū in eodē
loco manemus & aliud & aliud dicere videmur: eandem tamen rem
aut de eadem re cōmemorando. pronuntiando vel tractando dicimus:
pro eadem re propositionē / rationē / cōprobationē / contrarium / simi-
le ac conclusionē afferentes. Octauus Cōmoratio: cum in eodē loco
cōmoratio. firmissimo quo tota res continetur imoramur diutius: & in eundem
locum redimus sepius. & eo uti maxime conuenit: quoniam boni ora-
Similitudo. toris propriū est. Nonus Similitudo: quæ traducit ad rem quāpiam
aliquid ex re dispari simile. ut hi indines aestiuo tempore presto sūt
frigore pulse redeunt: ita falsi amici sereno tempore fortunæ adueniūt
exemplum. & cum hyemē in forum viderint omnes recedunt. Decimus. Exem-
plum: & est alicuius facti vel dicti cum certi auctoris nomine propo-
sui. Et eisdem modis quibus similitudo sumitur. Undecimus **Ima-**
Imago. go: & est formæ cum forma quadam similitudine collatio laudis vel

PRIMVS DE PARTIBVS ORATIONIS

vituperationis causa facta. ut ibat in preliū corpore tauri validissimi
& imperuleonis. Itē. Tanq̃ fera ursā & imanis draco serpit per foras
Duodecimus Efficitio: cuius facies corporis verbis describit̃. ut arecta Efficitio
fronte/ludibundis oculis/aduncis naribus/sparsa ore gestit. Tredecimus.
Notatio. Cū alicuius natura certis describit̃ signis. ut cū glori
osi cuiusdā militis iactata cōmemorat̃. Decimus quartus: Sermo cō
natio: cū alicuius personę sermo cū ratione dignitatis attribuit̃: quo se Sermo cō
nes parci & grauitate: ioco & ludo iuuenes cōmemorant̃: Decimus quintus
natio. Cū aliqua q̃ non adest persona vel res muta & informis vel aēlo/ cōfirma/
quens & habes formā introducitur. ut si Scipio reuiscat diceret: ego
Demon/
stratio
urbis pacē peperit: vos bella cōstitistis. Decimus sextus Demonstratio
cū res ita verbis exprimit̃ ut geri negociū & res ante oculos efferri
videatur. ut tela emittit̃: gladijs cōminus certāt. Decimus septimus: Breuitas.
Breuitas. cū res necessarijs in verbis expedite dicit̃: & adhibenda
est saepe cū tempus non sinit cōmorari. Decimus octauus: Significa
tio: quę plus in suspitione relinquit quā posuit̃. est in oratione. ut q̃/
ecce tu cuius pater cubito se emungere solebat. Itē. multi iacent grati
Decimus nonus Contēdio: q̃ cōtraria referunt̃ in genere. ut vos hui⁹
in cōmodis lugetis: ille reipublicę calamitate letatur. Hi sunt colores
quibus (cū nō omnibus salte aliquibus) uti debet orator p̃ necessitate
causę. In his enim tanq̃ in ornāmētis elocutionis nostrę suauitas &
grauitas plurimū consistit: nunc autē ad extemas orationis pres sermo
noster accomodabit̃: quę non orationē ipsā/ sed aliqd ei extrinsecū.
id est enunciationem & ordinem rēpidunt. Et primū de pronuncia/
tione: postremo de memoria dicemus.

De Pronunciatione penultima parte oratio nis rhetoricalis. Capitulum. xxij. DIS.

Vid est Pronunciatio. MAG. Est verborū digna prolatio re pronun
q bus & lenibus: moderatione vocis/vultus & corporis acco/ ratio quar
modata: nihil turbide barbareq̃ proferens: syllabarum men/ ra Oratio
tura & eorum legitimo accentu seruato. DIS. Possunt ne huius dari nis pars
præcepta quibus vitia contraria cūtant̃. MAG. Possunt. Vnde
in primis maxime oris nostri vitia emendanda sunt. DIS. Quo
pactō. MA. ut lingua & ore magis q̃ labijs & dentib⁹ loquātur: ap̃ oris gest
ra & leui labiorū motu: nō pfusis/distentis/proiectisq̃ rictibus vel in us expre
hatis & frendentibus faucibus. Neq̃ hiantē vel anhelātes spiritus: nec illo
immanitate vocis aut tortura labiorū cum sibilo & stridore dentium
Labia etiā lambere aut mordere pueriles ineptiæ sunt. Supino nimis
aut eleuato vultu vel defixis in terrā oculis: nec inclinata ceruice &
dimissis supercilijs pronunciandū est. Eradenda autem prout sermo
deposcit verecundia & amasculanda frons est. Sic enim vox & gest⁹
sue semp̃ causę cōuenire videbuntur. Ipsa quoq̃ oratio a pronun/
1

LIBRI TERTII TRACTATVS

Cautela, diante sanguinem & vitam accipere comprobatur. Cum itaq; Oratio inuentā atq; (ut præmisimus) ornata pronuntiare volueris: principio depressa voce: quæ tamen possit audiri: dicemus: ne ledatur arteria: si antequā vox bene permixta est acri clamore cōplentur. Conueniet autem in progressu longis interuallis uti, his em̄ spiritus & vox recreatur. Deinde in narratione vocem eleuabimus mediocriter. In diuisione augemus/continū clamorē obmittentes. Aliquando rāmen cōmutationes grāte auditori sunt & vocem conseruant. Vitare etiā oportet voces acutas: & exclamatiōes nimis attenuatas. In clamore etiā ea vox vitanda est quæ illiberale quiddā habeat: & ad mīliebris potius vocis orationē q̄ ad vītilem dignitatem dicendo accommodata sit. Cum vero sermo in dignitate est: plenis faucibus/sedati/ssima & depressissima voce uti conueniet. Si autem in demonstratiōe sermo est: voce paululum attenuata: crebris interuallis & diuisionib⁹ uti oportebit: ut ipsa pronuntiatione eas quas demonstramus res inferere animo auditoris videamur. Cum autem in narratione fuerit sermo: vocum varietate opus est: in quo quoddā gestum sit: ita narrari videatur: factum celeriuscule dicemus. Deinde modo acriter/tunc celeriter/moeste/hilariter in omnesq; partes nos cōmutabimus: si qua inciderint in narratione dicta/rogata/vel responsa diligenter animaduertamus: ut omnium personarum sensus atq; animos exprimamus. Sin erit sermo in iocatione: leuiter tremebunda voce cum parua significatione risus: sine ulla suspitione nimiae cachinnationis nobis agendum est. Cum autem contendere oportebit: vocem iungere & torquere sonum: & celeriter clamore verba conficere nos decebit utrimquādam orationis vociferatio habere possit. In clamationibus autem clarissima voce & longo spatio utemur. In cohortatione voce attenuatissima: leui sono/ & æquabili & cōmutationibus crebris utendum est. In conquestiōe voce depressa inclinata sono/crebro spatio/longo interuallo/magnis pronuntiationibus oratio pronuntianda est. Non autem tantū oris vicia sed & corporis quoq; vitia sunt.

Corporis gestus ex pressio DIS. Et quæ sunt istec? MAG. Seruandus est in vultu pudor: & acrimonia: & in gestu venustas: ne aut histriones aut viles operarij esse videamur. Cum igitur sermo in dignitate est: stantes in vestigio leui/dextre motu loqui oportebit hilaritate/tristitia/mediocritate/ & gravitate vultus ad sermonis sententias accommodata. Si autem in demonstratione sermo erit: paululum corpus a ceruice demittamus. Si in narratione: vultus quandā significare decebit hilaritatem. Si vero contendimus: brachio celeri/mobilei vultu: acri aspectu utemur. Item applausione pedis dextri: projectione brachij/ acri & dæfixo aspectu uti oportebit. In questionē: formineo plangore & conturbato vultu. In cohortatione: tardiori oratione & miserabili & humili gestu uten-

PRIMVS DE PARTIBVS ORATIONIS

augustin⁹ dum est. Hæc autem quantū in animo auditoris efficiant / luce clari /
us parer: nec ab euangelicantibus neglectui danda sunt: si diui Au /
gustini institutiones / quas in quarto de doctrina Christiana tradidit
libro: sequi fas est: quæ illic clarius inspiciantur. DIS. Erego qui
dem facile dictis tuis assentio: sed ne in his diutius imoratus / reliqua
silentio transeas: ad memoriæ præcepta sermonem vertas.

De Memoria. Capitulum vicesimum tertium. MAG.

Emoria nunc ordo præcepta ministrat. Quas quidē constat Memoria
m esse naturalem: sed arte adiuuari posse non dubium est. Hæc au
tem ars breuibus præceptis sed magna exercitatione forma /
tur. DIS. Præcepta tradas: exercitationem ego adiciā. MAG.
Memorari volens: locos / imagines / earundē ordinē dispositionē atq;
collationem habeat necesse est. Loca quidē quibz id cui⁹ reminisci vo
luerit veluti chartæ inscribat. Imagines & earundē dispositionē & col
lationē qbus ceu litteris scribat. Ordinē v^o / ut qd primū posteriusve
pronunciare voluerit: distinctim inueniat. DIS. Vnde autē & qua
les assumendi sunt loci & imagines? MAG. Omni cōfusione hu
ius rei postergata: locum / imagines / atq; earundē ordinem in consti /
tum litteris v^ogini cōplectamur: seruato earundē ordine naturali. ut
a b c d e f g h &c. Harum quælibet quinq; contineat dictiones secun /
dum numerū & ordinem vocalium. quæ sunt: a e i o u. In prima syl
laba: si dictio a consonante incipiat. aut in secunda syllaba: si a vocali
initium sumat: in his tanq; in locis singulæ imagines a singulis sylla
bis incipientes conuiescunt. Imagines autem sunt quæ per nas dictio
nes significantur. In quibusdam v^o litteris assumuntur nonnulla no
mina vulgaria: eo q; latine ab his litteris incipientia (& insignes) ali
quas imagines significantia facile cepti non possent. Accipit limit^r
quæstos pro custos. Quas ocs cū ordine q; posite sunt memoriæ cō /
mendauerimus: ea quorū reminisci placuerit hoc pacto inscribamus
ut eas: comparationes cum proprietate imaginis cui inscribēda sunt
consideremus. Veluti si regulas iuris in sexto decretalium ordine quo
posite sunt rectare quis voluerit: imaginib⁹ eas inscribat eo mō. Pri
ma: q; est beneficiū ecclesiasticū sine institutione canonica nō potest ob
tineri. primæ imaginī assignabimus. cōsiderātes aliquē abbatē nobis
notum non canonice institutū &c. Secundā quæ est Possessor male fī
dei ullo tpe non p̄scribit. secundæ imaginī inferemus: imaginando ca
prum: quē cū lupus de spelunca sua exire iuberet / obiecit possessorē
respondit aper: possessorē male fidei &c. Pari mō sequentes sequenti
bus inscribam⁹ imaginibus. Multo autem p hac re cōsequenda adiu
mento nobis erit: si humanarū rerum experientiam & naturas nouer
mus. Sic em facile nobis compatiōes occurrere possunt: q; p contrari
um sumendæ sunt. Oportet em nō tñ firma / verū etiā celeri compræ /

Memora
mur loco
Ordine
Imagini
bus.

imagines

Exemplū
memoriæ
localis]

LIBRI TERTII

TRACTATVS

hensioneres naturalq; percipere: ut & eorū quæ a nobis inuenta sunt
& quæ ab aduersario in agendo contractata sunt/ reminisci possimus.
Alia de confortatione memoriæ naturalis in tractatu nostro speciali
latius videri possunt. Te autē assiduo exercitio / iugi labore & vigilan-
ti studio his intentum esse oportet. si fructum cōsequi volueris. Vale
& quæ alia ex me volueris / pete.

	¹ A	² Abbas. Aper.	³ Apis.	⁴ Astrologus.	⁵ Agnus.
Exempli	Abbas		Guggengauch.	Officialis	70
memoriæ	Aper		Harmānus:	(Ortographus.	
Localis.	A Apis	5	Helias	(Ornulanus	
	(Astrologus		H Hypocrita	40 (Papa	
	(Agnus		(Hostiarius	(Pedagogus	
	(Balneator		(Huss.	P Pictor	75
	(Begutta		(Janitor	(Poeta	
	B Binder.	10	(Iesus	(Pugillator	
	(Bombardus		I Institor	45 (Quadriga	
	(Buccinator		(Iob	(Quæstor	
	(Cardinalis		(Iudas	Q Quisularius	80
	(Cæsar		(Kantengiesser.	(Quodlibetarius	
	C Chirurgicus	15	(Kegler.	(Quuistos	
	(Cocus.		B Kurfner.	50 (Raptor	
	(Curfor		(Holer.	(Regina	
	(Dapifer		(Kupferschmid	B Ribaldus.	85
	(Dæmon.		(Lapidida.	(Rotarius.	
	D Dimicator.	20	(Legatus.	(Rusticus	
	(Doctor		(Lictor	55 (Sacerdos	
	(Dux		(Lotrix.	(Serpens	
	(Edax		(Lufor	S Simeon	90
	(Elephas		(Macellarius.	(Socrates	
	E Episcopus	25	(Medicus:	(Sutor	
	(Exorcista.		M Miles	60 (Tabernarius	
	(Equus.		(Molendinarius	(Testator.	
	(Faber.		(Musicus	T Tyrannus	95
	(Feniseca ein mēder.		(Nauta	(Tomator	
	F Figulus	30	(Necromanticus	(Tutor	
	(Follātor		N Nilifer	65 (Vates.	
	(Furnarius		(Notarius	(Venator.	
	(Gardianus.		(Nummularius.	V Vigil	100
	G Geometer		(Orator	(Vogler	
	(Gigas	35	(Obstetrix	(Vulpes.	
	(Gougckler.				

SECUNDVS DE CONDENDIS EPISTOLIS

Libri Tertij Tractatus Secundus de Epistolis condendis. Capitulum primū de Epistolarum diuisione. Discipulus.

Estat ut de condendis scribendisue Epistolis formas tradas.

MAG. Faciam ac lubens. Sed pręmonuisse oportet epistolarum quasdā esse diuinas: quasdā vero humanas. Diuinas qui Epistolę dem voco: in quibus fidei mysteria/religionū ceremonias/dei cultū diuinae morū atq; virtutū semina expriment: & viciōrū radices auellunt ut est videre in epistolis sanctoꝝ Pauli Hieronymi Augustini Cipriani Bernardi & Senecę philosophi moralissimi: atq; alioꝝ plurimū huius ordinis hominū. Humanarū vō quedā Grauis: Cōsolatoria: amatoria: Cōmendatoria aut Hortatoria est. **DIS.** Graui quā dicis?

MAG. Eā ipsam quę ardua difficilia atq; noua quondie accidunt Grauis continet. utputa quę belli aut pacis tempore e castris datur ad urbem aut e conuerso. Cōsolatoria qua amicorū mortē/calamitatem ad Cōsolatoria uelamue fortunā verbis consolatorijs demulcemus. Cōmendatoria qua qua amicū aut familiārē notū vel ignotū alteri cōmendamus. Amatoria Amatoria qua verbis petulantibus amorē alterius in nos cōcitamus. Hortatoria qua de rebus nostris: utputa agris/pecoribus aut frumētis scribim⁹: aut filios nostros/sodales/discipulos ac ceteros ad mores studia/ad laudē cohortamur. Pręter hęc autē multa alia sunt Epistolarū genera a Mario Philelso eloquentia pręclara/ad octogentiarum usq; numerum digesta.

Marius phil.

De partibus Epistolę. Capitulum secundū **DIS.**

MAG. Ex quorū aut quibus partibus Epistola conficit⁹? **MAG.** Ex quinque: q̄ sunt Salutatio Exordium Narratio Cōclusio & Supra-
e scriptio. Salutationē q̄dem epistola cōstat: ut animus eius ad quē scribimus pparetur ad p̄cipienda ea q̄ desideramus. Exordio si p̄ & ut causā ad scribendū mouentē explicem⁹. Hoc autē q̄ enā in narratione fieri potest non in oībus epistolis exordia ponim⁹: nisi magna q̄daz negotia tractare aut tractāda velimus. Narrationē vō epistola omnis cōtinet: q̄ ostendimus quid ab alijs fieri volum⁹: aut cū factū sit demonstramus. Cōclusionē autē ut de loco & tēpore datę epistolę certior fiat recipiens. Supra-
e scriptiōē vō ut & is qui defert cui p̄sentare debeat/& is ad quē defertur an ne aperire liceat cognoscat.

De Salutatione Capitulum tertium. **DIS.**

MAG. Salutationes Formas varie a varijs ponunt. Sz si eā ex arte struere libeat: primū nō salutatiois men tuū. deinde nomen dignitatis aut officij tui in nominatiuo casu. tertio nomē eius ad quē. & demū nomen officij aut dignitatis eiūde in datiuo casu ponas cū additiōe clausulę: Salutē plurimā;

l ij.

LIBRI TERTII TRACTATVS

dicunt Gregorius Reisch artū Magister Friderico Episcopo Augu-
stenſi S. P. D. Affertationis ꝑo cauſa aliud moleuit: ut ſcilicet interi-
ores ſcribētes ſuperioribus: noīa ſua poſtponāt: nec ſalutē ſed ſubie-
ctionē aut famulandi prōptitudinē loco ſalutis ponāt. ut reuerendiſſi/
mo in chriſto patri ac dño / dño Friderico Auguſtenſi. præſuli: Gre-
gorius Reisch artū Magiſter ad quīs mandata ſe ſpōdet pmpuſſimū
Id autē doctōrꝝ aures nedū ſatidiunt: ſed etiā abhorrēt vchementer.

De Exordio. Capitulum quartum. MAG.

Exordiu.

Exordiu autē (ſi res expoſtulat) ꝑmiſſa ſalutatione utimur: in
quo eum ad quē ſcribimus attentum / doctilē & beniuolū face-
re curamus: ut quē ſcribimus legat & admittat. Quibus au-
tem partibus aut unde efficiatur in ſuperioribus digeſtū eſt. DIS.
Verum quidē. ſed de Narratione quid dicis?

De Narratione Capitulum quintum. MAG.

Narratio

Reparato eius ad quē ſcribimus animo: ſi quid ab eo fieri vo-
lumus: aut nos alioſue ſocieſſe iudicare libeat: ſecundū epiſto-
læ genus & naturā ſubiūgemus. ut ſi ſit epiſtola grauis: de bel-
lo pace aut rei publicę &c. facimus mentionē. Ita & in alijs ſecundū
ea quę in primo capite huius dicta ſunt: faciendū pariformiter. Om-
nium autē dictarū exempla probatiſſima ſunt apud Gālparinū Perga-
menſē: Mariū Philoſophum: & æloquentię patrē Marcū Tulliu Cicerō-
nem quibus te daturū operā velim q̄ maximā. Niſil enim in ſcribē-
dō tam clarū aut prōptū facit q̄ diligenter legiſſe eos q̄ bene limare
terſeq̄ ſcripſerūt. ab alijs ꝑo ut a ſabe atq̄ p̄uicte ingenij fugiendū eſt.

De Concluſione Capitulum ſextum. MAG.

Cōcluſio

Narrationē (quę ut diximus ꝑtitionē complectitur) ſequitur
terminus & concluſio epiſtole: quę tribus conſtare debet: ꝑer-
ſona: loco & tempore. DIS. Quā ꝑerſona?

ꝑerſona

ſi ſi ſcribim⁹: dicamus vale. ſi pluribus: valete. & me cōmendatū ſul-
cipe vel ſuſcipite. Siſ ſelix noſtriꝝ memor. Vale diu: viuas. Da ope-
ram ut valeas. Vale & me ama. Vale miſiciz decus: litterarū ornamē-
tū. & ſic de ſimilib⁹. DIS. Qualiter epiſtola loco concluditur?

A loco

MA. hōc mō. ut dicat. datū vel datā. raptū vel raptē vſraptū Romę
aut Friburgi vel Argentinz. & cetera. DIS. Tempore autē quo/
modo concludis?

a tempore

MAG. Vt diē / meſes anni in q̄ ſcribimus ꝑo-
namus. ut viceſima Nouembriſ: Anni Milieſimi quingenteliſi ſecū-
dū. aut decimo quarto Kalendas Marcias. Quarto idus Aprilis. ꝑri-
die nonas Septēbris. DIS. Vnde iſta aſſumis vocabula?

Menſis

diuiſio.

MA. Ab antiqua Romanorū obſeruatiōe. Latini nanq̄ quemlibet men-
ſem in Kalendas Nonas: & Idus diuidunt. Prima enim die cuiuſlibet
menſis / pontifex minor conſtituta plebe / quot dies a Kalendis ad
Nonas ſuperſſent ꝑnunciabat. Vnde hęc dies hoc nomē Kalendę a

kalendę

SECUNDVS DE CONDENDIS EPISTOLIS

Καλεω græco vocabulo accepit. valet enim idem quod voco. Dies autem ultima mensis præcedentis pridie Kalendas: quasi primo die pridie kal ante Kalendas: qui vero ante hunc/ tercio Kalēdas dicitur: q̄ sit tercius a Kalendis. & sic de alijs diebus ordine retrogrado ascendendo donec ad idus deuentum fuerit. Dicitur autem Idus ab iduo: quod est diui Idus do. quia is dies mensem diuidat. Dies autem hunc sequens in ascēsu/ pridie id^o nō secundo idus sed pridie Idus dicitur. Sequens tercio Idus. & sic de alijs donec ad nonas progressum sit. Nonæ autem dictæ sunt: quia ab eo die ad Idus sēp nouem dies sunt. Alias rationes illorū nominū consulto libuit præterire. DIS. Quot autē Nonas Idus aut kalē das singuli menses habent? MAG. Ianuarius: Februarius: Aprilis Iunius: Augustus: September Nouēber & December quatuor habent nonas. Martius: Maius: Iulius & October sex nonas habent. Singuli autē octo Idus tenent. Ianuarius decimaquarta die Decembris kalendas suas finit. Februarius decimaquarta Ianuarij. Martius xiiij. Februarij. Aprilis. xvi. Marcij. Maius decimquarta Aprilis. Iunius decimasexta Maij. Iulius. xiiij. Iunij. Augustus. xvi. Iulij. Septēber. xiiij. Augusti. October decimaquarta Septembris. Nouember xvi. Octobris. December. xiiij. Nouembris. Sic patet q̄ in Februario post idus dicimus: decimosexto kalendas Marcij: q̄d quidē verū est in anno cōmuni: in anno vero bisextili / quia tūc Februarius habet vigintinouiē dies post idus dicim^o decimoséptimo kalēdas Marcias. Ut autē ea quæ dixim^o dilucide intelligas: sit Marcus nobis exemplo **Exemplū** In cuius/ si prima die litteras dedens: scribas kalendas Marcij. Si secūdo sexto nonas. si tercio: q̄nto nonas. si quarto: quarto nonas. si quīta: tercio nonas. si sexta: pridie nonas. si septima: nonas marcij scribas. Si octaua octauo idus marcij. si nona: septimo idus marcij. si decima sexto idus &c. Si undecima: quinto idus. si duodecima: quarto idus. si tredecima: tercio idus. si decimaquarta: pridie idus. si decimaquinta idibus marcij scribas. Si decimasexta. xviij. kalēdas aprilis. si decima septima. xvi. kalendas aprilis: & de alijs in numero Kalendarū descēdendo donec ad ultimū eius diem pueneris: in quō pridie kalendas aprilis scribas. Ita pariformiter & in reliquis mensibus faciendū. Eo tantū admonito: ut nonas & idus a mense in quo sunt: kalēdas vero omnes primis demptis: a mense sequēti denominabis. Nec secundo nonas idus aut kalendas / sed pridie nonas idus & kalēdas dicendū est. DIS. q̄d aut hoc est q̄d in supiorib^o q̄ro kalēdas marcias & nō marcij dicebas? MAG. q̄a pro genitiuis mēsiū pueniste possessiua ponū. ut dicam^o pridie kalēdas marcias: Aprilis: Maias: Iunias: Iulias: Augustas: Septēbrias: Octobrias: Nouēbrias: Decēbrias: Ianuarias: Februarias. Noīa autē kalēde nonē idus nō modo in ablatiuo / verū etia i actio ponere puenit pponēdo ppositō; ad. ut ad octauū id^o Ianuarias ad me dedisti litteras. aut i ḡtio: ut pridie kalēdas Marcias. l. iij.

LIBRI TERTII FINIS

De Supraſcriptione. Capitulum.vij. DIS.

Supraſcri
pſiōis for
ma
Tituli
Statutum

Vibus completur Supraſcriptio: MAG. Nomine & titulo dignitatis proprio eius ad quē ſcribimus. Debent autē omnia in datiuo & accuſatiuo poni. DIS. Titulos ſtatibus attribuen-
q endos ſubiunge. MAG. Romanū pontificē: ſanctiſſimū: beatiſſi-
mum dominū noſtrū Pontificē maximū: ſumū ſacerdotem & pa-
trem clemētiſſimū dicimus. Cardinales: Patriarchas: Archiepiſco-
pos ceteroſq; episcopos maiores reuerendiſſimos dicimus. ut reuerē-
diſſimo in chriſto patri & domino domino. N. ſacro ſanctę Romanę
ecclēſię Episcopō: preſbytero: aut dyacono: Cardinali &c. Episcopos
minores. Abbates & apoſtolice ſedis Prothonotarios reuerēdos dici-
mus. ut reuerendo in chriſto patri & domino. N. apoſtolice ſedis pro-
thonotario: domino ſuo colendiſſimo & obſeruandiſſimo &c. Attamē
nomini pprio domino preponi nō debet: tabuſus tamen contrariū
ubiq; habet. Alios inferiores venerabiles & honorandos dicimus. ut
venerabili vel honorando. N. Canonico ecclēſię. N. Imperatorē &
Regem inuiſſimū: glorioliſſimū: ſereniſſimū: & imperatorē ſem-
per auguſtū dicimus. Duces: Principes: Marchiones. Illuſtriſſimos
potētiſſimos. Comites & Barones: generoſos: illuſtres: inclytos: &
preſtantiſſimos dicimus. Equites auratos: Magnanimos: ac ſtre-
mos dicimus. Ceteros: validos: fortes: nobiles appellamus. Ciues
prudentes: ſagaces: induſtrios & integerrimos dicimus. Theolo-
gos: diuinariū litterarū interpretes. Sacrarū litterarū: ſacre pagine: ſa-
cre theologie magiſtros: doctores: profeſſores: eximios celeberrimos
Iuriſconſultos: eximios ſpectandiſſimos: meritiſſimos: conſultiſſimos:
egregios iuris pontificij: ſacrarum legū: aut iuriſ utriuſq; doctores ap-
pellamus. Medicoſ prudentes philoſophię & medicine interpretes
doctores: & philoſophos peritiſſimos dicim⁹. Poetas vates: muſarū:
aliūnos: ſauro: inſignes: hederā decoratos: Apolliniſ interpretes: orna-
tiſſimos: eloquētiſſimos: ſacundiſſimos nominam⁹. Oratores: diſer-
tiſſimos: ſacundiſſimos noſiamus. Arti magiſtros: acutiſſimos diſer-
tiſſimos: bonarū artium ſtudioſiſſimos interpretes appellamus. Fe-
minas autem decus pudicię: caſtitię exemplum pudiciſſimas / ca-
ſtiſſimas / honeſtiſſimas / matronas & dominas dicimus. Hęc ſum-
marie dicta ſufficiant. Nam aſſentandi / adulandiue cauſa hęc omnia
ita variata cernes: ut per paucos reperire poſſis: qui non titulos ſu-
periorum inferioribus attribuant. Vale. Et in hiſ ſinem Trium ſta-
tendum agnoſce.

Sequitur figura Arithmetice.



LIBRI. III. ARITHMETICE SPECVLATIVE

Liber quartus de Quadruuſ rudimentis

Tractatus primus De Quadruuſ lau- dibus & diuſione. Ca. primū. MAG.

q Vid habes fili: & cur ab imo pectore atra trahis ſuſpiria? nū
te grauant quę nupera accepisti Triuſ principia: & cepti te
pœnituit studiſ? DI. Nihilominus: tanta autē dulcedine
ſimul & iucunditate ex his animū meum delibutum ſentio

ut nec vigilię oculos opprimant: nec ſermonis aſſiduitas aures obtun-
dat: nec omnino vel laſciuientium ſocietas: aut quę cunq; alia iuuen-
tutem amollientia obſiſtere poſſint: quo minus & Q uadruuſ ele-
mendis auidiſſimum me auditorē exhibeam: ſi tu hunc laborem aſſu-
mere dignaberis: ſed ocyus ut hoc ſubeas te etiā atq; etiā rogo &
hortor pluriſimum? MAG. Rem cupis fili (& ſi diſſicilem) ſcituſ ta-

Laudatur
q̄druuſ

men digniſſimā. nā teſte Boetio rerū erudiſſimo: nemo unq; in Phi-
loſophię diſciplinis ad perfectionis cumuluſ ſine Q uadruuſ quādere
potuit: nulli ſine illo recte ſapiendū: nulli deniq; recte eſt philoſophan-
dum. ob id quiſquis hoc prætermiſerit omnē philoſophię iam perdi-
dit doctrinā. quod & demonſtrationibus lucidiſſimis Nycholaus de
Cuſa Cardinalis in primo quē de docta ignorantia prætulauit libro
confirmat. Nam & ipſe mathematicis adiutus diſciplinis: quędam ar-
cana ſacronū gloſiorū multis ante hac abſcondita penetrauit. Sed his
(cū & longiorē tractatū & ingenū exercitatiū requirant) in aliud tem-
pus dilatis / quod petis exordiamur. Totā vero iſta diſciplina quam

Boetio. 1.
arithmet.

Nycho-
laus de
Cuſa

Diuiſio q̄
druuſ

Q uadruuſ Boetius nominat quantitatē ſpeculatur: quātitas vero
in magnitudinē ac multitudinē paritur. Rurſus alię quidē per ſe: ut
tria aut quatuor: alię vero ad alias referuntur. ut duplū & dimidiū. Ma-
gnitudines autē alię manentes ſunt motuq; carentes: ut triangulus: li-
nea. Alię vero ſemper motu. ut octaua ſphæra. Harū illam multitudi-
nē quę per ſe eſt / Arithmetica ſpeculatur. Illam vero quę ad alia re-
fertur: Muſica cōtemplatur. Immobiles vero magnitudinis noticiā
Geometrica: mobilis autē Aſtronomia polliceſ. unde & ab his quā-
tuor / hæc doctrina Q uadruuſ appellata eſt. Sunt em̄ vię quatuor
ad unū finē (quantitatis ſcilicet noticiā) perducentes. DIſ. De pri-
ma igitur hoc veſperi paucis te abſoluas.

Boetius

Vnde di-
ctū eſt q̄
druuſ

De Arithmetice definitione: nomine
inuentore: ſine ac diuiſione. Capitu-
lum ſecundum. MAG.

Arithme-
tica.

p Rimam Q uadruuarij partem Arithmetica appellamus. Eſt
autē Arithmetica numeroſum doctrina. tractat em̄ de nume-
ro quem gręci ἀριθμὸν arithmon dicunt. unde & huiſ ſcien-
tię nomen a primis eius inuentoribus inditum eſt. Arithmetica id eſt

TRACTATVS .I. DE NUMERO

scientia de virtute numeri. *OPERA* enim græce idem quod virtus & *ἐπίτης* idem quod numerus latine significat. **DIS.** Quinam huiusce disciplinæ exstitere primi inuentores? **MAG.** Apud græcos cā primus (ut aiunt) Pythagoras reperit: & in latinum eam primus Apuleius quidem Apuleius / deinde Boetius transtulerunt: sed prætermisiss istis Boetius, rem ipsam aggrediamur eo quo sequitur ordine. Primum quidem numerum in se suis partibus & passionibus absolute & theoricè post hæc ipsum cōtractius ac magis practice considerabimus. Demum nō nullas aris calculatoriæ perpulchras regulas adijciemus.

De Numeri definitione & in numerum parem & imparem diuisione ac earun- dem partium descriptione. Capitulum tertium. **MAGISTER.**

Vnus est unitatū collectio vel quantitatis acutus ex unita- **Numerus**
tibus pfusus. Est autē unitas qua unaquęq; res una dicit. Vni **Unitas**
tas autē nō est numerus: sed principium numeri. sicut magnitu-
dinis punctum. **DIS.** In quor aut quas numerus sui prima diuisione
scinditur partes. **MAG.** In geminas: in parem videlicet numerum &
imparem. **DIS.** Numerus par quis est? **MAG.** Est numerus in duo **Nume-**
diuisibilis equalia / unitate nō media. ut. 4. diuidit in. 2. & 2. nulla uni **rus par**
tate media. **DIS.** Quid est quod dicunt Pythagorici numerum parē
in maxima parissimamq; posse diuidi: maxima quidē spacio: minima
quantitate? **MAG.** Per spacium partium numeri magnitudinē: per
quantitatē vero / earundem volebant significare multitudinem. Et ut
hæc clarius intelligas / exemplū hoc animaduerte. 8. in. 4. & 4. diuidi
tur: nec in partes maiores ab aliquo unq; partitur: nec secundum mi-
norē numerum q̄ binarium / duarum scilicet partium naturali diuisio-
ne secatur: & ita quo ad primū in spacio maxima & quo ad secundū
in quantitate diuiditur minima.

De Numeri paris diuisione: & eius par- te: numeri scilicet paris pariter paris de- scriptione. Capitulum quartum. **DIS.**

Ar numerus in quot species partitur? **MAG.** In tres. Nam Numerus
quidam est numerus pariter par: quidam pariter impar: qui / parit par
dam vero impariter par. **DIS.** Numerus pariter par quis
est? **MAGISTER.** Est numerus qui in duo paria diuidi: & rur-
sus horum quo dlibec in alia duo paria potest secari usq; dum diuisio
partium ad indiuisibile naturaliter perueniat unitatē. ut est numerus.
16. qui in. 8. & 8. & rursus. 8. in. 4. & 4. & rursus in. 2. & 2. & duo in. 1.
& 1. quę est indiuisibilis unitas partium. **DIS.** Et quā ob causis

TRACTATVS .I. DE NUMERO

Rō noīs numerus tali insignitus est vocabulo: **MAG.** Quia eius partes nomine & quantitate inueniuntur pares: ipsis etenim naturali ordine dispositis ita sibi ipsis respondent: ut quoniam una sit nomine tanta reliqua sit quantitate. ut ecce. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. 128. in hoc ordine. 8. decima / sexta pars est totius summæ: scilicet. 128. & tanta sedecimā continet quantitatē. Et rursus. 16. summæ totius pars est. 8. & hæc ipsa 8. continet quantitatē. Et sic idē conueniet de quibuslibet reliquis eque a medio distantibus partibus. Sed hoc aduertendum: si pares sunt partium dispositiones: non unum sed duo sunt media inueniēda: in quibus hoc idem quod in partibus eque a medio distantibus contingit reperiri. ut in exemplo prioris. Si vero partium impares fuerint dispositiones: unum reperitur mediū quod sibi ipsi nomine respondebit & quantitate. ut. 1. 2. 4. 8. 16. 32. 64. In hoc ordine. 8. est mediū. octaua scilicet totius summæ pars quā quantitatē in se ipso continet. **DIS.** Clarissime hæc intelligo: nec in eius declaratione te morari amplius necesse est: ob id ad reliqua solum vertas: & quis sit numerus pariter impar describas.

De Numeri pariter imparis definitione.

Capitulum quintum **MAG.**

Numerus pariter impar Vnus pariter impar est qui in partes equeales diuiditur: & rursus hæ partes cum sine numeri imparis in equalia non partitur. ut. 10. in. 5. &. 5. sed. 5. in duo paria non diuidunt. parec igitur numerū cuius medietas est impar / esse pariter imparē. **DIS.** Ne pigritis: & unde is numerus hoc sortitur nomen demonstrare. **MAG.** A suis partibus: quæ cum numero sint pares: quantitate sunt impares: aut si nomine sint impares: quantitate erunt pares quod in subiecto facile erit videre exemplo: nam numeri pariter imparis. 18 partes sunt. 2. &. 9. quarū quilibet a pari denominatur numero quia a dualitate. cum. 9. decem octo sit dualitas siue medietas. quantitas vero ei⁹ impar est: quia nouenaria. & rursus. 6. decem octo tertia pars est. ecce impar denominatio: quia fit a ternario. & quantitas quidē par est: quia senaria. sic & in alijs pariter imparium numerorū partibus est facilitum videre.

De Numero impariter pari. **Ca. vi. DIS.**

Numerus impariter par Vnus impariter par quis est? **MAG.** Est numer⁹ qui aut in equeales partes diuiditur: rursus hæ partes in alias partes secantur. Sed in ista partium diuisione non usque ad unitatē in equea partitio progreditur. ut. 24. in. 12. &. 12. partitur. & rursus. 12. in. 6. &. 6. & amplius. 6. in. 3. &. 3. diuiditur: sed amplius. 3. in equea non secantur. Et ob hoc recte tale sortitus est vocabulum. Est enim par: quia in equea diuiditur: sed impariter quidē: quia non in omnibus suis partibus pariter peritur. Sunt autē hi omnes impariter pares. 12. 20. 24. 28. 40. 56. **DIS.** Habes ne alia de natura numeri paris cognita necessaria? **MAG.**

LIBRI.III.ARITHMETICE SPECVLATIVE

Habeo equidē & multa: ut scq de proprietatibus eius: de ei⁹ quoq; quo ad singulas species generationibus. quæ quoniā prima huiusce disci- plinæ videntur transcendere elementa/ in presentiarum placuit silentio transire: & ad alias eiusdem numeri partes sermonem vertere.

De Numero superfluo diminuto & perfecto.

Capitulum septimum.

DIS.

T quæ aut quot sunt hæ numeri paris partes aliæ? **MAG.** Sunt numerus superfluus: numerus diminutus: & numerus perfectus. **DIS.** Numerus superfluus quis est? **MAG.** Numer⁹ Est ille cuius partiū summa: summā totius excedit. ut. 12. cuius medie superfluas est. 6. pars tertia. 4. pars quarta. 3. pars sexta. 2. pars v^o duodecim^a 1. quæ oēs simul iunctæ. 16. constituunt: quæ totius. 12. sc3 summā in quatuor excedūt. **DIS.** Numerus diminutus quis est? **MAG.** Numer⁹ Est numerus cuius partiū summa: summam totius nō attingit. ut. 8. diminut⁹ cuius medietas est. 4. quarta pars. 2. octava. 1. quæ simul iunctæ. 7. efficiūt q̄ totius sc3. 8. summā nō attingūt sed in unitate deficiūt. **DIS.** Numerus perfectus quis est? **MAG.** Est numerus cuius partium summa: summe tot⁹ nec maior: nec minor: sed equalis reperit. ut. 6. perfect⁹ cuius medietas est. 3. ps tertia. 2. pars sexta. 1. quas si simul iungas. 6. totū summā equalem precebis. Et horū numerorum paucos reperies sc3. 6. 28. 496. 8128. & semper in sex aut octo terminatos.

De Numeri imparis definitione & diuisione.

Capitulum octauum.

DIS.

Mpar numerus quis est? **MAG.** Est numerus qui in duo Numer⁹ equalia diuidi non potest quin interueniat unitas. ut. 5. diuidi impar. tur in. 2. & 2. unitate interueniente. additē numerus impar super parem semper unitatem. **DIS.** Numeri imparis (si quæ sint) q̄numera species. **MAG.** Numeri imparis (species sunt numer⁹ pri- mus & incomp⁹ositus: numerus secūdus & cōpositus: numerus b̄ se se- cundus & cōpositus / sed aliū comparatus primus & incomp⁹ositus. **DIS.** Numerus primus & incomp⁹ositus quis est? **MAG.** Est nu Numer⁹ merus qui nullam aliam habet partē q̄ eam ipsam quæ a totius quā primus titate accipit denominationē & hæc pars semper est unitas. ut. 1. habet & incomp⁹o- p⁹ter unitatē nullam aliā partē quæ totius est una. 3. Et ob id hic nū/ situs. merus primus & incomp⁹ositus dicitur: quia a nullo numero priori cō- ponit⁹ aut metitur. Numerus autē numeri cōponere aut metiri dicit⁹: Numer⁹ a quo ipso multoties sumpto: præcisē nullo deficiēte aut superfluo to/ cōponere tus. constituitur. Et ita numeri quorū præter unitatē nulla pars est eos quid sit Numer⁹ contra se metiens: cōtra se primi dicunt. ut. 3. & 4. p⁹ opp⁹ositū numeri cōmuni Numer⁹ primi. cantes sunt: quorū aliā ab unitate pars ambos metitur. ut. 9. & 12. q̄s cōcantes non modo unitas / sed ternarius metitur.

LIBRI.III. ARITHMETICE SPECVLATIVE

De Numero secundo & composito Cap: Ium nonum. DISCIPVLVS.

Numerus f. **secundus** & **cōpositus** **Ecundus** & **cōpositus** quis dicitur numerus? **MAG.** Is qui præter unitatem in se alium habet numerū a quo compositus est. ut. 9. unitatem habet a quo nonies replicata componitur. habet & insuper ternariū a quo tertio sumpto constituitur. Et ideo is numerus secundus dicitur. nam habet numerum priorem a quo coniungitur: & compositus quidem est: quoniam in ipsum a quo coniunctus est resoluitur.

De Numero per se secundo & composito: & ad aliū comparato primo & incōposito. Ca.x. DIS.

Numerus d. **per se secun-** **Ad aliū relatus** **primus** & **incompositus** **vero comparatiū primū & incōpositum.** **MAG.** 9. & 25. horum quilibet/ut ex prioribus liquet secundus & compositus reperitur: sed ad seinuicem comparati/primi & incōpositi recte iudicantur. nam nullum cōmunē habent numerum a quo metiantur ambo. 9. enim tribus tertio sumptis metitur: quibus. 25. minime constituitur. sic cōuerso. 25. per. 5. quiniē sumpta metitur: quibus. 9. nequā constituitur. Ethos facile qui sint dephendes: si duobus tibi ppositis numeris: minorē de maiore subtrahas: nā qui relinquit aut est unitas aut alius numerus huic qui subtrahit minor aut equalis: si qui relinquit unitas est: numeros cōtra se ppositos primos esse necesse est si equalis est/eos ambos illo cōmuni termino intelligas metiendos: & ita nō esse contra se primos: sed cōmunicātes. Si vero prima subtractione facta relictus minor fuerit illū a priori subtrahēdo demas: & ita usque dum potes pcedas & ex derelicto ex dictis numeri naturam iudicabis. Quæ ut clarius intelligas: subiectū animaduertas exemplum. sint. 9. & 25. numeri ppositi. aufero. 9. a. 25. & remanēt. 16. a quibus si rursus. 9. tollant manēt. 7. a quibus si demū. 9. subtrahant/ relinquant duo quæ (quā nouenariā quantitatem nō attingunt) totiens quotiens possum a. 9. demo: quod cū quater factū fuerit unitas relinquitur. Ex quo patet numeros ppositos esse contra se primos: & hæc de numero ad se considerato dicta in p̄senti sufficiāt. ac si aures patulas prebere volueris: nōnulla & quidem utilia de numero ut ad aliū referatur subiungam. **DIS.** Auscultabo & cū diligenter.

De Maioris inæqualitatis speciebus in genere.

Capitulum undecimum. MAG.

N primis itaque te scire necesse est: omne quod ad aliud refertur aut esse æquale aut inæquale. Et primū quidē prorsus nullā accipit diuisionē. nā quod æquale est aliter se habere nō potest. ut duo æquantur duobus. Inæquale vero dupliciter esse cōtingit. Est

TRACTATUS .I. DE NUMERO

enim quoddam magis inæquale: quoddam vero minus. De his ha- Inæquali
rumque speciebus magis necessaria in medium afferam. & primum de tatis ma/
speciebus maioris inæqualitatis. DIS. Quæ & quæ maioris inæqua- ioris spēs
litas species sunt? MAG. Quinque scilicet Multiplex Superpar/
ticularis. Superpartiens. Multiplex superparticularis: multiplex su/
perpartiens.

De Numero multiplici Capitulū. xij. DIS.

Vmerus multiplex quis est? MAG. Est numerus qui ad Numerus
n alium comparatus ipsum plus quam semel continet: quem si bis co- mplex
tineat duplus est: si tripplus. & sic procedendo in infinitum. ut
2. ad. 1. est duplus. 3. ad. 1. est triplus.

De Numero superparticulari. Capitulū. xij. DIS.

Vperparticularis numerus quis est? MAG. Est numerus Numerus
f qui ad alium relatus ipsum quidem totum continet: & in super altera suppar/
eius partē quæ pars si medietas fuerit sesquialter vocatur. ut. 3. ularis
ad. 2. Si vero tertia sit: sesquitercius dicitur. ut. 4. ad. 3. valet autē sesqui
idem quod totum quod, proprie sexqui dici deberet.

De Numero superpartiente Capitulū. xij. DIS.

Vis est numerus superpartiens? MAG. Est numerus qui Numerus
q ad alium comparatus ipsum totum & in super non unā solam superpar/
sed plures eius partes continet. Si igitur numerus alius & duas tiens
eius partes contineat: Superbipartiens. Si vero tres eius partes ul- Superbi/
tra totum in se habeat: supertripartiens dicitur. & sic de reliquis in infi- partiens
nitum procedendo. Exemplum primi. ut. 5. ad. 3. Exemplum secun- Supertri/
di. ut. 7. ad. 4. In his autē locutionibus necessarium erit substativum partiens
subintelligere: illud scilicet quod partem sequentē partes reliquas ul-
tra totum in superpartiente inclusas denominat. ut in exemplo si nume-
rus superpartiens ultra totum duas eius partes contineat: subintelligendū
est superbipartiens tercias. nā in numerorum naturali ordine. 2. sequun-
tur. 3. Et si tres partes contineat: subintelligendum est supertripartiens
quartas: sic & in ceteris est facile videre.

De Numero multiplici superparticulari. Ca. xv. DIS.

Vmerus multiplex superparticularis quis est? MAG. Est Numerus
n numerus qui ad alium relatus: continet eundem plus quam semel superpar/
& in super alteram aliquam eius partem. Et ob id hoc gemi- ularis,
num accepit vocabulum. Eo enim ipso quod maior minorem plus quam se-
mel continet: multiplex: quod vero rursus aliquam minoris partem con-
tinet particularis esse non ambigitur. Si igitur maior minorem
bis: & eius medietatem contineat: duplex sesquialter. si vero ter- duplex ses/
ciam eius partem comprehendat: duplex sesquitercius: aut si ma- qualter
ior minorem ter / & in super eius medietatem contineat: triplex ses-

TRACTATVS .I. DE NVMERO

quialter nominatur: & sic consequenter reliquos nominabis si in infir/ triplex sed
nitum progressionem feceris. Exempla patebunt. 5. ad duo duplex quialter
sesquialter est. 7. ad. 3. duplex sesquitercius est & 7. ad. 1. triplex ses/
quialter. 10. ad. 3. triplex sesquitercius inuenitur.

De Numero multiplici suppartiente. Ca. xvi. DIS.

numerus Vmerus multiplex superpartiens quis est? MAG. Est nu/
superpar n merus qui ad alium relatus ipsum quidem plus q̄ semel cō/
tens tineret: & insup nō una solam: sed duas tres aut quatuor vel plures
eius partes. Et sic sc̄dum q̄ maior minoris plures partes continebit
duplex su semper aliud & aliud nomē hereditabit. Dicitur em̄ duplex supbipar
phiptēs tiens si minore bis & duas eius partes in se habeat. ut. 8. ad. 3. vel dur
duplex su plex supertripartiens si minore bis & tres eius partes comprehendat
pertripar ut. 11. ad. 4. Triplex vero superbipartiens nominatur: si minor ter & triplex su
tiens. insup duq̄ minoris partes in maiore cōtineantur. ut. 11. ad. 3. & per simi perbipar/
lia in reliquis facile est videre. Et hęc de maioris inēqualitatis specie/ tiens.
bus hactenus dixisse satis sit. Nunc si de minoris inēqualitate specie/
bus aliqua inquirere libuerit: calamus cū in motu est respondebit.

De Speciebus minoris inēqualitatis. Ca. xvij. DIS.

Minoris inēqualitatis species quę & quot sunt? MAG. Tot &
inequali/ m eedem fere quę maioris inēqualitatis. Dico autem fere: quia
ratis spēs solum nomina per additionē prepositionis sub/ sunt varian/
da: ut sc̄z dicatur submultiplex. ut. 1. ad. 2. subdupla est & 1. ad. 3. sub/
tripla. Subsuperparticularis. ut. 4. ad. 6. Subsesquialter. ut. 3. ad. 4.
subsesquitemus est: subsuperpartiens. ut. 3. ad. 5. Subsuperbiparti/
ens. & 4. ad. 7. subsupertripartiens reperitur. Multiplex subsuppar/
ricularis. ut. 2. ad. 5. subduplus sesquialter est. 3. vero ad. 7. subtriplus
sesquitercius est. Et multiplex subsuperpartiens. ut. 3. ad. 8. subduplus
superbipartiens. & 4. ad. 11. subduplex supertripartiens nominatur.
Et ut omnia simul complectar: omnia exempla de maioris inēquali/
tatis speciebus prædicta: etiā de speciebus minoris inēqualitatis ex/
empla erūt si numeri minoris maioribus cōparati fuerint. Omniū au/
tem dictorū numerorū adinuicem habitudines: Proportiones vocā/
tur: & eis dē quibus & prædictę species nominatę sunt vocabulis no/
minantur. Nam quædā dicitur proportio dupla: quædam supbipar/
proportio tiens: quædam superparticularis: quædam vero tripla &c. Et de istis
eadem quę supradicta sunt dantur exempla. DIS. Ipsam igitur
nū species proportionem definias.

De Proportione & proportionalitate. Capi/ tulum decimum octauum. MAG.

proportio p Roportio ut ex prædictis liquet est duarum quātęcūq̄ sint ejus/
dem generis quantitatū certa unius ad alterā habitudo. ut. 4.

LIBRI.III.ARITHMETICE SPECVLATIVE

ad.2.est proportio dupla.Proportionū vero ad inuicem habitudines
a mathematicis proportionalitates dicuntur. DIS. Quid est pro/
portionalitas? MAG. Est duarum aut plurium proportionū simili Proportio
tudo ut ficut se habent.4.ad.2.ita.8.ad.4. quia ubiq; est pportio du
pla. Illarū igitur duarum proportionū u; similitudo proportionalitas
est.uecin pauioribus q; tribus terminis proportionabiliter quædā
est. Q uisi ita dispositi sunt: ut mediū utriq; cōparetur extremis: pro
portionalitas cōtinua dicitur. ut.1.2.4. sicut em se habent duo ad unū
ita.4.ad.2. quia ubiq; est pportio dupla. Si vero numeri intermedij
ita locati fuerint. ut alius ad unū/ alius vero referat ad reliquū/ talem
ppportionalitatē disiunctam dicimus. ut.1.2.4.8. sicut se habet.2.ad.1
ita.8.ad.4. ubiq; em est pportio dupla. Si vero dico ficut se habet.1.
ad.2.ita.4.ad.8. eadem quidem pportionalitas permanet. Sed tunc
cōuersa est cū dixerō: quemadmodū se habet.4.ad.1.ita se habebūt
8.ad.2. eadē iterum manet pportionalitas sed tunc permutata est. conuersa
pmutata.

De Speciebus proportionalitatis in genere

Capitulum decimum nonum. DIS.

Ropordionalitatis si quæ sunt species ænumera. MAG. Si iā pportio/
p dicta intelligis quattuor proportionalitatis species inuenies: nalis
quæ sunt proportionalitas Continua Disiuncta Permutata & species in
Conuersa. DIS. Num & alię sunt? sane quidē intelligo. MAG. genere
Alię sunt quarum tres utiliores insequētib; ænodabimus. uidelicet
Proportionalitatem Arithmetica. Geometricam & harmoniacam:
quæ & medietates appellantur.

De Proportionalitate Arithmetica. Ca.xx. MAG


Scitum proportionalitas arithmetica quotiēs tribus aut plu medietas
e ribus terminis positis neglecta equalitate proportionum: sola siue ppor
custoditur parilitas differētiarum. ut.1.2.3. In hac numerorū tionalitas
dispositione differentia unius ad.2.& nrsus duorū ad tria equalis repe
ritur: quia ubiq; unitas. nam sicut unum a duobus: ita.2.a tribus uni
rate differunt sed proportionū equalitas non obseruatur. nam duorū
ad.1.est proportio dupla: sed trium ad.2.est proportio sesquialtera
Dicunt autem hæc medietas Arithmetica: quia in solius numeri pro/
portione custodita est.

De Proportione Geometrica. Capi.xxi. DIS.

Et pro modulo capacitatis accipio: ad alia petgas. MAG. pportio/
h proportionalitas geometrica est cū tribus aut pluribus dispo
sitis terminis numerorum differentia negligian: solumq; licas Geo
portionum equalitas custoditur. ut.1.2.4.8. sicut em se habet.2.ad.1. ometica
sic se habent.8.ad.4. quia ubiq; est pportio dupla. nec numeroꝝ dif
ferentia ibi aduertitur. nam inter.1.&.2. unitas: inter.2.&.4. dualitas:
m

LIBRI.III.ARITHMETICE SPECVLATIVE

inter vero.4.&8. quaternitas reperitur: sed tamen numerorū differē
tię semp in eadē cū terminis, pportione sunt cōstitutę, nā si termini sūt
in dupla pportione: in eadē sunt & earundē differētię cōstitutę. ut hic



De Proportionalitate Harmoniaca. Ca.xxij. DIS.

harmoni/
aca ppo
tionalitas

Armoniaca proportionalitas quę est? MAG. Quę nec eis
dem differētiis nec quis proportionibus constituitur: sed illa
in qua quęadmodū maximus terminus ad minimū ponitur
sic differētia maximi & medię contra differētia medię & minimi cō
paratur: ut sint termini dispositi. 3. 4. 6. ibi namq; maior terminus: vide
licet. 6. ad minimū: scz. 3. duplus est: sic differētia maximi termini scz
6. & medię scz. 4. quę est duo/ dupla est ad differētia termini medię
& minimi quę est. i. nec tamē in pręfato numerorū ordine termino/
rum adinuicē quę reperitur proportio aut differētia: nam pportio
4. ad. 3. est sesquitercia. 6. vero ad. 4. est pportio sesquialtera: & inter
4. & 3. differētia est unitas. inter. 4. vero. & 6. dualitas. Hęc autē p
portionalitas siue medietas harmoniaca nominatur: nam in hac sola
harmonia aut synphonia vel consonantia musica reperitur. ut * quia
nec terminorū pportionē aut eorū differētiā absolute considerat:
sed ut hęc ambo adinuicem relata inuestigat. Est autē propriū harmo
nię ad aliud quodammodo se habere. De quibus in musicis videbi
mus latius. Consequenter ut numerorum vim & naturā quo ad pri
ma rudimēta plenius capias de numeris tractabimus quęadmodū re
feruntur ad geometricas dimensiones & figuras. DIS. Placet sum
me. na semp fidelissimi pceptoris officiū obseruās nec quicquā de ne
cessarijs ad prima scientiā intelligenda principia obmittis.

*
3 4 6
dya dia
tess pen
erō te

De Numero secundum Geometricas di mensiones disposito. Et primo de nume ro lineali Capítulum. xxij. MAG.

numerus
linealis

Ed in primis te scire volo: omnem Geometricam dimensionē
aut esse linealem: aut superficialem: aut solidam. ut patebit in/
fra. Et ob id in pręsentiarum numerum in linealem superficia
lem & solidum distinguimus. DIS. Numerus linealis quis est?
MAG. Est a duobus inchoans adiecta semper unitate/ in unū eun
demq; ductū quantitatis explicata congeries. ut. ij. iij. iij. v. DIS.
Cur dicis a duobus inchoans? MAG. Nam sicut punctus actu nō
est linea sed potētia: sic unitas actu nō est numerus sed potētia, paucio

Num
pētag
hexag
hepta
nus

TRACTATVS .I. DE NUMERO

tribus igitur q̄ duabus lineallis numerus cōstare nō potest unitatibus:

De Numero superficiali & eius speciebus:

Capitulum. xxiij.

DIS.

n Vmerus superficialis quis est? MAG. Est numerus duo/ ^{numerus}
bus lateribus contentus longitudinis videlicet & latitudinis. ^{superficial}

Vel est numerus a tribus inchoans addita descriptionis latitudi-
dine: & ex numerorum naturalium sesequentium angulorum dilata-
tione. Dictum est autem & superficialem numerum a tribus incho-
andum. quoniam sicut in geometricis paucioribus tribus lineis nul-
la angularis superficies clauditur: ita & in numeris minimus superfi-
cialis non nisi tribus unitatibus constituitur ut. Erideo sicut in geo-
metricis superficies conica diuisionem in triangulam/ quadrangu-
lam pentagonam: & sic de alijs accipit/ sic pari modo & numerum
superficialem contingit pariri.

De Numero triangulati. Ca. xxv. DIS.

t Riangularis numerus quis est? MAG. Est numerus qui in Numerus
latitudinem scdm unitates descriptus tribus angulis contine/ māg'aris
tur lateribus equaliter dispositis, ut sunt 3. 6. 10. 15. 21. 28. in ta-
lem figuram dispositi. *

De Numero quadrangulati. Ca. xxvi: DIS:

n Vmerus quadratus quis est? MA. Est numerus qui in latitudo Numerus
dinē scdm unitates descriptus angulis quattuor lateribus q̄ q̄dratus
li dimensione dispositis continet. ut sunt 4. 9. 16. 25. 36. 49. ta-
liter ordinari. φ Vnde numeris ab unitate in cōtinua pportionalita-
te dispositis/ tertius ab unitate erit quadratus: ac deinceps semper uno
intermisso. At cū quadrati in natura diuersi sunt: quidā em q̄ latitudo
dinē habēt & longitudinē ut bis duo & ter tria: quidā vero parte lōgio
res sunt: ut quorū latera nō unitatis sed aliorū quorūcūq; numerorū
differentia separant. ut ter quinq; ita formata. ψ Reliqui vero altera
parte longiores existunt: quorū scz latera unitatis tantum differentia
sunt diuersa ut sunt bis tria in ista forma disposita. :::

De Numero Pentagono/ hexagono/ heptagono & se-
quentibus multiangulis. Ca. xxvij. DIS.

Numerus
pēgon⁹
hexagon⁹
heptago/
nus

p Pentagonum quē dicis numerum? MAG. Eum ipsum qui
in latitudinē scdm unitates descriptus/ quinq; angulis/ lateri-
bus equali diuisione dispositis continetur: & simili definitione
hexagoni/ heptagoni & reliqui describuntur numeri: quē tibi ut faci-
lius pateant pauca exempla subiungam.

12. 22. 35. 51. 71. omnes pentagoni.
15. 28. 45. 66. 91. omnes hexagoni.
18. 34. 55. 81. 112. omnes heptagoni.

m h



TRACTATVS .I. DE NUMERO

Vnitas tamen & si non actu/tamen potentia est omnis numeralis figura & ideo singulis præposita.

De Numero solido siue corporali. Ca.xxviij. DIS.

numerus
Solidus

q Vis est numerus corporalis siue solidus. MAG. Est qui tribus lateribus continetur sc; longitudinis/latitudinis & profunditatis. vel est qui cum scdm unitates suas in longum latum ac profundum dispositus fuerit: corporis alicuius figuram representabit. Et ob id ipsuz ad modum corporis diuidere conuenit. hoc modo. Nam numerorum quidam pyramides: laterculi: afferes: cuneoli/aut magis latine gradati: parallelepedes: cubici: cylindri vel spherici nominantur: quorum descriptiones in sequentibus patebunt.

spēs nūe
risolidi

De Numero pyramidalī. Ca.xxix. MAG.

numerus
pyrāida/
lis qdran
gularis




p yramidalis itaq; est numerus in suis unitatibus per modum pyramidis corporalis constitutus: ut scilicet a basi lata incipiat & in ascendēdo semp decreascat donec ad unitatē quæ huiusce pyramidis conus est perueniat. Et sicut in corporibus pyramis quædam est trilatera. ut a. & quædā quadrangula. ut b. & sic de alijs scdm modum superficierum multiangulariū variatis. sic & in numeris pyramis trilatera quadrangula aliæue reperiuntur.

triangula
ris



De Numero pyramidalī trilatero. Capitulum tricesimum. MAG.



u Nde numerus pyramidalis trilaterus est is cuius basis est triangelus. ut a cuius conus est unitas in medio locata. & si ba/ si b. priorem pyramidē superposueris/ pyramidem secundam & denariam constitues: quæ si pro basi hoc modo locabitur * & eide pyramis. b. superponitur: pyramis tertia &. 20. unitatū productur. Simili modo vidēdum erit in ceteris. nam in numero pyramidalī tot unitates latera continent/ quod ad eius constitutionem numeri trianguli aut quadranguli/ pentagoni aut hos sequētes concurrunt: unitate etiam pro tali numero computata. Ex quo liquet q; primæ de prædictis pyramidibus latera duas/ secundæ tres: tertiæ vero quattuor unitates habent.



De Numero pyramidalī quadrangulo.

Capitulum tricesimumprimū. DIS.

x



q Vadrangulā pyramidem quæ dicitur numerū. MAG. Cuius basis numerus qdratus/ conus vero unitas est. ut c. Si pyramidi iam fabricatæ basim nouenariā hanc scilicet y supponis scdm in quadratis pyramidē quattuordecim sc; unitatū efficiet: quā si huic x basi supaddes: tertiā pyramidē &. 30. unitatū pducis & sic in ceteris/ nō modo quadratis: uenetiā pethagonis & alijs multiangulis videre est. Hoc in unū nō est silentio prætereundū: si unitatem



LIBRI.III.ARITHMETICE SPECVLATIVE

quæ conus dicit obmiseris pyramidē curā ubiq; efficies/similiter si alios quosq; numeros basibus iuxta præmissas regulas superaddi / tos detrahis:pyramides facies bis curtas vel tercurtas.

De Laterculis.Capitulum.xxxij. DIS.

* Vmeri laterculi qui sunt? MAG. Qui ex ductu æqualiū numeris laterculi.
n equaliter in minus fiunt.ut tria ter bis.18.constituūt:quæ si se cundū tres dimensiones disponant/longitudo latitudini æqua bitur:quia ubiq; tria.Altitudo 2o minor/qa duorū tantum reperitur ut * quibus alia nouem in simili modo disposita superaddas.

De Asseribus.Capitulum.xxxiij. DIS.

Vmeri asseres qui sunt? MAG. Qui ex ductu æqualiū æqli asseres
n ter in maius fiunt. ut quater quatuor nonies .144. faciunt. q li ad figurā corporalem ordinaueris/ latitudo longitudini erit æqlis. quia ubiq; .4. altitudo vero cum .9. habeat erit dissimilis. ut 13 quibus alia .16. ita disposita octies supponas.

De Cuneolis.Capitulum.xxxiij. DIS.

ω Vmeri Cuneoli qui sunt? MAG. Qui ex inæqualibus in cuneoli
n qualiterp inæqualia fiunt. ut ter quater nonies .108. efficiunt. quos si in corporis formā disponas:latitudinē tria/longitudi nem .4.& altitudinē habentē .9. reperies:& sic omnes dimensiones inæ quales. ut ω quibus alia duodecim sic formata octies superaddas

De Parallelipipedibus.Capitulum.xxxv. DIS.

p Arallelipedes q̄s dicit nūeros? MA. Eos q̄ ex ductu æquali parallelipipedes
um inæqualiter per æqualia fiunt. ut bis tria bis. 12. faciūt: quæ si in corporis figurā redacti fuerint: latitudinē altitudini æquas (quia ubiq; duorū) longitudinem 2o reperies inæqualē: quia trium. ut :: quibus alia .6. ita formata superaddas.

De Cubis.Capitulum.xxxvi. DIS.

* Vi sunt numeri cubi? MAG. Qui ex æqualibus per æqua cubi
q lia producti sunt. ut ter tria ter. 27. constituūt: quæ si in formā corporis redigatur:latitudo/longitudo & profunditas æquales reperiunt: quia ubiq; tria. ut * quibus alia .2. taliter ordinata bis su perponas. Vnde si numeri ab unitate continue proportionales fue rint: quartus ab unitate cubus est: ac deinceps duobus semper inter missis/semper quadratus cubicus sequitur.

De Ciclicis vel sphericis. Cap. xxxvij. DIS.

q Vi numeri sunt ciclici vel sphericis? MAG. Qui ex ductu cu ciclici siue
borū ita procreant/ut a quo numero cubiq; quantitas latus sphericis
inceperit in eundē altitudinis extremitas terminet. ut quingies .5. faciūt. 25. quæ si rursus quinquies accepero: numerū. 125. pduco cuius altitudo in eundē numerū terminat: a quo latus eius primo in m. iij.

LIBRI III. ARITHMETICE PRACTICAE

choatur: quia in .5. Sic simili modo cū dico .6. sexies .36. facio: quæ si
rursus per .6. multiplicetur. 216. producant: quæ in sex iterū terminan-
tur: a quo & latus eius inchoatur. & ob id hi numeri dicuntur ciclici vel
spherici. quia ad principium proprium reuertunt. Et sicut ex unica reuer-
sione de puncto in punctum circulus perficitur: sic ex una multiplicatione
numeri in se cicli numeri qui plani sunt procreantur. ut quinquies .5.
fiunt. & .5. Et sicut ex secunda scilicet semicicli circūductione circa dya-
metrum fixa / sphaera describitur: ita ex cicli numeri per suum princi-
pium multiplicatione numeri sphericus preat. ut .25. quinquies erūt. 125.

Cōclusio

Hæc sunt q̄ de ratione numeri theorice considerato cōmuniora &
magis utilia occurrūt: altiorē vero de his speculationem in diui Boethii
Arithmetica si quā libuerit inuenies: ex qua & hæc quæ iā tradidi p̄ ma-
iori parte expiscata sunt. Iam iam ad praxim sermonē vertamus.

Boetius

Libri Quarti de principijs Arithmetice practice Tractatus secundus. De diuisione numeri contra- cti. Capiculum primum. MAG.

Numeri
diuiso

Arithmetica practica quā Algorithmū dicimus numerū practi-
ce considerat: & de ipsius diuisione & passionibus disputat.
DIS. Remigius ipsa aggredere: & diuisionē numericepti par-
das. MAG. Numerorū quidā Digitus: quidā Articulus: quidā ve-
ro ex his compositus. DIS. Horum descriptiones si quas habes /
per ordinem ædificas.

numerus:
digitus
articulus

De numero digito / articulo & cōposito. c. ij. MAG.
Vmerus digitus est omnis denario minor numerus. ut. 1. vel
2. vel 3. & sic de alijs. DIS. Quis est numerus articulus?
MAG. Est numerus in decē equā diuisibilis: tali lege / ut ista
facta diuisione nihil sit superfluum: nihil diminutum. ut. 20. diuiditur in .10.
unitates: & .30. in .10. ternarios &c. DIS. Quis numerus dicitur cō-
positus? MAG. numerus ex digito & articulo cōstitutus. ut. 12. ex
2. (digito) & .10. (articulo) est aggregatus. Et ut singula unico com-
plectar cōtextu: Ois nūerus inter duos articulos primos cōpositus est

cōpositus

De Numeri iam diuisi passionibus. Ca. iij. DIS.

Numeri
quorū sunt

Vmeri a teiā diuisi quorū quæue sunt passionēs? MAG. Sep-
tem. scilicet Numeratio: Additio: Subtractio: Multiplicatio: Diui-
sio: Progressio & Radicū extractio. Mediatio autē a Subtracti-
one non distinguitur: nec duplatio a multiplicatione separat. Est em̄
Mediatio per duo diuisio & Duplatio p̄ duo multiplicatio. Conueni-
unt autē hæc passionēs non modo numero integro / sed etiam in par-
tes: quas minutas dicunt diuisio. De quibus eo quo iam numeratæ
sunt ordine tractabimus. Et primum quidem in integris.

mediatio
duplatio

De Numeratione. Capiculum quartum. DIS.

TRAC.II.DE NVMERO CONTRACTO

Vid est numeratio? MAG. Est cuiuslibet numeri p figuras Nūeratio
 q competētes artificiosa representatio. DIS. Q uē sunt istę com
 petētes figurę? MAG. sunt he. i. significat unū. 2. significat
 duo. 3. tria. 4. quattuor. 5. quinq. 6. sex. 7. septem. 8. octo. 9. nouem
 & 0. q figura nihili vel cifra dicitur, nam per ipsam solam nihil repre
 sentatur: ipa tamē locū occupāre magis per ceteras significabitur. ut
 20. ibi. 2. viginī significat: & tamē p se positi tantū duo representat.
 Opere precū est ergo in numeratōe ordinem & locum maxime consi
 derare. Ordinē quidem: quia retrogradē numerum scribimus. Locum
 vero qā omnis figura in primo loco posita se ipsam semel representat
 ut. 2. sic posita duo representat. Sed in secundo loco posita se ipsam de
 cies significat: quia viginī ut. 20. In tertio loco quęlibet figura se fig
 nificat centies. In quarto vero millesies. In quinto decies millesies. In
 septimo vero loco millesies millesies & sic in infinitum. Ex quo claret
 unica sola figura omnē digitum scribendū: & omnem articulū a. 10.
 usq; ad centum exclusiue: & inter hos omnē numerū cōpositū inclu
 sum duabus tantū figuris representandū. ut. 10. 20. 25. &c. A centū
 vero usq; ad mille omnis numerus tripla figura designatur. ut. 100.
 121. &c. A mille vero usq; ad decem millia omnē numerū quattuor
 figuris scribimus. ut. 1000. 1221. At qd in exprimēdo magnū nume
 rum hac cautela utendū est: ut super primā figuram. a. ponatur. su
 pra secundā. b. sup tertiā. c. super quartā rursus. a. & sup sequēte b. &c.
 donec oēs figurę hęc triū litterarū eo ordine & caractere sint insigni
 tę sc. a. b. c. ita em primo dēpro omne a. millenariū signat. b. numerū
 infra centū & c. centū repñrat. & ubi. a. & b. simul ponuntur/ simul dñt
 exprimi nisi ubi. b. supra cifra cōtingat locat. ut in nūero hic subiecto.
 a c b a c b a c b a quē talis sermōe exprimere possum⁹: quā
 4 5 9 3 6 2 9 0 2 2 or mille mille millia: qngēta mille millia.
 nonagintatria mille millia: sexingenta millia: viginī nouera millia
 & viginī duo. Tot enim in unoquoq; numeroni ordine sunt millia
 quot a primo dempro. Possum⁹ & aliter numerū ppositū quārus sit
 perquirere: ut videlicet in prima figura incipientes dicamus ordine re
 trogrado: prima per se. secunda decem. tertia centum. quarta millesies
 & de alijs sg loca milliariorū signādo pñctis. ut.

ordo & lo
 cus in nu
 meris.

cautela ex
 primendū
 numerū

4 5 9 3 6 2 9 0 2 2

De Additione. Capitulū quintum. DIS.

Aditio. quid est? MAG. Est duorum aut plurū numerorū Additio.
 a in unū summa reductio. ut. 4. ad. 7. faciūt. 11. DIS. Additio
 nis (ut & in alijs intelligā) modū ostende. MAG. In additi
 one ad minus duo ordines numerorum sunt necessarij: superior scilicet
 cui alter addit: & inferior q supiori adiungit. Sit igit nūerū nūero
 volueris adiungere: nūerū cui debet fieri additio p suas figuras in loco
 m iij

TRACTATVS .I. DE NUMERO

superiori scribe: cui numerū addēdum per figuras suas suppone: ita ut prima sub prima: & secunda sub secunda ponatur &c. His ita dispositis subiiciatur linea sub qua summa ex additione proueniens scribenda est. uel subiecta admonet descriptio.

4	6	7	9	numerū cui debet fieri additio
3	2	3	2	numerū addendus
—				linea interiecta.

Quo facto primas figuras ad se addas: ex quibus excrescet numerus una aut duab⁹ scribendus figuris. si una hec scribat inferius. si duabus: prima scribatur / & secunda mente teneat: quā cū sequente addas pari modo cū secūda & tertia & sequentibus opaberis figuris quousq; totum additū sit. Exemplū sumas in numero prius posito: & dic. 2. ad 9. faciunt. 11. primam unitatem sub linea scribe: & secunda cū figura sequente scilicet. 3. adde. dicendo. 3. ad. 7. erūt. 10. & unitas prius reuerata facit. 11. scribe iterum unā unitatē in secūdo loco sub linea: & aliā serua. Dic ultra. 2. ad. 6. faciūt. 8. & unitas seruata / cum his. 8. constituit. 9. quē loco tertio scribe sub linea. Rursus dic. 3. ad. 4. efficiūt. 7. quē si in loco quarto scribanē sub linea / figure omnes hoc ordine stabūt.

4	6	7	9	numerū cui debet fieri additio
3	2	3	2	numerū addendus
—				linea interiecta
7	9	1	1	numerū productus.

Aduertendum vero in hoc calculandi modo figuras non delendas / sed uirgulis paruis signandas esse. Et ut singula in omni additione occurrentia unico complectar cōtextur: Exemplum subiicere placuit generale in quo singula ad additionē requisita mox apparebunt.

Additiōis exemplū generale	9	8	7	4	6	numerū cui debet fieri additio
	2	0	3	4	5	numerū addendus
	—					linea interiecta
	1	1	9	0	9	numerū productus.

De subtractione. Capitulum. vi. DIS.

subtractō Vid est subtractio? MAG. Est numerū a numero sublatio: ut q videatur summa relictā. ut. 5. a. 9. relinquunt. 4. DIS. Modum subtractionis subiungas. MAG. In subtractione duo numeri sunt necessarij scilicet numerus primo loco posit⁹ a quo alter subtrahit: & numerus huic suppositus qui a superiori remouetur. Potest autē minor de maiore / aut equalis de equali: sed maior de minori nūq; subtrahi. Si igitur subtrahere uolueris: numerū a quo debet fieri subtractio per suas differentias in superiori loco: numerū uero subtrahendum in inferiori ponas: ita ut prima sub prima secunda sub secūda & sic de alijs ponantur linea supposita. De hinc primā inferioris a primā superioris auferas: & quod residuū est sub linea ponas. Si uero in

LIBRI.III. ARITHMETICE SPECVLATIVE

feriorem a superiore subtrahere nō possis / distantiam eius a denario
considera: & eandem numero superiori adde: productumq; ex introito
sub linea in loco suo ponas: & quotienscunq; hoc factū fuerit: figurę
proximę in inferiori ordine sequenti addenda est unitas: & tunc ro/
tum a sibi supraposita tollas. Et hoc usq; in finē seruato modo proce/
dendum est. Exemplum accipe in hoc numero $\overline{135468}$
Et dic duo ab .8. remanent. 6. q̄ scribe sub linea. dic rur $\overline{2372}$
sus. 7. a. 6. nō valeo. ideo. 7. a. 10. distantia quę tria est
inueniēs eā numero superiori: sc. 3. 6. addo. & .9. emergunt: q̄ sub linea
ponenda sunt. Et numero sequenti in ordine subtrahēdo: scilicet. 3.
adde unitatē & erunt. 4. Et rursus dic. 4. a. 4. & surgit vel nihil rema/
nebit: illud nihil quod p̄ c̄fram significatur ponat sub linea. & dic ul/
tra. 2. a. 5. & manent. 3. quę iterū ponant sub linea
& si bene actū fuerit figurę stabūt hoc ordine. Et
ne quid de necessarijs p̄termittā: tibi exemplum
generale totius subtractionis subiiciam tale.

9	0	0	1	3	8	6	numr ⁹ a quo debet fieri subtractio
7	5	3	2	4	3	6	numerus subtrahendus
<hr/>							linea superposita
1	4	6	8	9	5	0	numerus relictus

Exemplū
generale
subtrac/
tionis

Probat̄ur autem per additionem subtractio: & econuerso. ut si nu/
merum relictum numero subtrahēdo addas: numerum a quo facta
est subtractio inuenies. Et rursus si in additionis exemplo numerum
subtrahendum a p̄ducto subtraxeris / numerū subtrahendum pro re/
lieto conspicies. pari modo si numerum cui debet fieri additio a p̄du/
cto deposueris: pro relieto numerum subtrahendum videbis.

De Multiplicatione. Ca. vii. Dls:

Vid est multiplicatio: MAG. Est numeri procreatio pro/
q portionabiliter se habentis ad multiplicandum: sicut multipli/
cans ad unitatem. verbi gratia. 3. per. 4. multiplicare / est nu/
merum. 12. procreare: qui se in eadem proportionē ad. 4. habet sicut. 3.
ad unitatem: quia utrobq; est proportio tripla. DIS. Multiplica/
tionis formā adñcias. MAG. In multiplicatione duo numeri sunt
necessarij: scilicet numerus multiplicandus in superiore ordine: & nu/
merus multiplicās in inferiori ordine scribendus: nec erit cura an prima
multiplicātis ponat sub multiplicandi prima aut alia ut $\overline{7954}$
Est etiam ambobus ita dispositis linea subiicienda sub qua $\overline{642}$
summa ex multiplicatione proueniens ponenda est. Primum itaq;
primam numeri multiplicātis in omnes multiplicandi ducas: & quod
ex hoc prouenit sub prefata linea ponatur. Similiter secundam multi/
plicantis in omnes multiplicandi ducas: & productum ea lege sub li/
nea locabis. ut locus p̄ducti loco correspondeat multiplicantis. nam

LIBRI.III.ARITHMETICE PRACTICAE

si multiplicans secunda fuerit / pductum sub secundo numero prius sub linea posito / locare conuenit. Et sic faciendū est de singulis: donec oēs figuras multiplicantis in oēs multiplicandi ductę fuerint. **DIS.** Exemplū huius subiungas: ut q̄ dicis darius intelligam? **MAG.** Exemplum sumas in numero priori. Et primū quidem dicas. bis. 4. sunt. 8. scribenda sub linea. dic rursus bis. 5. sunt. 10. scribe. 0. cifra: & serua unitatē: & ultra bis. 9. sunt. 18. qbus unitas prius seruata si ad / darur decem & nouē constituit: e quibus. 9. scribe sub linea unitatem serua: & amplius bis. 7. sunt. 14. & unitas prius seruata facit. 15. quę tota sub linea scribēda sunt: cum nō sit numerus sequens cui digitus addi possit. Et si ut diximus operatus fueris / post operationē figuras eo ordine disposuias videbis hic i margine signato. De hinc scdm mul / tiplicācis in omnes multiplicandi ducas. Et primū dic quater. 4. sunt 16. e quibus sub. 0. scribas. 6. & unitatē serues. & rursus dic quater quinq; sunt. 20. & unitas prius seruata his addita facit. 21. scribe. 1. sub 0. & binariū serua. & amplius quater. 9. sunt. 36. & binarius prius ser uans illis additus. 38. constituit: e quibus. 8. sub. 5. scribenda: & 3. ser uanda sunt. & rursus quater. 7. sunt. 28. & tria prius seruata his addita constituunt. 31. quę iterum totaliter scribenda sunt ut prius. Et si be / ne operatus fueris / dispositionē figurarū videbis

7 9 5 4
6 4 2
1 5 9 0 8

tale **Demū** dic sexies. 4. sunt. 24. e quibus. 4. sub. 1. prioris nūeri ponas & duo serues. & rursus sexies. 5. sunt. 30. & 2. prius seruata faciunt. 32. e qbus. 2. sub. 8. scribas. & 3. serues. amplius sexies. 9 sunt. 54. qbus si tria prius seruata addas. 57. emer gunt e quibus. 7. sub. 1. scribat. & 5. mente cūserues & rursus sexies 7. sunt. 42. & 5. prius seruata faciūt. 47. quę totaliter sub linea ponas Quod si bene operatū fuerit dispositio nūmerorum erit talis,

2944	numerus multiplicandus
642	numerus multiplicans
19908	linea interiecta
31816	
41124	numerus productus

Quę si oīa p modū in quinto capitulo traditū / addideris numerum 5106468. procreabis. Et quia in omnibus antedictis digitis in ter se p̄supponit m̄ultiplicatio de his & regulā & tabulā subñcio talē Regula. Scribantur figure in se multiplicandę subalterne & cuius libet distācia a decē a dextris ponatur: & una distantiarum per alteram multiplicetur productūq; seruetur. Deinde distāciam unius digi / ti a digito alio subtrahas: residuum priori producto ex distāciarum multiplicatione postponas. **DIS.** Huius exemplum subiungas.

TRAC.II.DE NVMERO CONTRACTO

MAG. Si scire volueris quot sunt septies .8. ea hoc ordine cū distā
rijs suis a dextris statuas * Dic ter. 2. sunt .6. & rursus. 2. a. 7. rema/
nent. 5. quę prædictis. 6. postponas; & numerū talem inuenies. 56. 8
quem faciunt septies octo.

Tabula

2 2 4	3 3 9	4 4 16	5 5 25	6 6 36	7 7 49
2 3 6	3 4 12	4 5 20	5 6 30	6 7 42	7 8 56
2 4 8	3 5 15	4 6 24	5 7 35	6 8 48	7 9 63
2 5 10	3 6 18	4 7 28	5 8 40	6 9 54	
2 6 12	3 7 21	4 8 32	5 9 45		8 8 64
2 7 14	3 8 24	4 9 36			8 9 72
2 8 16	3 9 27				
2 9 18					9 9 81

Ene alia in multiplicatione ubi occurrēda p̄terea exēn sic hoc ḡnale:

4 5 0 6 0
2 0 3 0

numerus multiplicandus

numerus multiplicans

linea interiecta

91 4 7 1 8 0 0

numerus productus

Multipli/
catōis ex
emplū ge
rale

De Diuisione. Capitulum. viij. DIS.

Vide est diuisor. MAG. Est numeri procreatio p̄portiona/
biliter se habentis ad unitatē: ut diuidendus ad diuisorē. ut. 20
q per .4. diuidere est numerū. 5. procreare quę unitati in eadē p/
portionē p̄portione qua quattuor p̄portionant. viginti: nā ubiq;
est p̄portio quintupla. DIS. Diuisionis formā haud præterea.
MAG. In diuisione duo numeri erūt necessarij. s. superior qui diuidē
dus; & inferior qui diuisor appellandus est; & sub superiore ita locan
dus; ut ultima sua ponat̄ sub superioris ultima; & penultima sub penulti
ma &c. Et hoc qdē verū est si ultima diuisionis nō fuerit maior ultia di
uidēdi. nā si maior fuerit: nō sub ultia diuidēdi sed sub penultima locā
da est; & reliquę subsequētib; ordine directo. ut patet in exemplo.
3 6 2 3 6 2 Istis ita ut dictum est formatis virgula concaua ad
2 1 4 3 Iatus dextrum post numeros ponatur: cui numerus
ex diuisione inuentus (qui Quotiens 6 5 4 2 (virgula concaua
appellat̄) inscribi possit ut 6 5 4 2 Quo 4 6 diuisor
facto videndum est quotiens ultimam diuisionis in numero sibi supra
posito possis reperire: ita tamē q; totiens etiā omnes sequentes in suis
suprapositis possint haberi: & quotientē inuentū & versus dextram
virgulam concauā locatū in omnes figuras diuisionis multiplica. pri
mo s; in ultimā; deinde in sequentes & qd ex hac multiplicatione p̄
ducitur a numero sibi supraposito subtrahatur figuris a quibus fa
cta est subtractio paruis lineis cācellatis; & residuo cuiuslibet figurę
numeri diuidendi super ipsam eandem / cuius residuum est positū

LIBR.III.ARITHMETICE SPECVLATIVE

exemplū
diuisionis.

ut in priori exemplo. Illo facto secundet diuisor per unam figurā. & ite-
rum quotiens quærat: & ad quotientē prius reperitū sub virgula po-
situm & in omnes figuras diuisoris ut prius multiplicet: pductūq;
a superiori subtrahatur: & rursus diuisor per unam figuram secunde-
tur, quod totiens fiat donec prima diuisoris sub primā diuidendi cō-
stiterit. Si autem in operatione media aut in fine quotiēs reperiri nō
possit: pro ponat. 0. ad virgulā concuā figuris diuisoris cancellatis
Diuisor vero rursus per unā figurā secūdet: qd autē in fine diuisionis re-
lictum fuerit de numero diuidendo / in quo diuisor non possit ampli-
us reperiri / erit residuum diuisionis. DIS. Nisi exemplari operatio-
ne dicta explicaueris intelligam minime. MAG. Exemplū positū;
supra accipe. & primum dicas: quotiens reperio. 4. in. 6. ita qd etiam
totiens. 6. in. 5. & videbis qd tantū semel: ob id unitatem in virgulā;
concauam ponas: & eam unitatem in omnes diuisoris multiplicando
dicas: semel. 4. sunt. 4. quæ ab ultima diuidendi subtrahas / dicendo
.4. a. 6. manent duo: quæ supra. 6. ponas: & ipsa. 6. virgula signes.
Dic rursus: semel sex sunt sex. sex a quinque non possum: distātia est. 4.
.4. ad. 5. sunt nouem: quæ ponas supra. 5. quinque prius virgula can-
cellatis: & unitatē quam ex lege subtractionis sequenti dabis figuræ
a sibi supraposita scilicet. 2. subtrahas: dicendo. 1. a. 2. & manet unus;
& signes virgula: &. 1. super ea ponas. Post hoc diuisor per unam fi-
gurā secūdetur. & stabunt figuræ ordine tali

$$\begin{array}{r} 1 \\ 29 \\ 6549 \text{ (1)} \\ 486 \\ 14 \end{array}$$

Illo facto rursus dicas. 4. in. 19. quotiens possum
reperire: ita tamen qd etiam totiens. 6. in. 4. & alijs
ex. 19. cum. 4. subtraxero relictis inueniam 5. & vi-
debis qd quater. Hec igitur. 4. sub virgula concuā
ponas: & ea in omnes diuisoris multiplicando: dicas. quater. 4. sunt
sedecim: quæ a. 19. subtrahere: dicendo. 1. ab. 1. & surgit. 6. a nouē & ma-
nent tria: quæ ponas supra. 9. & 9. cancella. dic rursus: quater sex sunt
.24. quæ subtrahere a. 34. sibi suprapositis: dicendo. 2. a. 3. manet unus;
quæ super. 3. cancellata ponas: & iterum dicas. 4. a. 4. & surgit: ob hoc
.4. cum virgula signes & ei. 0. superponas: iterumq; diuisorē per unā;
figurā secūdes. & figurarum talem dispositionem reperies.

Diuidendus.	$\begin{array}{r} 1 \\ 29 \\ 6549 \text{ (1)} \\ 486 \\ 14 \end{array}$	Quotiens.
-------------	---	-----------

Ita pariformiter in sequentibus faciendum est: quod si bene operatus fueris dispositionem figurarum talem videbis. Et, 17, residua sunt in quibus 46. amplius reperiri non possunt.

$$\begin{array}{r} 128427 \\ 13848487 \\ 14854194 \\ 15860001 \\ 16865808 \\ 17871615 \\ 18877422 \\ 19883229 \\ 20889036 \\ 21894843 \\ 22900650 \\ 23906457 \\ 24912264 \\ 25918071 \\ 26923878 \\ 27929685 \\ 28935492 \\ 29941299 \\ 30947106 \\ 31952913 \\ 32958720 \\ 33964527 \\ 34970334 \\ 35976141 \\ 36981948 \\ 37987755 \\ 38993562 \\ 39999369 \\ 40995176 \\ 41990983 \\ 42996790 \\ 43992597 \\ 44998404 \\ 45994211 \\ 46990018 \\ 47995825 \\ 48991632 \\ 49997439 \\ 50993246 \\ 51999053 \\ 52994860 \\ 53990667 \\ 54996474 \\ 55992281 \\ 56998088 \\ 57993895 \\ 58999702 \\ 59995509 \\ 60991316 \\ 61997123 \\ 62992930 \\ 63998737 \\ 64994544 \\ 65990351 \\ 66996158 \\ 67991965 \\ 68997772 \\ 69993579 \\ 70999386 \\ 71995193 \\ 72990900 \\ 73996707 \\ 74992514 \\ 75998321 \\ 76994128 \\ 77999935 \\ 78995742 \\ 79991549 \\ 80997356 \\ 81993163 \\ 82998970 \\ 83994777 \\ 84990584 \\ 85996391 \\ 86992198 \\ 87998005 \\ 88993812 \\ 89999619 \\ 90995426 \\ 91991233 \\ 92997040 \\ 93992847 \\ 94998654 \\ 95994461 \\ 96990268 \\ 97996075 \\ 98991882 \\ 99997689 \end{array}$$

Dividendus 24506789 (2100150 Quotiens
Divisor 45 Residuum 39.

DIS.

Vid est progressio. MAG. Est plura numerorum secundum equalitatem excessus sumptorum in una summam reductio, ut. 1. 2. 3. 4. faciunt. 10. DIS. Huius formam & modum subiungas. MA. Modus & forma progressionis subiecta prequirunt diuisionem. Progressio quidem est duplex: quaedam Arithmetica: quaedam Geometrica. Arithmetica est in qua numeri sese sequentes equali excedunt excessu. Et haec duplex est. Est enim progressio arithmetica naturalis & continua ubi videlicet post principium nullus numerus obmittitur. ut. 1. 2. 3. 4. 5. 6. vel. 1. 3. 4. 5. 6. Alia arithmetica discontinua siue intercalata: in qua post principium semper aequaliter una/duo/tres/ quatuor aut plures obmittuntur figure. ut. 1. 3. 5. 7. vel. 2. 4. 6. Geometrica est in qua numeri sese sequentes non equaliter excedunt: tamen in equali proportionem ad inuicem entia: aut dupla. ut. 1. 2. 4. 8. aut tripla. ut. 1. 3. 9. 27. aut quadrupla. ut. 12. 8. 32. & sic de alijs. Hac diuisione intellecta/ sit haec de modo progressionis. Prima regula. In omni progressionem arithmetica addat numerus primus ad ultimum: & excreuit numerus aut par aut impar. si par per eius medietatem totus numerus locorum multiplicetur. & numerus summam & totius continuo emergit. Si impar excreuit: ipsum totum medietatem locorum multiplicabis & quersum inuenies. DIS. Da exemplum primi. MAG. Sint numeri in progressionem taliter dispositi. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. quorum omnium summam si scire volueris. 1. ad. 7. adde

LIBRI. III. ARITHMETICE SPECVLATIVE

& quod excreuerit diuide & per eius medietatē quę est .4. multiplica numeros in progressionē positorū loca quę sunt .7. dicendo: quater .7. sunt .28. & hęc sunt totius summa. DIS. Da exemplū secundū.

MAG. 1.2.3.4.5.6.7.8. huius summā si scire volueris. 1. ad .8. addas & per pductū quod est .9. medietatē locorū sc3.4. multiplica & pductū erit totius summa sc3.36. Secūda regula. In pgressiōe geometrica ubi sit excessus in pporione dupla ultimus numerus est duplā dus: & a duplato primus subrahendus: & apparebit numer⁹ quęsit⁹

DIS. Da exemplū. MAG. 1.2.4.8.16. si huius summā totalem habere volueris: ultimū numerū sc3.16. duplabis id est p duo multiplicabis & 32. pueniente quib⁹ si numerū primū huius pgressiōis sc3.1. subtraxeris. 31. manebunt quę tot⁹ summā indicabunt. Si autem geometrica pgressio in tripla fuerit pporione: & tot⁹ summā volueris scire: ultimū tripla & a pducto primū subtrahas & residui medietas ostendet qđ querebas. DIS. da exemplū. MAG. sit exemplū 3.9.27.81. numer⁹ ultimū tripla & .243. pueniet a quibus si primū sc3.3. subtraxeris remanentis medietas summā totius ostendit sc3.120. Si autē pgressio geometrica secundū quadruplā pporiōem cōstituta sit: ultimū quadrupla a pducto primū subtrahet: & remanētis tertiā ptem pro summa tot⁹ retinebis. DIS. da exemplū. MAG. 1.8.32. si ultimū quadruplicaueris. 128. efficies a quibus si primū sc3.1. tollas. 127. manebūt: quorū tertiā ps est. 42. quę summā tot⁹ ostendūt. Et ita cōsimiliter in omnib⁹ alijs pporionibus facias: multiplicādo sc3. semp ultimū numer⁹ p numer⁹ denominatiōis pporionis: & primū a pducto subrahendo: & relictū p numer⁹ unitate minorē numero pporionis diuidēdo, & hui⁹ diuisiōis numer⁹ qurens qđ querebas ostēdit.

De Radicum extractione & primo in quadratis

Capitulum decimū. DISCIPVLVS

Radiciū ex
tractio.

Vid est radiciū extractio ē MAG. Est numeri inuentio: qui cū in se ductus fuerit: totum numerū aut saltem maiore eius partē/quadratā scilicet vel cubicam producit. DIS. Radix igitur numeri est numerus qui in se ductus ipsum totum constituit. MAG. Optime infers. ut radix. 16. est. 4. nam quater quattuor. 16. constituunt. Pro intellectu autē formę & operationis radicū extra- ctionis: necesse est mente tenere ea quę supra diximus de numero so lido & superficiali: solus enim talis & nullus alius inuenitur radicē ha bere. Vnde si numerus semel in se ductus fuerit: superficialē & qua dratū constituit: cuius & radix extat. ut quater quattuor sunt sedecim. Si vero numerus bis in se aut semel in suū quadratū ductus: numerū so lidum siue cubicū generat: & eius q generatus est radix dicit. ut bis. e. bis/sunt.8. His ita p̄cognitis formam extractionis radicū in qua dratis. primū/dehinc in cubicis tradaz. DIS. probe. MAG. Si

DIS. Nec hoc quidem sine exemplo intelligendū existimo. MA. Sic igitur pro clariore intellectu exemplum tale. 1491 cuius si radicē quæris ipsum ut dictum est signabis. deinde sub ultimo puncto sci/ licet. i. quæras digitum scilicet. 3. qui in se ductus / & si non totum dele at supraposuit / tamen viciniore numero omni alio dato. & illū inueni tum sub virgula ponas. ut sic $\overline{1491}$ ipsumq; in se ducas $\overline{1491}$ dicendo: ter tria sunt nouem: & hæc a. 14. subtrahas: & 14913 manebit. 5. quæ. 14. delectis supraponas. ut sic * Deinde priorem inueniatur dupla digitum: dicen do bis tria sunt. 6. & hæc sub proxima versus dex tram figura ponas. ut X Et rursus sub pun / X cto sequenti digitum inuenias: qui in duplarum ductus totum suprapositum respectu duplati: scilicet. 59. (aut quantum vicinius potest) delect. dein de ductus in seipsū respectu totius sibi supraposi / diuide faciet & sunt. 8. q̄ cū ad virgulā in hunc mo dū posueris: ipsa in duplatū scilicet. 6. m̄p̄lica & productum scilicet. 48. a numero duplato supra posito scilicet. 59. subtrahet: & remanent undecim. ut sic φ Deinde hunc digitum scilicet octo φ ī se m̄p̄lica: & p̄ductū scilicet sexagintaquatuor si a sibi supraposito scilicet. 111. subtractum fuerit pro residuo numerus talis sc̄ septuagintaquatuor

$\begin{array}{r} 5 \\ 1491 \end{array} (3)$
 $\begin{array}{r} 5 \\ 1491 \end{array} (3)$
 $\begin{array}{r} 5 \\ 1491 \end{array} (38)$
 $\begin{array}{r} 5 \\ 1491 \end{array} (38)$

LIBRI.III.ARITHMETICE SPECVLATIVE

remanebit. & dispositio figurarū talis restabit
Ex quo manifestū est propositū numerū nō esse
quadratum: sed tamen. 38. radicē esse maximā qua
drati in ipso contenti: scilicet. 1444. Cuius experi
entiā si habere cupias; radicē inuentā in se multipli
ca & residuū si quod fuerit adde: & redibunt figu
ræ numeri propositi, sin autem errorē corripge. Ad
cubicā; radicem ligonem nostrum vertamus.

14
444
1444 (38
964
48

De Radicum extractione in cubicis

Capitulum undecimum. MAG.

radicē ex
tractio in
cubicis

I alicuius numeri tibi ppositi radicē queras cubicā: ipsū in lo
co primo: & deinde in singulis millenariis locis signes puncto
ut. 14. 91. Illo facto/ sub ultimo puncto inueniendus est digitus:
qui in se ipsum ductus cubice/ totū delear suprapositum respectu sui
aut quantū potest vicinius. & illo digito ad virgulā concauā (quē ad
modū in prioribus) posito ipsū tripla: & triplatur ponas sub pxima
versus dexterā; tertia figura. Deinde sub sequenti figura alius queratur
digitus ad priorē sub virgula ponendus; q primo cū digito priorē se
cum sub virgula posito/ ductus in triplatur: deinde solus ductus in p
ductū: delear respectu triplati totū suprapositū. Secundo in se ductus
cubice delear totū suprapositū respectu sui: vel quantū vicinius potest
His ita pactis: triplandū est totū qd ponit sub virgula: & triplatur po
nendū sub sequenti pxima tertia figura. Deinde sub puncto pximo rur
sus: inueniendus est digitus: q cū alijs in virgula secū positus / in tripla
tū ductus/ deinde solus duct⁹ in productū delear totū suprapositum
respectu triplati: & demū in se ductus cubice delear totū suprapositū
respectu sui. & sic operandū est usq; dū ventū sit ad finē. DIS. In
ter omnia pcedētia a te dicta nullū minus illo ponui intelligere: ob hoc
exemplū ponere & id declarare ope pcediū erit. MAG. Exemplum
accipias in numero priorē. sc3. 14. 91. Illo taliter ordinatō: sub ultimo
puncto sc3. 1. in loco millenarij posito/ inueniendus est digitus sc3. 1. q
in se cubice ductus: facit. 1. & delet totū suprapositū respectu sui. illum
digitū iā inuentū pone sub virgulā. ut sic

Deinde ipsū tripla & facit. 3. & illa sub pxima ter
tia ponas figura. sc3. 9. ut sic * Illo facto sub
* 1491 (1
1 3
X 1491 (1)
1 3

proximo puncto sc3. 1. primo loco posito/ alter in
ueniendus est digitus etiā ad virgulā ponendus
ut sic X qui primū cū digito secū posito duct⁹
in triplatur sc3. 3. facit. 33. deinde solus ductus in pro
ductū sc3. 33. facit. 33. delear totū suprapositum aut
quantū vicinius potest respectu triplati: nā si. 33. a
149. subtrahas. 16. relinques. Deinde ille digitus

TRAC.III. DE MINVTIIS VVLGARIBVS

in se cubice ductus delect totum vel quātum viciniū potest respectu
sui suprapositum scilicet. 161. ducigitur ipsum in se cubice dicendo se/
mel. i. est. 1. & illud a. 161. subtrahatur & manet. 160. pro residuo. ex
quo claret numerum propositū non fuisse cubicum sed. 11. radicem
esse maioris numeri cubici in p̄dicto numero p̄posito cōtēni scz. 1331.
Quod si probare volueris / radicē in se cubice multiplicat & p̄ducto m̄p̄lica
si quid fuerit residuum adde: & numerū propositū inuenies. DIS no cubica
Quid est numerū in se cubice multiplicare? MAG. Est ipsum bis
in se aut semel in suū q̄dratū ducere. ut bis duo bis / aut bis. 4. sunt. 8.
Et ut habeas in summa quantū quisq; digitus in se cubice multiplicat
p̄ducatur tabulā illius satis breuē hic positā inspicias. Tabula

1 unum semel	1	6 sex sexies	216
2 duo bis	8	7 septē septies	343
3 tria ter	27	8 octo octies	512
4 quattuor q̄ter	64	9 nouē nonies	729
5 quinq; quinq;ies	125		

Hæc sunt fili dilectissime quæ tibi in primis de passionibus numerū in
tegrī tradere volui: nunc vero ne huius artis (quā calculariā dicunt)
principia necessaria contractius tradam: pauca & quidē necessaria de
minutis subiungenda sunt.

Libri Quarti Algorithmus de minutis vul garibus Tractatus tertius. Quid sit minutia & quod triplex. Capitulum primum. DIS.

Vid est minutia? MAG. est integri pars aliquota. ut minu / Minutia
tum est sexagesima pars horę aut gradus. DIS. Sūt ne mi
nutiæ om̄es eēdē aut naturā diuersæ? MAG. sunt. nā quæ
dam sunt minutie vulgares: quibus scz vulgus frequenter utit. ut una
tertia: una quarta: due quintę &c. & sunt minutie philicę quib⁹ scz na
turales & philici utunt sepius. ut minutū tertiu quartū &c. usq; in infi
nitū p̄cedēdo. & de his q̄dē posterius: de alijs q̄d prius differendū est

De numeratione siue representatione minu tiarum vulgarium. Capitulum secundū. DIS

Odū igit numerationis aut representatiōis minutiarū vulgarium
m pande. MAG. Minutie vulgares eēdē quibus & integri nu
meri figuris scribendę sunt: sed aliter & aliter locandis atq; no
minandis. Nā in numeratiōe earundē duo requirunt numerū: nume
rator scz & denominator ponendi subalterpe virgula interiecta. ut sic
4 DIS. Numerator quis est? MAG. est numerus in quo totū
ens unitas est quorū integri ptes volumus representare: & hunc
semper solemus super ius scribere. DIS. Denominator
quis est? MAG. est numerus in quo totū ens unitas reperitur quorū
n

LIBRI.III.ARITHMETICE PRACTICAE

des ps denominata in suo toto inuenit. & is semper inferius scribit. ut

4 numerator. Intellectus vero representationis minutarum vulgariu facile in sequentibus regulis comprehendit

9 denoiator Prima regula. Quoniam cunq numerator equa lis est denoiatori/minutiae p se integrum valebit: ut hic $\frac{3}{4} / \frac{5}{6}$

Secunda regula. Si numerator maior fuerit denomi natore minutiae plusq integrum constituunt. ut sic $\frac{4}{8} / \frac{5}{12}$

Tercia regula. si numerator minor fuerit denoi tore minutiae non totum integrum pficiunt. ut hic $\frac{1}{2} / \frac{5}{6}$

$\frac{3}{7} / \frac{6}{8}$

$\frac{2}{3} / \frac{4}{6}$

De reductione minutarum diuersarum denomi nationum ad eandem: & additione earundem. insuper de reductione minutarum ad integra & integrorum ad minutas. Capitulum. iij. MAG.

Via vero minutiae vulgares alijs diuersarum denoiationum addi non possunt: nisi ad eandem denoiationem reductae fuerint: ob id q pacto hoc fiat primo pandam. DIS. Sane quidem facis: &

multo sanius si id exemplis manifestaueris. MAG. Faciam ut per tis. Si igitur minutas diuersarum denominationum: ut puta $\frac{2}{3}$

ad eandem denominationem reducere uolueris / denoiatorem unius p denoiatorem alterius multiplica & qd ex hac multi plicatione pcreatum fuerit erit denoiator communis. ut ter quater sunt:

12. denoiator communis. Hoc facto numeratores querendi sunt. multi plica igitur numeratorem primae p denoiatorem secundae. ut bis 4. sunt 8. &

rursus numeratorem secundae p denoiatorem primae. ut ter tria sunt 9. eruntq 8. & 9. numeratores communes ad. 12. denominatorem communem. Ex hoc enim patet in $\frac{2}{3}$ 2 8 3 9

Et facta operatione stabunt figure esse & in esse

* 8 2 taliter ordiat * Ipsis 3 12 4 12

numera tores ones

itaq ad eandem denoiationem reductis numeratores earum ut in integris addas: scq. 8. ad. 9. & 7 reperies. Si vero

denoiator comunis

minutiae plures fuerint: primu de duabo primis te absoluas: dehinc cu pducto & ter 12 tia ide ut dictum

est attentabis. hinc cum pducto ex omnibus pcedentibus & quarta ide donec ad finem pueni ut actitandi est. ut si sint $\frac{2}{3} / \frac{4}{6}$

primis duabus ut pmissum est adinuicem reductis & * pro pducto inuentis hec ad eandem denominationem reduces $\frac{3}{4} / \frac{5}{12}$

& 17 4 addas: & facta operatione ex omnibus inuenies 133 qd si scire uolueris quot sexagesime aliae minutiae in alijsq minurjs sint. 60 aut alias preposu 60

2 aut 4

* 171 121

TRAC.III. DE MINVTIIS VVLGARIBVS

tas partes per nominatore minutie in qua queris multiplica: & pro/
ductum per denominatore eiusdem diuide & patebit in quotiente
quod querebatur ut in * Minutis * 2 40 3 45
autē minutiarum diuersarum denomina — sūt — in — sūt.
tionum prepositis: duc denominatore. 3 60 4 60
primē in denominatore secundā: & in productum denominatore
tertiē. & sic de alijs: & illud quod ultimo prouenit denominatore
communem indicabit. ut si tres quartas duarum tertiarum unius me/
diētatis ad minutiam simplicem reducere placuerit: ipsis hoc ordine
positis * 4. in 3. multiplica & in productum scilicet. 12. duo multi/
plica: & 24. pro denominatore comuni habebis. & si numeratorem
cōmunem habere volueris / numeratorem primē in numeratore secun/
dē ducas & rursus numeratorem tertie per productum multiplica &
patebit quęsitum. ut ter. 2. sunt. 6. & semel. 6. manent sex & inueni/
es in tribus quartis duarum tertiarum unius medietatis 6

DIS. Apertissime qđ querebā demonstrasti: restat autē
ut minutias ad itēgra reducere edoceas. MA. Si minu 24
tias ad itēgra reducere placuerit: multiplica numeratorem per deno/
minatore: & numerus quondēs quęsitū dabit: & si quid residuū fuerit
partes itēgrū nō facientes indicabit ut si φ ad itēgra reducas. 8. itēgra &
2 pro residuo habebis. at si e conuerso itēgra ad minutias reduce
re volueris: numerum itēgrorum per denominatore minutie
7 fiendē multiplica: & in producto quęsitum inuenies. ut si 4. in/
itēgra ad quintas taliter reduxeris * procreabis.

De Subtractione minutiarum. Ca. iij. DIS.

Vbtractionem minutiarū subiungas. MAG. Minutias si q̄s
a minutis subtrahere placuerit: ipsis (si nō fuerint) ad eandem
denominationē reductis / numeratōrē unius a numeratore al/
terius subtrahas. ut * 8 2 1

Si vero plures minu / * — si a — subtraxeris manet —

tias a pluribus subtra 12 12 12
hendā sint: omnes subtrahendas scđm dicta in. c. pcedenti simul ad/
das: similiter & eas a quibus debet fieri subtractio. Dehinc utriam di/
ctum est numeratorem unius a numeratore alterius demas: ut X

X 2 1 1 6 quarum si duæ tertiæ & una quarta adiun/
— & — a — & — etę fuerint 11 Si autem unā secundā
3 4 2 8 & sex octa — uas coniunxeris 20
emēdies quæ rursus ad communē d / 12 nominationē —
reductę & additę pro *

* 11 176 20 240
— — — — —
12 192 16 192

q̄ ij

LIBRI.III.ARITHMETICE PRACTICAE

a quibus si primas subtraxeris videlicet 176 remanebunt 74
 quas inquirebamus.

De Multiplicatione minutiarum. Capi.v. MAG.

It facile ex his quæ de integris dicta sunt minutiarum multipli-
 catione habebis. Nā si minutas p minutas multiplicare volue-
 ris numeratorem unius p numeratorem alterius multiplica: & productum
 p numeratorem inuenito referua. Sic denominatorem unius p denomi-
 natorum alterius multiplicabis: & in producto denominatorem quæsitum inuenies
 ut cum multiplicabis.

$$\frac{2}{3} \text{ per } \frac{3}{4} \text{ præabis } \frac{6}{12}$$

De Minutiarum diuisione Ca.vi. MAG

Similiter minutiarum diuisione facile deprehendes si diuisorem a
 dextris posueris: tunc enim nominatorem diuidendi p denomi-
 natorum diuisoris multiplicabis & numeratorem quæsitum inuenies: sic enim si denomi-
 nator diuidendi p numeratorem diuisoris multiplicatus fuerit denominatorem quæsitum
 indicabit ut si diuideris

$$\frac{2}{3} \text{ per } \frac{3}{4} \text{ reperies } \frac{8}{12}$$

De Extractione radice quadratæ in minutis. Capitulum septimum. MAG.

Inuariæ autē ppositarum si radicem quadratam extrahere volueris:
 eas (si eiusdem non fuerint) ad eandem denominatorem reducas: &
 addas: & eius quod puenit tam numeratoris q̄ denominatoris
 ut in integris radicem quæras quadratam: ita ut radix numeratoris in-
 uenta sit numerans: & radix denominatoris sit denominans. ut si

$\frac{1}{2} / \frac{3}{4} / \frac{1}{2} / \frac{6}{8}$ radicem quadratam quæras oīa ad eandem deno-
 minationem & summā (ut dictum est) addas: & in-
 uenies * & p radice numeratoris * 340 numerator
 18. & residuo 16. p radice autē denominatoris. 12. & pro
 residuo 23. reperies. sic & in alijs similiter faciendum est. 192 denominator

De Extractione radice cubicæ in minutis Capitulum octauum. MAG.

I vero radicem cubicam minutiarum querere libet ipsas (si
 eiusdem non fuerint) ad eandem denominationem reducas
 Illo facto denominatorem communem quadratæ in se ipsum
 ducas: & productum rursus per numeratorem multiplica & produ-
 cti radicem cubicam in integris quæras. nam radix inuenta erit ra-
 dix cubica numeratoris / denominatione priore non variata. ut si

TRAC.III. DE MINVTIIS PHISICALIBVS

2/ 3/ 1/ 6/

& radicem cubicam queras/eas secundū dicta in unā
3/ 4/ 2/ 8/ summā reduces & prouenit 2 4 0 Deinde
192. denominatores in se quadrate multiplica: &
3 6 8 6 4. pueniet: que rursus p numeratores 3 1 9 2
340. multiplicata efficiūt. 12 5 13 7 60. hui⁹ radicē
cubicā/ ut in integris dictū est / si quāsiueris. 232. pro radice cubica:
& 2 6 5 92. pro reliquo inuenies. DIS. Hactenus singulas nu/
meri passioes / quēadmodū in integris ita & in minutis vulgaribus
satis lucide explanasti: nūc demū quēlo pauca de his in minutis quas
superius phisicas appellasti in mediū feras. MAG. Quis tuis nō fa
cile nō acquiesceret petitionibus: q te (ut ego) feruentissimo vigiliā
tūq; animo cuncta accipientem videret? Ad minutias igitur phisicas
aures arrige. DIS. Faciam & diligētissime.

Libri quarti Algorithmus de minutis phisicali/ bus Tractatus quartus. De numeratiōe mi/ nutiarū phisicalium. Capi. primū. MAG.

Inuicia phisicę ut in supiorib⁹ dixim⁹; sunt qh⁹ phisici & na
turales sepius utunt: & p̄cipue astronomi cursus syderum &
corporū superiorū inuestigantes. Ad huiusmodi em̄ certitu/
dinē necessariū fuerat integra sc̄ signa & gradus zodiaci/ annū/ mēses
dies & horas in partes secare. Nā signū in gradus .30. & grad⁹ in mi/
nuta .60. minutū in secunda sexaginta. secundū in tertia .60. tertium
in quarta .60. diuiditur. & sic in infinitū p sexagenariā procedendo di
uisionē calculationi tali valde cōmoda3. locorū 7o distinctio earun/
dem p̄tū dabit discretionē. nā locus primus est signorū; secundus gra/
duū; tertius minorū. quartus secundarū; quintus terdarum &c. ut
sig. gra. m. 2a. 3a. 4ta. 5ta. Sic annus in mēses. 12. mensis in dies. 30.
1 2 3 4 5 6 7 vel. 31. dies in. 24. horas partit: & rursus
hora per sexagenariā p̄tione in p̄es suas: & rursus illę in alias p̄gre/
diūtur. ut hora in. 60. m. minutū in. 60. 2a. secundū in. 60. tertia ut sup̄
dictū est diuidit: & in his quoq; locorū distinctio p̄tū dabit denōinati
onē. Est em̄ locus primus horarū; secundus minorū; tertius secun
darum. & cetera. ut hic hō. m. 2a. 3a. 4ta. 5ta. 6ta.

1 2 3 4 5 6 7

De Additione minutiarum phisicalium.

Capitulum secundum. DIS.

Acile quidē hec intelligo: sed de Additione earundē quid spe/
cialē habes? MAG. Nihil: nā in ipsis additio fit ut in integris
illo t̄m seruato: ut minutū eiusdē denominatiōis addantur. ut
minuta min⁹; secūda secundis / & non secunda minutis. Incipien/
n iij.

LIBRI.III. ARITHMETICE PRACTICAE

dumque est a subtilioribus: ut puta a quartis procedendo ad tertias. de post ad secundas &c. & quotiens ex huiusmodi additioe .60. excreuerint/ pro his unū minutie p̄xime grossiori addas. ut si .60. excreuerint tertiarū: pro ipsis ponas secundum. ut m. scda. tertia 4ta. sta. Si enim in dato exēplo quītas addideris:

1	6	8	9	30
			q̄ta	11 10
			20	40 20.

 .60. excreuerint: pro quibus quartis unū addas: quas si addideris .61. inuenies. p̄ .60. igit quartis tertijs unū adde: & alia unitate in loco quartarū retine. Sic similiter ternas si addideris. 69. reperies pro tertijs. 69. igitur secundis. 1. adde: & .9. in loco tertiarū relinquant. & si bene operatus fueris/ figurarū hoc ordine stabunt

m.	scda.	tertia.	4ta.	sta.
1	7	9	1	0.

De Subtractione minutiarum physicaliū.

Capitulum tertium. MAG.

Subtractio in minutis physicis ad instar subtractionis in integris procedit: si hoc unū animaduertas: ut scq̄ a subtilioribus inopias & minuta a minutis/ secunda a secundis/ tertia a tertijs/ &c. de alijs demas. Q. si numerus a quo debet fieri subtractio/ subtrahendo minor fuerit: fractione immediate grossiori unū mutuo accipias: & id in .60. p̄tes fractionis minoris/ a qua scq̄ debet fieri subtractio diuidas. Nec hoc te fallat: cū in p̄ceptis astronomicis signa aut gradus &c. subtrahere ab aliquo numero minori monitis fueris. siq̄dem si in signis operaris/ una tota reuolutio (scq̄. 12. signa) mutuanda est. Si uero in gradibus/ signū unū in triginta gradus resoluendū est. hoc ideo te facere necesse est si quod simile in fractionibus temporū scilicet annorū/ mensiū/ dierū/ minutarū contingat. Sed de his plura uerba fūdere superuacuum uidet: cū & canones tabularū astronomicarū hoc ideo & clarius quadoq̄ admoneant. ad multiplicationē p̄peremus.

De multiplicatione minutiarum physicalium. Capitulum quartum. DIS.

Valiter minutie physice sunt multiplicandae: MAG. numeratore in numeratore ducas. & quod prouenit sunt minutia a numero: quē denominatores simul iuncti faciūt denomināde. ut si multiplicaueris minuta p̄ minuta. pueniūt duo: q̄niā numeratores scq̄ minutū & minutū quasi duę unitates simul coniungit: duo faciūt a q̄ minutie secunda denominant. Sic si minuta p̄ secunda multiplicaueris: pueniūt. 2. & si secunda p̄ tertia multiplicaueris: pducunt quinta & sic de alijs. Si uero fractiones physicas per eorū integra multiplicaueris/ nō integra sed minutias procreabis. ut si minuta p̄ gradus multiplicabis: non gradus/ sed minuta procreabis.

De Diuisione minutiarū physicaliū. Ca. v. DIS

TRAC.III. DE MINVTIIS PHISICALIBVS.

diuisionis minutiarū phisicalium si quid speciale fuerit/silentiō
d nō pretereas. **MAG.** In diuisione ista hoc tantū speciale inue
 nio qđ scđ numerus quotiens/minutię nomināndus est a nume
 ro qui puenit post subtractiōem denominatiōis diuidēdis a denomi
 natione diuidēdi: ut si. 40. quartas p. 10. secūdas diuiseris in quotiēte. 4
 secūdas habebis. nam si numex denominatiōis diuidēdis scđ. 10. quę
 nominant secūde a. 2. a numero denominatiōis diuidēdi scđ. 40. quę
 nominant quartę a. 4. subtraxeris. 2. reperies: a quibus minutię in
 quotiēte scđ. 4. secūde sunt nominatę. Si vō equalia in denominatiōe
 per equalia diuiseris in quotiente nō minutię sed integra ut puta horę
 vel gradus pueniunt. ut cū minuta p minuta/ aut secūda p secūda diui
 seris: horę (si horarę fuerint) aut gradus (si gradū fuerint) in quēte
 puenient. Hoc tamē ne negligas: sed minutas tā subtrahēdi & aus a
 quo debet fieri subtractiō: qđ multiplicādi & mltiplicantis: qđ etiā di
 uidendi qđ diuisorę (si diuersarū fuerint) ad eandem denominatiōem
 ante operationē reducās: nam sic facilius id quod queris inuenies.

De Extractione radice quadratę in minutjs phisi cis. Capitulum sextum. **MAGISTER**

Ec radicum extractio in talibus minutjs ab ea quę dicta est de
 nō integris multum differre dinoscitur: nam si radicem de his mi
 nutjs extrahere volueris: eas ad eandē denominationē/ aut si
 eiusdē fuerint/ sed ab impari denominatę numero/ ad eandē denomi
 nationē a numero pari denominatas reducās. At illo facto quędamo
 dum in integris procedas. Ec radix inuenta sunt minutię a minutia me
 dia versus integra denominandę: a minutia a qua radix extracta est
 supputatione facta. ut si a. 2. 6. 3. quartis radicē extraxeris. 19. pro radi
 ce & 7. pro residuo inuenies ista autem. 16. a minutia media versus in
 tegra sunt denominande scilicet a secunda secunde. ut. gra. m. 2a. 3a.
 4a. Sic pariformiter si a sextis radicem extrahas: eam a tribus vel ter
 tijs denominabis: nam hę a sextis usq; ad integra repertiuntur medię.

De Extractione radice cubice in minutjs phisica libus. Capitulum septimum. **MAG.**

Ec aliter radix cubica in minutjs phisicalibus quā in integris
 nō extrahenda est. sed inuentam a tertia parte minutię propolite
 denominabis: quod ut præcisius fiat minutas quarum radi
 cem cubicam queris/ ad eandem denominationem quę in tres pos
 sitę quales partes diuidi reducās. ut radix. 27. minorum est. 3. no
 norum: nam nouem de. 27. tertia pars est. pari modo in cæteris fa
 ciendum. Hęc sunt quę de numero in praxi reducto & eius palli
 onibus (non ut cōplementum rotus habeas: sed ne pñcipia magis

Cōclusio

n iij

LIBRI III. ARITHMETICE PRACTICAE

communia ignores) tibi fili in medium statuerā ferre: quatenus his contentus ad altiores secretissimasq; nūmerorū posthac speculationes trāscēdas. DIS. Fideliter fecisti p̄ceptor colendissime: sed tamē adhuc unum ex promissis restat declarandū: quod forsitan tibi abduxit obliuio. MAG. Q uod est tale? DIS. In. c. secūdo rhetoricę spopōderas p̄ter hęc quę dicta sunt quędam alia: & perpulchras artis calculatorię tradere regulas: quod (nisi tibi molestū foret) te opere adimplere: & his finem arithmetice tuę imponere velim. MAG. Faciam ut petis. scio equidem q̄ nihil ex pollicitis obliuioe aut negligētia transis. Primo autē Algorithmū vulgi p̄ lineas: & denarios proiectiles pandam: ut nō modo per figuras numerorū (quas cifras vocant) veniētiā per denarios proiectiles quęcūq; numerū representare: addere: subtrahere multiplicare aut diuidere insuper & numerū ali quē ignotū p̄ notos reperire possis. Q uod quantū & utilitatis & cōmunitatis tibi allaturum sit in sequentibus patebit. DIS. Eya ergo sermonem ad hęc quantocius vertas.

Libri quarti Algorithmus cum denarijs projectilibus: seu calcularis Tractatus quintus. Capitulum primū. MAG. De Numeratione

De representationē numeri cū denarijs projectilibus (quibus p̄cisis utimur) necessarię sunt lineę cīfrarū representātes loca eandemq; cum ipsis significationē habentia ut infra.


1000000			
100000			
10000			
1000			
100			
10			

Spacia vero sub lineis contenta respectu lineę p̄ximę suprapositę meritarē representāt ut Ψ In linea ista denarius positus/ decē significat: sed is qui in spacio cōsistit/ tm̄ quinq; representat. Si igitur numerum aliquē p̄ denarios proiectiles representare volueris: tot denarios scđm linearū & spaciōrū exigentiā ad numerum p̄positum representandum ponas: & cum quinq; denarios in linea aliqua habueris: pro ipsis/ leuatis si placerit in spacio proximę superiori unū ponas. Si vero in spacio aliquo duos denarios reperies/ ipsis leuatis/ unū ad lineā immediate superiorē ponas. ut hic \S . Nec te fugiat p̄ digiti applicationem linearū significationē & augeri & minui posse. Ad quācūq;

Ψ
—
0
—
0
—


5
—
0
—
0
—


TRAC.V.ALGORITHMI CALCVLARIS

enim lineam digitus applicatur: eadem unū tantam significabit: nec tunc aliq̄ inferior: donec digitū deposueris aliqd̄ representat, ut
 3. representant q̄ deposito digito triginta important. Quod ut singula facilius ac modo breuiori fiant in multiplicatione & diuisione huiusmodi digiti applicatione p̄sepe utendū est.



De Additione Capitulum secundum. DIS.


Ad additionem (ni fallax dictis) eo modo fieri arbitror: ut scilicet numerus cui debet fieri additio per denarios ad lineas competentes ponatur: & simili modo numerus addendus et applicetur. MAG. Optime sentis si iidem exemplo probare potueris.

DIS. Sit causa exempli numerus cui debet fieri additio .259. ita locatus  & numerus addendus .126. in hunc modum additus.








De Subtractione. Capitulum. iij. MAG.

Et aliter subtractionē facies q̄ ut eum a quo debet fieri subtractio p̄ lineas competentes ponas: & ab eodē numerū subtrahendum subleuando tollas in inferiori inchoādo. Si vero numerū aliquem a superiori proximo subleuare nō possis: a linea proxime sibi supraposita unū auferas: & illud in linea in qua subtractionē perficere non potuisti in decem resoluens subtractionem ppositā perficies. Exemplū si a  .41. auferre voluero: unum quidē a linea inferiori accipio & quatuor in linea secūda quero nec inuenio. ob hoc unū de linea tertia accipiens ipsū in linea inferiore in decem resoluo q̄q̄ scilicet ponendo ad eandem lineam: unum vero ad spaciū sursum ut sic . Illo facto de linea secūda tollantur. similiter in similibus faciendum est.



De Multiplicatione Capitulum. iij. MAG.

I vero aliquem numerū multiplicare placuerit: ipsum ad lineas competentes ponas: numerum autē multiplicatē merite retineas: & p̄ quolibet de nūero multiplicādo sublato/multiplicatē integrum respectu lineę in qua operaris in loco dextro aut sinistro deponas: & id ipsum usq̄ oēs multiplicādi multiplicati fuerint iterandū est in superiore initū sumēdo, ut si causa exēpli  .26. per .4. multiplicare volueris. 26. ut p̄missum est ad lineas ponant: atq̄ in linea secūda inchoantes: unū demat: & p̄ eodē in partē dextrā ad lineā eandē .4. apponant. ut sic  & simili modo de secundo faciendū est. ut hic . Et in eadē linea digito retento/eū qui in spaciō inferiori proximo reperit accipietes: ac p̄ eodē (quia nō integer sed dimidiū est) nū integer .4. sed medietatē eius sc̄ .2. in lineā eandē ponant, ut .



TRAC.V.ALGORITHMI CALCVLARIS

Deinde digitū deponamus & denariū in linea infima positum acci-
pientes pro eo ad lineam eandem. 4. addamus: ut hic *

De Diuisione. Capitulum quintum. MAG.

uidere autem numerū si volueris: ipsum ad lineas cōpetentes
locabis: numerū diuidentē mente retinendo. Quo facto i su-
periore incipito quoad possis diuisorē subleuare: quotiens au-
tem leuatus fuerit totiens unū versus dextrā aut sinistrā ad eandem
lineam deponendū est: & id ipsum semp descendendo reperendo do-
neo diuidentē amplius in diuidēdo reperire nō valebis. ut si 868.
posito diuidere placuerit: digitū ad lineā superiōrē ponam⁹: & respectu
digitū octo semel leuem⁹: ob id unū (ipsis sublatīs) versus dextrā in eā
de lineā ponamus in hūc modū π. Dehinc digitū lineę secūde appli-
cantes: & 8. respectu digitū nō inueniētes / eorū dē medietatē scq. 4. sub-
leuemus & unū ponamus in spaciū proximū infra digitum. ut sic 12
His ita factis / digitus lineę inferiori applicet. & quotiens. 8. reperiri
possint inquiratur: eadē ter & earundē medietatē reperietes / ipsis sub-
latis in lineā eandē tres denarios & unū inferius in spacio ponamus.
ut sic 0. Concludit si octo diuideret. 868, quilibet. 108. & medietatē
acciperet qd facile phare est si partē unius p. 8. multiplicauerimus.
De Progressione autē (quia in pportione quadā consistit) in minurijs
aut lineis facile vidē nō est. cuius & illa practican possit ab exercitijs
eam tñ silentio transeuntes ad regulas pperemus artis calculatorię.

De Regula artis calculatorię generalissima.

Capitulum sextum.

MAG.

Rithmetici regulam quandā inuenere generalissimā ad quē-
cunq; ignotā per aliquos notos inueniendum numerū. quam
nonnulli ob id regulam aureā dixerunt: alij vero (ut Itali) eā de-
tri per apocopam nominare solent. de tri quasi de tribus numeris in
ea necessarijs: ut est numerus emptionis aut rei alterius. & numerus
precij aut quantitatis discrete. & tertius numerus per quem proponi-
tur quęstio. ut. 5. oua emi. 3. denarijs: quanti emi. 206. oua? DIS.
Potest ne id quod iam quęris per hanc a te tradendam regulam inue-
niri? MAG. Potest utiq; . Sed ut eam perfectius intelligere valeas
& quę dicenda sunt. conditiones nōnullas memorię reponas. Qua-
rum prima. Quęstio semper debet poni versus dextrā. Secunda. Nu-
merus primus & secundus debent correspondere re & nomine. Ter-
tia Numerus quartus p regulam inuentus debet correspondere secū-
do nomine & re. Isti autē quattuor numeri ultra hec sibi mutua cor-
respondent pportione. ut qualis est pportio primi ad secundum
talis est & tertij ad quartū: & sic insuper qualis est pportio primi ad
tertium / talis est secūdi ad quartū. Quod facile ex his numeris est vi-
dere. 26. 12. 36. ob id & hęc regula a philosophis pportionū est voc.

LIBRI.III. ARITHMETICE PRACTICAE

cata. **Q**uarta Cū numerus diuidēs maior fuerit diuidēdo/ frangatur diuidendus in partes minores. ut si diuidendus fuerit florenz frangatur in denarios. **Q**uinta. Si secūdo numero addantur minutie: frangatur integra eius in minutas eiusdem denominationis. Si vero primo aut tertio minutie adiunctae fuerint: cuiuslibet integra in minutas secum positas frangatur. & hoc facto si minutie primae & tertiae diuersarum denominationum fuerint/ ad eandem reducantur. His conditionibus intellectis & obseruatis varias ac infinitas soluere potes per regulam sequentem quaestiones.

Regula de tri cum varijs exemplis.

Veneris ut dictum est dispositis: multiplicetur secundus per tertium & productus diuidatur per primum & proveniet in quo n^o tiente quartus questus. Exemplum. Si questum sit. **Q**uāti duo decim ova si duo pro sex denarijs venduntur. Iuxta conditionē primā numerus questionis de loco primo ad tertium vsus dextrā ponas. ut. 2. 6. 12. & tunc scdm regulā operari incipias. dicendo. 6. in 12. & puenient. 72. quē si p duo diuideris. 38. numerus quantū & questum procreabis: qui secundo sc3. 6. den. re & nomine correspondet.

Exemplum secundum. Si queratur. septem poma emi tribus denarijs quanti emo. 32. pira? per regulam istam operari non valebis ob defectum secundae conditionis. nam primus & tertius nec nomine nec re conueniunt. poma enim non sunt pira.

Exemplum tertium. Si questum fuerit Duo lotones croci emuntur nouē denarijs: quāti duē libras croci venderentur? **Q**uia primus & si re (quia ubiqz crocus) nō tñ correspondet nomine secundo: quia in primo lotones: in secundo libras: ideo scdm regulam non poteris operari nisi & libras duas in lotones scilicet. 64. resoluas. ut. 2. lot. 2. den. 64. lot. multiplica nouem per. 64. & 576. producantur: quā si p duo diuideris. 288. numerum questum procreabis.

Exemplum quartum. Triginta duē uncie croci tribus floren. emuntur: quanti una unica emitur? Multiplico tria per unum & sunt tria quia unum nec multiplicat nec diuidit. & productum scilicet tria per 32. diuidere nō valeo: cū diuisor diuidendo maior sit: ideo iuxta quarā cōditionē diuidendus scilicet tres floren. in. 540. den. resoluo: & istos p diuisorē sc3. 32. diuido. & si bene operatū fuerit in quātiē. 16. den. & 78 minus den. pro numero questu sunt.

Exemplū quintum. Emi tria ova. 1. den. ² quāti emuntur sex ova? quia iam numero secundo scilicet. 1. den. addunt minutie scilicet ² — unius den. ideo integrum sc3. 1. denariū in similes minutas ³

LIBRI.III.ARITHMETICE PRACTICAE

resoluo: ipsum scilicet per denominatorem minutiarum scilicet tria multiplico: & minutas productas scilicet tria alijs duobus addo: & p

ueniunt pro numero secundo $\frac{5}{10}$ den. Illo facto/ secundum re

gulam quinq; per sex multiplico: & proueniunt triginta: hac per tria

diuido: & sic in quotiente $\frac{10}{3}$ inuenio numerum quæsitum: præciū scilicet

sex ouorū. Exemplū sextū. Emi tres ulnas panni pro .4. florē. qñti

emo sex ulnas & $\frac{3}{4}$ unius ulnæ? Quia iā tertio numero minutia ad

ditur: ob id tam primū q̄ tertiu in minutas ad eandē dē nominatiōis

reduco: sic tres ulnas in $\frac{12}{4}$ similiter .6. ulnas tertij numeri in $\frac{24}{4}$ frā

go: quibus addo & tria fiertel in eodem tertio numero posita: & erūt

2. Illis itaq; ad regulā ordinatis/ secundū scilicet quattuor per ter/

tiū: scilicet vigintiseptē multiplico: & erunt. 108. quæ si p primū

4. scilicet. 12. diuisero/ in quotiente nouē flor. præciū scilicet sex ulnarū

& .3. fiertel inuenio. Et ita similiter faciendū est si primo additæ fuerint

minutæ.

Exemplum septimū. Si quærat. hodie ad cenā cibādi sunt. 730.

equi & .16. equis modius unus dabitur: quot modij requiruntur? Ad

regulā taliter ponas. Sedecim equi. 1. modium quot modios. 730.

equi? Si iuxta regulā opatus fueris/ in quotiēte .45. modios & 10

unus modij reperies.

Exemplū octauū. Si quæsitum sit: cibādi sunt. 807. homines & 16

pro .4. hominibus. 5. mensuræ dabuntur: quot in toto mensuræ requirū

tur? ponas ad regulā taliter. 4. hominibus necessariæ sunt. 5. mensu

ræ: quot mēsuræ necessariæ erunt. 807? & puenient in quotiēte .1008.

mensuræ & .3. fiertel unius mēsuræ. Ita similiter si quærat: cibādi sunt

.677. homines: & cuilibet dabitur panis unus: quot? 24. ex uno mo

dio fiunt: quot requiruntur modij? pone ad regulā sic .24. homines

habuerunt. 1. modium: quot modios. 677. homines? & reperies in q̄

tiēte. 28. modios & $\frac{5}{24}$ unius modij. DIS. Per varia exempla regu

læ practicā accepisse mihi ipsi videre videor: sed quando bene opatus

sim nec ne nondū intelligo. MAG. Probatio operatiōis regulæ fa

cile per spiciat: si numerū tertiu in locū primi: & rursus primū in locum

tertij: & quantum inuentum in loco secundi ponēs/ rursus p regulā

TRACTATVS VLTIMVS

operatus fueris. Nam si primo bene fecisti: iam ultimo in Quotiente inuenies secundum prius in regula positum. Exem. 2. oua. 3. emun-
tur denarijs quor denarijs. 12. comparatur si ut dictu est in exemplo
primo secundum regulam pcesseris: in quotiente. 36. reperies. Cuius
si probam habere cupis / numeros istos taliter ordinabis. 12. 36. 2. &
cum rursus scdm regulam operatu fueris: in quotiente. 6. reperun-
tur. DIS. Sunt ne alię ad huiuscemodii inuestiganda regulę necessa-
rię. MAG. Sunt: & quidē q̄ plures: sed si scdm cōditiones prius di-
ctas quęstiones ppositas ad regulā locare sciueris paucorū solutionē
silento pteribis. Ne tñ hisce verbis te submoueā / duas alias subiiciā.

Prima regula. Si fuerint tres mercatores quorū primus ad summā
capitalem. 36. floren. secundus. 48. floren. tertius vero. 72. flo. posuerit
& sup totū capitale lucrū. 100. floren. excreuerit: scireq; volueris quā
rum unicuiq; scdm capitalis sui portionē cōtingat: totū capitale in su-
mam unā redigas: & erūt. 152. quē numerū p diuisore cōmuni refer-
ues. Dehinc pecuniā primi p lucrum multiplicabis: & pductū p di-
uisorē cōmunem diuidens in quotiente partem quę primum contin-
git conspicias: sic similiter de pecuniā secundi & tertij faciendum est.

Secunda regula. Si tres fuerint mercatores quorū primus. 18. flore.
5. mensibus: secundus. 30. floren. tribus mensibus: tertius. 40. flore.
2. mensibus posuerit: & lucrum sit. 76. floren. Si scire placuerit quan-
rum unicuiq; contingat de lucro scdm pecunię suę & tēporis quantita-
tem cuiuslibet pecuniā p menses multiplica: & summā totalem ex tri-
bus collectā p diuisore serua. Dehinc summā pecuntę primi p men-
ses suos multiplicatā: p lucrum multiplica: & pductum p diuisorem
seruatum diuide: & in quotiente quęsitum cōtinuo emerget. Sic consi-
militer de secundo & tertio aut quarto vel quinto si tot fuerint opera-
re. Vale. DIS. Et tu pceptor mi in suum bene valeas.

Finis Arithmetice.



MUSICAE SPECVLATIVAE

Liber Quintus. De principijs musicę. Tractatus primus. De musicę laudibus & utilitate.

Capitulum primum. DIS.

Nec ceteras quibus humanus torqueretur animus / nō inferiorē existimo passionem : qua mens desiderio flagrans ab optato diutius promisso suspenditur. ab heri equidē & nudiustertius (ut sponsa a te musicę audire precepta) cū rediturū prestolaretur ardēcius : totus tabefactus pene lecto decubui : at ubi te presentē certo cognovisset / pristino redeūte vigore / pedes tuas p̄ter solitū etiam post solis occubitū petere p̄sumpsi : sperans audire qđ delectet simul & instruat. MAG. Nec omnimoda fortasse spe frustrabere. Musica nepe inter alias matheseos disciplinas dicente Boetio in primo musicę : non modo speculatiōis / verū etia; moralitati committita est. Nihil enī tā p̄pitiū humanitatis est q̄ remitti dulcibus modis attrigē contrariis. idq; in singulis vel studiis vel etatibus luce clarius cōsistitur. Infantes equidē iuvenes ac senes ita inhiante affectu quodā spontaneo modis musicis delectantur : ut omnino nulla sit etas / q̄ nō dulcis harmonie sono afficiatur gaudio : & a tristi cōsurgat cogitatur. Quā ob causam Cēū similitudo amica dissimilitudo v̄o cunctis sit odiōsa) Plato animā nostrā musicis p̄portionib; compactā affirmabat. Et Marsilius in eundē. Cōcentus inquit p̄ aerem naturā in motu positam mouet corpus : p̄ purificatū aerem cōcitatur spiritū aereitatis corponisq; modū : p̄ affectū afficit sensum simul & animū : p̄ significatōem agit in mentē. Deniq; p̄ ip̄ subulis aeris motū penetrat vehemēter. p̄ cōtempatiōem lambit suauiter. Per conformē q̄litate mira quadā voluptate pfundit naturā tam spirituale q̄ materiale totūq; simul rapit. & sibi vendicat hominem. Et p̄fecto si quis tanta musarū arte atq; diligentia cōcent; offerret auditui : quāta naturę artisve cura v̄ sapores gustui vel mollia tactui offeruntur : p̄culdubio cognosceremus Appollinem multo magis animū rapere melodia : q̄ vel Bacchus vino gustū : vel Venus pruritu tactum soleat occupare. Vnde infantes dulcis cantū lena ita oblectat ut ip̄os vagientes cōpescat. Pugnantū item aīos in bello / turbarū carmine excitant spiritū. Nautas q̄q; atq; remiges / insuper & pene oēs artifices manu opantes / vocis modulatiōe labores facilius posse tolerare : experientia docuit. Et sicut corpora fessa laboribus ita aīos occupatos cōpatiōibus : freneticos q̄q; ac seditiones : Asclepiade auctore / synphonia refanabit. un̄ & de rege Saule legit : cū a sp̄i vexaretur maligno / regescere nō potuit donec dauid cithara ludēte dulcisona ei; relectaret harmonia. Cygnos etiā hypoboros citharę cant; adducit Elepheantes Indicos organica permissos detineri voce cōp̄ū. Nihil aues alluci p̄obante est. Fides delphinis amicitia hominū p̄fuerūt. dicitur Alfarabi; qđ alfarabio auct. p̄ harmonias gr̄a cōtēplatiōis & diuinarū sciā; studia

LIBRI QVINTI TRACTATVS PRIMVS

non mediocriter iuuantur, hinc ut sacra Regū habet hystoria, cū coram propheta Heliseo caneret Psaltes; facta est super eū manus domini: & ait prophetisando scilicet ea q̄ in quarto Regū volumine capite tertio leguntur, Sed quid musicis insisto laudibus: cui⁹ testimonia in scripturis reperiunt multiplicia. Nec in patria dēerit: sed longe alia a nostra tibi resonabit. DIS, Num presago mens mea agitabatur spiritu: cui⁹ secretiora quāda audire nō dubitabat? MAG, Adhuc latent alia & quidē speculationis iocundissima: sed nunc q̄ tendimus pergamus.

De Definitione Musicę. Capitulū. ij. NAG.

Musica Vficam Augustinus primo musicę sciētiā bene modulandi m asserit. Bene quidē id est artificiose: aut bene id est honeste. nā modulari ad lasciuia & turpitudinē modulari quidem est: sed non bene aut honeste. Boetius vero quinto musicę dicit, Harmonica (id est musica) est facultas differentias acutorū & grauiū sonorū seu su ac ratione perpendens. In definitione autē additur: ratione: q̄ in musicis nō omne iudiciū sensui (cū varie possit impediri) sed parim intellectui est attribuendū: qui a sensu receptis speciebus / etiā aliqua liter impediis ex ipsis conclusionē necessaria syllogizat. Ita enim constat fuisse Pythagorā: ut infra patebit. Si tamen nullus esset auditus de sono nulla unq̄ fuisset disceptatio. **Pythagoras**

De origine nominis: & quid sit musicus.

Capitulum tertium. DIS.

**musici tri-
plices
scilicet** Nde hac sciētia hoc formata est vocabulū? MAG. Sunt nō nulli qui musicā a moys quod Aegyptij aqua dicunt arbitrat̄ tur denominatā: quia circa aquas inuenta sit. vñ a musa quod instrumentū dicunt excellētissimū in musica. Alijs autē musicam a græco vocabulo μουσική appellatā visum est. hinc μουσικός latine musicus: qui ratione perpensa canendi sciētiā non seruido opis / sed imperio rationis assumit. Sunt vero musici triplices. Primi / qui tantū circa instrumenta versatur musica: qui bene quidē modulatur & neruos tangunt: sed quare hi nerui modi & non alij consonantiæ præstent nō intelligunt. nec huiusce artis speculationē capiunt. quales citharedas pene omnes conspiciamus. **Poetæ.** Secūdi sunt qui carmina fingūt / ad quæ naturali potius instinctu q̄ speculatione ac ratione ferunt. & hos poetas nominant: quorū multi carmina fingūt / sed harmonicas eas proportionales demonstrare minime possunt. Tertiū sunt qui & si nec instrumenta & neruos tangere / nec carmina fingere nouerūt: de his tamen iudicandi peritiā habent. **musici p-
prie dicti.**

De musicę primo inuentore. Capitulum quartum. DISCIPVLVS.

MVSICAE SPECVLATIVAE

Veni arbitrantē primū musicū; & musicæ inuentorē? MAG

Genesis

q Tubalem filiū Lamech, secundū quod dicitur de ipso Gene

Tubal

leos. 4. capitulo. Ipse fuit pater canentiū cithara & organo: eo
q primus musicā inuenit: & eam in duabus columnis / latericia scilicet & lapidea posteris reliquit. Latericia quidē ne igne / lapidea vero ne aqua periret. Adam namq; mundū igne & aqua periturū prædixit. Pythagoras v̄o philosophus sonorū proportionēs experimento didicit. nā cū diutius animo estuaret qua nā ratiōe firmiter consonantiarū momenta perdisceret: demū nūc fatali fabrorum officinās præteriens: ex varijs malleorū sonis unā concinentiā animaduertit. accedit propius: malleorū pondus examināt: & cum quinq; essent mallei: primū ad quartū duplū reperit pondere: qui diapason consonantiā resonabat. eum ipsū vero ad secundū sesquiterciū inuenit: ad quē diapente non tonabat. Rursusq; idem ipse ad terciū cū esset sesquialter / diapente consonabat. secundū vero & terciū / sesquioctauā retinere proportionē & tonū reperit sonantes. Quintū vero quia cunctis dissonabar reiecit. Hoc clarius patet in monochordo. ut sit A graue primus malleus. D graue secundus. E graue tercius. & a acuta quartus. At tamē Petrus Cōmestor in hystoria scholastica id a p̄dicto Tubale factitātū / & a græcis Pythagoræ fabulose attributum autumat. habuit em̄ Tubal fratē qui artē ferrariā inuenit: quo fabricate Tubal ex malleorū proportionē dicto modo consonantiās reperit. Sed cū hoc pauci videat esse momenti relinquendū esse censeo. DIS. Probe facis cum has disceptationes ad propositū parū aut nihil facientes non resoluis. S; qd dicis de Boetio: quē frequentius in testē euocas. MAG Is musicā e græco in latinū transtulit: ampliauit atq; harmonicas proportionēs in numeris acuratissime demonstrauit.

Pythagoras

Augustinus

Boetius

Petrus Cōmestor

Boetius

Boetius

De diuisione musicæ in Mundanā, Humanā, & Instrumentalem. Capitulum quintū. MAG

Boetius

Vtica autē ut idem ipse tradidit Boetius triplex esse dinoscitur
m scz mundana / humana & instrumentalis. DIS. Mūdāna quē
est? MAG. quæ de harmonia totius & partū mundi sup̄celestis & elementaris considerat. Non em̄ sine maxīma proportionē & harmonia orbes celestes adinuitē locati sunt: ob id & dulcissimā motu suo concinentiā faciūt. Sic & elementa suis in locis proportionata: nec sine proportionē harmonica ad cōpositionē mixtorū concurrūt. Sic & anni tempora: cuncteq; res creatę debite concinūt. Deus em̄ gloriosus omnia in numero / pondere & mensura creauit. DIS. Humana q̄ est? MAG. Quæ de proportionib; corpis & animę: & harū inter se partū considerat. ob id anima ipsū corpus & cunctę se partes diligunt: ac res ceteras cū ipsis in harmonia magis cōuenientes eligunt. Quod si profundius rimatū fuerit: cū his q̄ de latitudinibus forma /

Musica
Mūdāna

Humana

LIBRI QVINTI TRACTATVS PRIMVS

rum / insuper de uniformitate & difformitate qualitatū tradunt: diffi-
cillimā in rebus naturalibus q̄stionum solutionē in prompto dabit.
Est em̄ phīe pars secretissima: cuius delucidationē in aliud tps seruari
mus. Redeam⁹ nunc ad residuā musicę partē. **DIS. Quas MA.**
Ad musicā instrumentale / quę supioribus definita est. Hęc rursus in
Rithmicā: metricā: & harmonicā diuidit. Hęc prima intentionē ver-
borum: & an ne sonus verbis / syllabis bene aut male cohereat inqui-
rit. Metrica autē diuersa: generū metrorū: mensurā ratione subtili ac
pbabili inuestigat. De his duabus sanctus Augustinus in musica sua
fatis lucide p sex libros differuit. Harmonicā vero in prioribus defini-
tam Boetius vir doctissimus in latinū e græco vertens in quinque li-
bris profunde psecutus est. Cuius tibi generaliora in sequētibz tra-
dam principia. Et a sono tanq; omnium fundamento exordiar.

Musica in-
strumental
rithmica
Metrica

Harmo-
nica

Augu. li.
musicę
Boetius

De Sono & voce vocisq; diuisione. Ca. vi. **DIS.**

Sonus

Vid est sonus? **MAG.** Est p̄cussio aeris indissoluta usq; ad
q̄ auditum. Et hęc descriptio omni sono cōuenit. Aliter autē de-
finitur sonus cū dicitur sonus: est vocis casus **ΕΥΜΕΛΗΣ** emme-
les (id est aptus melo) in unā intentionē. Et hūc sonus magis specialit̄
describitur scz quem græci **ΦΡΟΝΥΟΣ** vocant. Nos vero Sonū voci
cōuenientē dicere possumus. Sunt autē duplices voces. Vnisonę scz

Vnisonę
vocis
Non uni-
sonę
Cōtinuę

& nō unisonę. **DIS.** Vnisonę quę sunt? **MAG.** Quarum un⁹
est sonus vel in graui vel in acuto: & de his nihil ad p̄sens. **DIS.**

Non unisonę quę sunt? **MAG.** Quarū nō est unus sonus: sed alia
grauior / alia vero est acutior. Et hęc rursus sunt duplices. Quędā em̄
sunt continuę. Quędā vero discretę. **DIS.** Continuę quę sunt?

Discretę

MAG. Quarum differentia cōmuni sineiungitur: ne habēt loca
discreta q̄ teneant. quę admodū colores in iride. Fit autē hoc / cū in li-
ne voces attenuantur. Et hęc quoq; a musica abijciuntur: eo q̄ sibi ipsis
dissimiles: nec unū aliquod p̄sonant. **DIS.** Discretę q̄ sunt? **MA.**

Consonę
Dissonę

Quarū differentia videt̄ suo quodā loco cōstituta: interuallisq; distin-
cta. Et hęc rursus reperiunt̄ duplices. Consonę scz & Dissonę. **DIS.**

Consonę quę sunt? **MAG.** Quę copulatę mixtos suauesq; sonos
efficiunt quę vero nō / dissonę sunt. Interuallum autē / est soni acuti
grauisq; distantia. **DIS.** Duplex igitur sonus est: grauis scz & acu-
tus. **MAG.** Probe infer. Et ex horum permixtione consonantia
aut dissonantia generatur.

Inuallū
Son⁹ gra-
uis acut⁹

De Consonantię dissonantięq; definitionibus

Capitulum septimum. **MAG.**

Consonantia

Dissonantia

Consonantia vero / est dissimilium inter se vocum aut sonorū
in unum redacta propomio vel cōcordia: vel est soni acuti gra-
uisq; mixtura / suauius: uniformiterq; aunbus accidēs. Disso-
nandia autē est sonorū acuti grauisq; mixtorū ad aurē veniēs aspera

MVSICAE SPECVLATIVAE

atq; in iocunda percussio. DIS. Vnde causat soni grauitas vel acuties? MAG. Audisti. quia sonus est aeris percussio. percussio nō est sine motu. motuum vero alij velociōres; alij tardiores sunt. Et rursus quidam eorum rariōres. quidam vero spissiores. Et si motus tardus rariorq; fuerit/ graues sonos effici necesse est. Motus vero celeres ac spissius acutos sonos causant. Hinc est qd idem nervus si amplius intendit acutum sonat: si remittitur/ graue. Quanto enim magis tensus fuerit/ pulsus velociorem reddit celeriusq; reuertitur: & frequentius ac spissius aerem ferit. Quanto vero laxior remissiorq; fuerit/ tanto pulsus efficit rariōres inbecillitate ferendi: nec diutius remat. DIS. Capiō hec: sed intelligere vellem: cum chorda pellitur: idem ne sonus sit qui causatur? MAG. Non est idem: sed torrens nouus sonus generatur quotiens tremebunda chorda ferit aera. unus m̄ iudicatur propter motus celeritatem veluti baculus in extremitate ignitus/ si velotius circūducitur/ tubeum circulum describere videtur.

Gravitas
& acuties
soni unde
fiat

Vnitas
sonus

De Consonantiarum numero. Ca. viij. DIS:

Aec audio a te accepi animo quoniam simul & iocunda & naturalibus rationibus plena sunt. Sed dic queso. si quae consonantiae sint partes. MAG. Consonantiae simplices & perfectae tres sunt scilicet. Diapason. Diapente Diatesseron. Ex his aliae miscentur. ut puta Diapente cum Diapason/ bis Diapason. Sic Diapente & Diatesseron unum constituunt Diapason. Et omnes quoniam consonantiae sunt: in concordia quadam/ siue sonorum proportionē consistant necesse est. DIS. Hoc ex definitione consonantiae prius data claret. Sed in qua quaeq; consonantiarum consistat proportionē: nō dum intelligo. MAG. Diapason in dupla consistit proportionē. ut. 1. & 2. diapente in sesquialtera est. ut. 2. 3. diatesseron in sesquitercia permanet. ut. 3. & 4. diapason cum diapente in tripla. ut. 2. 4. 6. Inter duo em̄ & sex pporio tripla est aggregata ex dupla: scz. 2. & 4. & sesquialtera scz. 4. & 6. sed bis diapason reperit in quadrupla. ut. 2. 4. 8. diatesseron autē cū diapente unum integrant diapason. ut. 2. 3. 4.

Consonantiae
perfectae

Cur in exemplis musicis utimur numeris. & numero rum ad sonos applicatio. Ca. ix. DIS.

Vam ob causam (cum iam iam nostra in musicis disputatio q̄ versetur) tu in numeris adducis exempla? MAG. Quoniam omnis pluralitas in numerositate quadam est consonantiae autem in pluralitate sunt. quod ex eo claret. Nam omnis consonantia in proportionē est proportio vero (ut in Arithmetice diximus) duarum adinuicem habitudo est q̄ritatum. Duo autem plura sunt. consonantiae igitur in pluralitate: quare & in numerositate consistunt. DISCIPVLVS. Possunt ne ni numeri ad sonos aliquo saltem ingenio applicari? MAGISTER. Possunt. & (ut arbitror)

o ij

LIBRI QVINTI TRACTATVS PRIMVS

Applica-
tio nume-
rorum ad
malleos

tali quo Tubal siue Pythagoras consonantias inuenit in quattuor mal-
leis. Sint itaq; in pposito hi mallei certis signati ponderibus. ita ut pri-
mus duodecim cōtineat uncias. secundus nouem/tertius octo/quar-
tus sex. & experientia patebit malleū quartum ad primū diapason fo-
nare: quia ad eū duplus est. Et rursus malleus primus ad malleū secu-
dum. Similiter malleus tertius ad malleū quartum diatesseron resona-
bit: quia utrinq; est pportio sesquitercia. unde & epirritus dicit: quia sup to-
tum terciā cōtinet partē eiusdē. Malleus vero secundus ad quartū: &
item malleus primus ad malleū terciū diapente tonabit: quia utrinq;
pportio sesquialtera: & emioli possidet rationē. cōtinet em totū & insu-
per eius medietatē. Malleus vero secundus ad malleū terciū/ tonū in
sesquioctaua resonabit pportione. hic tñ cōsonantia nō est sed cōsonan-
tiarum pars. Ex his clare patet & rerū & numeroꝝ pportiones/ sono-
rum proportionēs generare. quod ergo in uno demonstratur: in alio
similiter posse reperiri certum est. DIS. Hæc (ut arbitror) haud cla-
rius possent demonstrari. MAG. Verum. attamē pluribus alijs ex-
perimentis cōtingit pdicta reperiri. ut in calamoꝝ latitudine & lon-
gitudine vitroꝝ/ollarū/aliarūq; rerū pportione. Sic & in monochor-
di diuisione. ut in sequentibus patebit.

De Consonantiarum ordine & perfectione

Capitulum decimum.

MAG.

e St autē inter consonantias idem ordo qui in pportionibus cō-
sonantijs appropriatis. Sicut em in genere multiplici (nam in
illo solo musice consonantiæ sunt inquirēde) prima simplicissi-
ma/maxima/& equalissima /& ad utendum facillima est proportio
dupla: Sic & diapason omnium consonantiarū est iocundissima/pfectis-
sima & iudicio auris facillima: nobis insita naturaliter ab eo q nos crea-
uit. inquit beatus Augustinus de trinitate libro. 4. c. 2. ut nec imperi/
q possint eam nō sentire: siue ipsi cantantes siue alios audientes. p hāc
quippe voces acutiores grauioresq; nō sciuntā (cuius expertes sunt
plurimi) sed ipsum sensum auditus nostri vehementer offendat: ut fa-
cile videre est in regulari monochōrdo. Dehinc pportio sesquialtera
ultra tonum medietatē considerans/in perfectione sequitur. Ita & dia-
pente inter consonantias post diapason locatur: & auris iudicio con-
sonantiæ diatesseron præponitur. Sic diapente cum diapason/quæ cū
in triplici sit pportione: inter diapente & diatesseron locatur. Itaq; dia-
tesseron ultimo loco ponitur. Sicut enim rei tertiam partem accipere
magis difficile videtur/q duplam aut dimidiam designare: sic & hæc
consonantia in sesquitercia existens propordione/ iudicio auris non
est multum grata: accipitur tamen libenter quoniam addito toto sic
diapente. Et rursus diapente adiungitur: diapason omnium gratissi-
mam efficit symphoniam.

Augusti.

MUSICAE SPECVLATIVAE

De Diuisione toni in semitonía. Ca.xi. DIS.

X superioribus liquet (si sane intelligo) omnē consonantiā ex
e sonis seu vocibus diuersis: interuallisque distinctis ac ad se pro
portionatis aggregatā esse. MAG. Sane intelligis. DIS.
Ex quot igitur quibusue singule consonantię vocibus & interuallis
constant subiungito. MAG. Faciam, attamē cum ea res toni diui
sionem prequirat: de ea prius differendum cenſeo. DIS. Quo/
modo diuiditur tonus? MAG. In duo semitonía. DIS. Hoc fa/
cillimum iudico. nā per semitoníū/toni mediū intelligo: sed quid fa/
cilius ē rei medietate accipere? MAG. Deficis in vi nominis. non semitoníū
enim dicitur semitoníū a semi quod est dimidiū: quasi toni dimidium
sed a semi id est imperfecto: quasi tonus nō integer siue imperfectus
quēadmodū hemiuocalem nō quasi dimidiū vocalis habentem: sed
quasi imperfectū vocalem. Vnde tonus diuiditur in semitonía duo in
ęqualia Maius scilicet & Minus. Maius quidē plus q̃ toni dimidium
continet. Minus vero nō totā toni medietate complectitur. Excessus
autem maioris supra minus: Coma nuncupatur. DIS. Cur autē to
nus nō in duo ęqualia partitur? MAG. Quoniam hoc fieri est im/
possibile. DIS. Si potes hanc impossibilitatē demonstra. MAG.
Audisti: tonū in sesquioctaua p̃portionē consistere quę sit gratia exem
pli. 2. & 8. hōr nullus naturaliter numerus medius est: eos igitur bi/
nario multiplicemus: sūtq; bis octo, 16. & bis nouē, 18. Inter sedecim
autē & decem octo unus mediat numerus sc̃z. 17. qui omnes disponā
tur in ordine tali, 16. 17. 18. Sedecim igitur ad. 18. collaci sesquiocta/
uam retinet p̃portionē: atq; idcirco tonū. Sed hanc p̃portionē nume
rus medius sc̃z. 17. nō in ęqualia partitur. Comparatus em̃ ad. 16. ha/
bet eum totū & eius sextamdecimā partē sc̃z unitatē. Si vero. 18. ad semitoníū
numerū mediū sc̃z. 17. comparenſ habet ipsū totū: & insup̃ eius. 17. maior
partē sc̃z unitatē, patet igitur q̃ numerus iste quē mediū dicimus: nō minus
ęqualibus partibus minorē superat & a maiore superat. Est em̃ pars
17. minor. 16. vero maior. & hę sunt partes toni/ quas semitonía dici
maius quorū unū maius: aliud vero minus dicto modo reperitur.

De inuentione semitonij minoris. Capitulum. duodecimum. MAG.

Voniā vero semitoníū minus iudicio auris facile nō deprehen
ditur: quapropter quo medio accipiendū demonstrandūq; sit
q perquirendū est. Sumatur igitur diatesseron. a. b. circa quā se
mitoníū minus ad grauiorē acutioreq; partē taliter contingit sumere
intendatur diatesseron b c. remittatur rursus diapente c d. b d. tonus re
linquitur. Nam diatesseron a diapente/tono superatur. sic b spacíū
ab c d spacío b d spacío transcenditur. Amplius intendatur diatesse/
ron d e & remittatur diapente e f igitur tonus d f inuenitur: sed d b
o in

LIBRI QVINTI TRACTATVS PRIMVS

tonus erat: igitur semitonium minus est a. f. quod subtractis duobus tonis scilicet f. d. & d. b. ab a b diatesseron relinquitur. nam diatesseron ut infra patebit duobus tonis & uno semitonio minori constabit. Rursus remittatur diatesseron a. g. & intendatur diapente g. h. & erit a. h. tonus: sed a. f. erat semitonium minus igitur. f. h. erit apotome id est semitonium maius. Amplius remittatur diatesseron. h. k. intendaturque diapente. k. l. & erit. h. l. tonus. Sed b. d. tonus erat: igitur l. d. apotome maius. Et rursus intendatur diatesseron f. m. relinquitur b. m. semitonium. Remittaturque diatesseron. l. n. iterum. n. a. semitonium separatur. Si praesentia sunt igitur duo semitonia minora circa a. b. ut puta b. m. ad acutam. a. n. vero ad partem grauiorem tonusque. m. n. minus est quam diapente. Constat enim ex quinque semitonis & apotome geminata. hoc est ex duobus tonis & tribus semitonis minoribus. Et quoniam duo semitonia unum tonum implere nequeunt: sed relinquunt coma: tonum igitur. m. n. spaciū minus est spacio diapente consonantis uno comate. ut subiecta manifestat descriptio: in qua tamen propter spaciū paruitatem quantitas distantie seu differentie semitonij minoris a maiore vix deprehenditur. Et facile quidem reperitur coma in parte graui & acuta. Nam si a tono dato intendatur semitonium maius: & remittatur semitonium minus quod diesis dicitur habetur coma in parte acuta. Rursus a tono dato semitonium minus intendere & maius remittere: & habebis coma in parte grauiore cuius dimidium schisma nominatur.

De Consonantiarum partibus. Ca. xij. MAG.

Remissa itaque toni diuisione / ac semitonij & maioris & minoris inuentione: petitioni tuae supra factae respondens / dico Diatesseron vocum esse quatuor: interuallorum trium. Constat quoniam ex tonis duobus & uno semitonio minori. Diapente est quinque vocum: interuallorum quatuor. constat ex tonis tribus & semitonio minori. Diapason vero ex diatesseron & diapente integratur. DIS. Igitur voces nouem continet: quatuor scilicet a diatesseron & quinque a diapente. MAG. Non probe perfectaeque supputas. quoniam cum haec duae consonantiae ad constitutionem diapason iunguntur / eadem vox erit suprema diatesseron & infima diapente: aut econuerso. Itaque diapason voces octo & interualla septem habet & ex tonis quinque & duobus semitonis minoribus integratur sex quoque tonos uno comate minus continet. DIS. Dicta demonstratione firmes. MAG. Si primum demonstrauero: videlicet diatesseron ex duobus tonis & semitonio minore constare totum demonstratum erit. Nam diapente diatesseron tono superat. & diapason (ut dictum est) ex ambobus constat. Primum igitur demonstrabo in numeris. sit numerus primus. 192 ad hunc tertiam proportionem tenent. 256. & ad primum numerum qui est. 192. constituunt tonum. 216. ad. 216. vero rursus. 243. to-

MUSICAE SPECVLATIVAE

num obtinēt. Sublati igitur duobus tonis a diatesseron: relinquitur ha-
bitudo quę est inter 243. & 256. Sed hæc nō est habitudo dimidij to-
ui: scđ quę est inter sesquiseptimamdecimā & sesquiseptimamdecimam.
Quod patet. sumo enim ex 243. decimam octauā partē: ea fit. 13. &c.
1 hanc si eisdē apposuerō: fiunt. 256. & 13. Sed pportio. 256.
— & 243. minor est sesquioctauadecima — habitudine. qđ si di-
2 midius ton⁹ maior est in sesquisepta/ 3 decima: minor vero
in sesquidecimalsēptima: sesquidecimoctaua vero minor est sesquide-
cimalsēptima: numerus autē. 256. ad uumerū. 243. minor est sesqui/
decimoctaua: igitur dimidiū tonum nō complet: sed semitonij mi-
nus p̄ficit qđ est in pportione ²⁵⁶/₂₄₃. hæc autē duplicata scđ ⁶⁵⁵³⁶/₅₉₀₄₉
tonum integum nō facit: videlicet addēdo octauam partem inferior/
ris inferiori. subtrāto autē semitonio minori a tono/ relinquit 2187
pportio in qua cōsistit semitonium maius. a qua si semito 2048
nium minus subtrahatur pportio 531441 relinquitur: qua scđ
licet semitonij minus & maius diffe 524288 runt: & coma dicit
eius quorū medietas schisma appellatur. Subtrahere autē in ppor/
tionibus est diuidere. addere vero multiplicare. & duplicare in se multi-
plicare. mediare autē radicē extrahere in minutis vulgaribus. Multi-
plicatio vero & diuisio in pportionibus locum nō habent: quia p-
portiones unitatem nō recipiunt. quia ultra duplicam nō descenditur.
Prædictę vero demonstrationes quasi oculis conspici possunt in diui-
sione monochordi.

Coma.
Schisma.

De Monochordi definitione & nomine.

Capitulum decimumquartū. DIS.

Vide est monochordum? MAG. Est instrumentū musicū mono/
q ob longum unā habens chordam per longū extensam/ scđm chordū
consonandarum pportiones in partes quindecim: quę chor-
dę siue voces dicunt: diuisum. DIS. Ergo quindecim chordum poti-
us esset ab his. 15. partibus denominandum. MAG. Hę partes nō
semper sunt chordę realiter: sed sectiones super quibus si chorda in
longum extensa premitur & mouetur/ omnium distarum sectionū
voces siue sonos reddit. Huius autem & si varię diuisiones a diuersis
receptę sint: ex his tamen unam dilucidasse sat erit.

De Diuisione monochordi in genere dyatonico.

Capitulum. xv.

MAG.

Octius Monochordi diuisionem in triplici genere/ Dyato-
nico scilicet Cromatico & Enannonico permixtim tradidit
b Sed quoniam omnis cantus noster in dyatonico tantum
genere versatur: in eo monochordum per omnia eius tetrachorda
o iij.

LIBRI QVINTI TRACTATVS PRIMVS

Diuisio diuidamus: hoc modo. Primo diuidatur tonum spaciū. x. t. in duo aē
mono- lia in puncto. o. quæ erit mese: & x. erit proslambonomenos. Secun-
chordi do diuidatur. o. t. in duo equalia in. p. quæ erit netehyperboleon: cuius
 scilicet netehyperboleon partē octauam accipe: hanc eidē adde: & fit
 paranetehyperboleon. Huius rursus octauā accipe partē: hanc eidem
 adde: & fit tritehyperboleon. Amplius accipe partē tertiam de nete/
 hyperboleon: quæ eidem adde & fit netedyezeugmenon: eritq; tetra/
 chordum hyperboleon siue excellentiū partitū. Quo facto ad diui/
 sionē tetrachordi diezeugmenon id est disjunctæ: hoc pacto proce/
 das. Primo accipe partem tertiam de netediezeugmenon: hanc eidē ad
 de: & fit paramese. Secundo accipe partē octauam de netediezeugme
 non: & eidem adde: & fit paranetediezeugmenon. Huius accipe par
 tem octauā & hanc eidem adiungas: & fit tritediezeugmenon: eritq;
 huius tetrachordi diuisio perfecta. Diuisiōē yō tetrachordi meson:
 quæ mediæ: hoc modo absumes. Primo accipe tertiam partē de me
 se: hanc eidem adde: & fit hypatemeson. Secundo accipe octauam de
 mese & eam eidē adde: & habebis lichanos meson. Huius accipe par
 tem octauā: hanc eidē adde: & fit parhypatemeson: & completa est
 huius tetrachordi partitio. Quoniam vero tetrachorda hyperboleon
 & dyzeugmenon inter se coniuncta sunt: tetrachordo autē meson dis
 iuncta ipsa eidē coniungenda sunt p diuisionem tetrachordi sinemenon
 siue coniunctæ: hoc modo. Accipiamus paranetedyzeugmenon p
 netesinemenon: & tritedyezeugmenon pro paranetesinemenon. & hui
 us octaua pars sumpra atq; eidē adiecta: facit tritesinemenon. & iūn
 ctū est hoc tetrachordū meson p reiectionē toni qui est internetedye
 zeugmenon & paranetedyzeugmenon. Diuisionē autē tetrachordi
 hypaton siue principalit̃ perficies eo quo sequit̃ ordine. Primo accipe
 tertiam partē de hypatemeson: hanc eidē adde: & fit hypatehypatō. Se
 cundo accipe octauā de hypatemeson: & hanc eidē adiunge: & fit li/
 chanos hypaton. Huius octauā accipe: & eidem adde: & fit parhypa
 tehypaton. & diuisum est hoc tetrachordū: & per consequēs tonū mo
 nochordi. Cui manugā aut adiunxi suo modo: ut in adscripta dæ/
 scriptione cernis diuisū. Gā aut autē taliter reperies. accipe octauā
 de proslambonomenos. & hanc eidē adde: & fit gā aut. In omnib;
 autē dictis additio fieri debet ad partē grauiorē & partitio ad partē
 acutā: videlicet versis. t. Locus autē. bb. pater: si b. acutā versus. t. in
 duo equalia diuiseris. & C grave in quattuor equalia diuisum in ter/
 tio diuisionis puncto. cc. locum dabit. similiter D grave in quattuor
 equalia partitū in tertio puncto diuisionis. dd. locum concedit. Et rur
 sus E grave in quattuor diuisum: ea in tertio puncto diuisionis acci/
 pit. Harum officia in sequentibus manifesta erunt. Prius autem earū
 qm & origines & inuentores narrandi sunt.

De Chordarum inuentoribus: & tetrachor:


MVSICAE SPECVLATIVAE

dis. Capitulum sedecimum. DIS.

Vis igitur partem monochordi primus inuentor fuit? MAG

mercuri⁹ q In toto monochordo quattuor reperiunt tetrachorda, quae
Primū videlicet hypaton siue principalium Mercurius inue-
nisse traditur. Dictū autem est tetrachordū a chordis quattuor, quae tetrachor-
prima ad quartā Diapason; mediæ inter se & extremas Diapente Di-
chorebus atesseron & tonum sonabant. Post hoc Chorebus rex Lidorum quin-
hiagnis tam addidit. Hiagnis sextam; Terpander vero septimā ad planetarū
terpander similitudinem adiecit. & factū est heptachordū sinemenon id est con-
iunctarū. Nam in eo duo tetrachorda per mese bis numeratū coniun-
gunt. Erhas quidē chordas planetis septē attribuebant. hypate scilicet
cet grauissimā saturno; ob tarditatem sui motus. Parhypate Ioui. Li-
chanos marti. Mese soli. Paramese veneri. Paranete mercurio. Nete lu-
nae. Nonnulli vero ordine contrario eas locabant, ut scilicet grauissima
Lichaon. luna. Samius Lichaon octauam adiūxit; scilicet Triton; & factus est octo-
Prophrasus chordum dyzeugmenon id est disiunctū. Continet enim duo tetra-
chorda tono distantia. Prophrasus nonā adiūxit quae lichaon hy-
Estracus. paton nominata est: ut esset enneachordum. Estracus Colophonius
chimonos⁹. decimā in grauiorem partē coaptauit chordā: scilicet parhypate hy-
paton. Thimoteus Milesius undecimā inuenit: ut undecachordum fi-
eret: in quo tria tetrachorda existunt. Mese autem ut sic mediū non ob-
tineret locum: quod tamen vocabulum sonat. Ob id additum est tetra-
chordum quartū hyperboleon. Sed ut sic mese plus hypatis accede-
bat nec media erat. Ideo in partem grauiorem adiecta est proslambo-
nomenos: quae ad mese octauam sonat.

TETRACHORDVM MERCVRII.



De interpretatione nominum chordarum monochordi. Capitulum xvij. DIS.

Onnulla vocabula inter hec quae iā de monochordi ratione di-
stuleras penitus mihi incognita sunt. MAG. Hae quibus in-
cognita asseris graeca sunt: & eo quo sequitur modo latine ex-
primuntur. Proslambomenos id est assumpta; addita; vel acquisita

LIBRI QVINTI TRACTATVS PRIMVS

dicitur: quia post omnes ut mese mediu teneret locū adiecta est. uti in prioribus patet. Hypatehypaton id est principalis principalium.

DIS. Haud assensio huic dicto. nā proflambonomenos cum prior sit ordine principalior & prima principalium videt esse. MAG. Verū argumentaris: attamen quia ipsa post hypatehypaton adiecta est ipsi hypatehypaton nomen reliquit qd prius possederat: vel quia hypatehypaton est prima principalium que diuersuz gignit sonū. Nā proflā/ bonomenos nullā soni facit diuersitatē. Sequitur tertia/parhypatehy/ paton id est iuxta principale principalium. Lichanos hypaton id est principalium digitalis siue discretiua: quia separat principales a me/ dijs dicta a lichanos id est diginus/ is scilicet quem nos indicem dici/ mus. Hypatemeson id est principalis mediarum. Parhypatemeson: id est principalis mediarū: vel iuxta principalem mediarum. Licha/ nos meson id est digitalis siue discretiua mediarum. discernit enim & separat medias a minutis. Mese id est media. Paramese id est iuxta mediā. Tritediezeugmenon id est tertia disiuncta. quia disiunctarū tertia est prepostere numerando: aut qā una de tribus disiunctis est. Paranetdiezeugmenon id est iuxta ultimā disiuncta: scz netediezeug menon. Tritethyperboleon id est tertia excellentiū ppostere numerā/ do. Paranetehyperboleon id est iuxta ultimā excellentiū: scz netehy/ boleon. Similiter interpretatur nete: paranete & trite sinemenon id est co iunctarū. Et hæ chordæ in diuersis canendi generibus diuersas accipi/ unt nominiū additiones. nā a genere in quo ponunt nominantur.

De tribus generibus modulandi. Cap. xviij. MAG

Genera
modu/
landi
Dyaton
icum
Cromatic/
cum

Vnt autem hæc genera tria. videlicet: Cromaticū: Enarmoni cum & Dyatonicū. DIS. Dyatonicū quod dicitur MAG

Id cuius omnia tetrachorda per tonū & tonū ac semitonū p/ grediunt. Hinc & dyatonicū a duobus tonis nominatur. DIS. Cro maticum quod est? MAG. Quod canendi modum a dyatonico mutat: cuius scilicet tetrachorda non per tonum & tonum atq; semi/ tonū: sed per semitonū ac semitonū/ insuper & p tria semitonia can ratur. Dicitur autē cromaticum id est colorabile. Sicut enim color in alia & alia superficie mutatur: & quidquid inter album nigrūue conti nerur colorabile dici solet: sic & tetrachorda hui⁹ generis a tetrachor dis generis dyatonici & enarmonici variant. DIS. Enarmonicū: quod dicitur MAG. Quod in omnibus tetrachordis per diesim &

Enarmo/
nicum
Diesis.

diesim & dyatonum cantatur. Est autē diesis dimidiū semitonij. Philaus
laus 2o semitonium minus diesim & diaschisma eius dimidium. & se mitonū maius a porome nominat. Enarmonicū autē dicitur quod pluribus spacijs & angustioribus separatur. Ex his autem solo dyato nico utimur. Cromaticū vero & Enarmonicū a cantu nostro omni/ no abijcimus. eo qd cromaticū p semitonia procedens mollius: Enar

MVSICAE SPECVLATIVAE

monicum vo perdytonu; progrediens / durius atq; difficilius sit. Et
Cromaticum a solis æruditis / Enarmonicum vero a solis æruditi-
mis cantari potest: nec facile in usum perducî posset. Dyatonici ve-
ro naturalius & auribus magis gratû reperitur: & a cunctis etiam ru-
dibus modulatur. DIS. Q uomodo nunc demû prædictæ chorde
in his diuersis generibus alias & alias sumunt additiones? MAG.
Nam parhypatehypaton: lichanos meson: paranete diezeugmenon:
paranete hyperboleon & sic de alijs in genere dyatonico / dyatonos:
in cromatico / cromatici: in enarmonico vero enarmonios nominan-
tur. Erut dicta a se inuicem secernere possis genera: unum subijciâs
tetrachordum diuerse diuissum. & quæadmodu; hoc tetrachordu; in
tribus generibus diuersum vides. ita & reliqua videre potes: si mono-
chordum totum in tribus generibus diuidas. Hæc tamen graua ex-
pli sufficient.

	nete hyperboleō		nete hyperboleō		nete hyperboleō
tonus	paranete hy- perboleon	via semitonia	paranete hy- perboleon	tonus	
tonus	nete hyperbot.	tonus	nete hyperboleō	tonus	paranete hyper.
semita	Nete diezeu- menon	semita	Nete diezeu- menon	semita	nete hyperbot.
	Genus Dya- tonicum		Genus Cro- maticum		Genus Enar- monicum

LIBRI QVINTI TRACTATVS PRIMVS

De modis siue tropis. Capitulū. xix. MAG.

Icut autē monochordū in diuersis modulandi generibz diuer
se diuidit: ita & in varijs modis siue tropis variatur. DIS.
De his itaq; (si q̄ habes) in mediū ferre nō graueris. MAG.
Modi siue tropi quos nos tonos appellamus sunt constitutiones in to
ris vocū ordinibus vel grauitate vel acumine differētes. Est autē co
stitutio (quā & οὐκ τὴν ἀδικίαν) plenu; veluti modulationis corpus
ex consonantiarū coniunctiōe consistens, uti est constitutio a pro
lambonomenon ad mesen medijs cōnumeratis vocibus. vel a me
son rursus ad nete hyperboleon intermedijs cōnumeratis. Erāt autē
apud antiquissimos tm̄ quattuor modi videlicet prothos: deutrus: tri
tus: tetradus. Moderniores vero quēlibet horū in duos diuisere ut effē
octo. DIS. Quis? MAG. Dorius & hypodorius partes prothi.
Frigius & hypofrigius partes deutri. Lidius & hypolidius partes tri
ti. Mixolidius & hypomixolidius partes tetradi. Horū autē cōstitutiō ta
lis est, ut si i mō hypodoria quālibet notā tono eleuaueris: hypofrigiū
constitues. In quo si rursus quālibet notā tono eleuaueris / hypolidiū
nascetur modulatio. In quo si notas quālibet semitonia leuabis do
rium facies. & in alijs quide si si est in acūmē intensionēq; p̄cessus. Si
a proslambonomeōs in meson intelligatur modus hypodorius. ab
hypate hypaton ad paramese hypofrigius. a peripate hypaton ad tri
te dyzeugmenon hypolidius. a lichanos hypaton ad paranete dye
zeugmenon hypomixolidius. Ab hypate meson ad nete dyzeugme
non dorus. A peripate meson ad trite hyperboleon Frigi⁹. A lichanos
meson ad paranete hyperboleon Lidius. A mese ad nete hyperboleon
Mixolidius. DIS. Vnde modi hāc fortiunt vocabula? MAG.
A gentibus quē diuerse diuersis delectant modis: sicut & cibus. Nam
morum similitudine molliores / in molliori gaudent modo: & in ani
mo lasciuiores in lasciuiori delectantur modo: quod propter consi
mitem partium animi / & consonantiarū euenit proportionem: ut
supra tactum est. Vnde modus primus morose & curialiter vagatur
Secundus per raurā p̄cedit grauitatem. Tertius per indignantis seue
ram insultationem. Quartus adulationis habet formam. Quintus
modestam continet perulantiam. Sextus lachrymosam sonat concu
pcentiam. Septimus per saltus progreditur inimicos. Octauus teno
rem decentem & quasi continet matronalem. Patet igitur causa p̄pter
quam p̄ diuersitate materiē & populi / musici peritissimi diuersis utū
tur modis. Debet autem fieri numeratio modorum ordine tali: ut
dorus primus sit hypodorus secundus. Frigi⁹ tertius. Hypofri
gi⁹ quartus. Lidius quintus. hypolidius sextus. mixolidius septi
mus. hypomixolidius octauus. Et hāc pro præsenti sufficiant spe
culatione.


MVSICAE PRACTICAE

Libri Quinti. Tractatus secundus de praxi Musi- ficæ. De principijs Musicae practicæ in genere. Capitulum primum. DIS.

Am traditas a te musice speculationes (ni me fallat opinio)
intellexi attamē quā maxime volebā ex his nōdū canendi
artē accepi. MAG. Tradere autem canendi nō ad musicę
theoriā (quā in superioribus exposuim⁹) sed ad praxim potius attinet
cuius in sequentibus principia uniuersaliora atq; magis necessaria vi-
debimus quæ sunt Claues: voces Cantus modi & Toni.

Principia
musicę

De Clauibus musicę. Capitulum. ij. DIS.

Vē sunt clauēs musicę. MAG. Sunt quedā ex litteris grā/
maicę sc; a b c d e f g. quarū q̄libet in monochordo bis terne
repetitur. Eo in pacto discernunt: nā hę q̄ in parte inferiore lo/
cantur/graues sunt: quia voces quas designāt grauius sonāt: & ob id
a quibūdam in forma grossiore depingunt. ut sic A B C D E F G. Se-
quentes has acutę dicunt ratione vocū cū quibus ponunt: quę p̄di/
ctis acutiores sunt. Et ob id minoribus figuris depingunt: ita sc; a b
c d e f g. Reliq̄ sup̄acutę siue excellentes noīantur: nā voces earundē
voces p̄dictas in acumine longe antecellunt. & hę q̄nq; geminatis si-
gnant litteris ut sic. aa bb cc dd ee. p̄ter has in parte inferiore alia ad/
iecta est clauis g videlicet gręcū: q̄d gāma dicunt in hac forma  ad
hoc ut primus cāus b duralis haberet ut: sicut patebit infra. DIS.
Quare hę litterę clauēs noīant. MAG. Quia occulta & incogni-
ta monochordi nobis & referāt & manifestāt: videlicet voces cātus &
tonos quorū clauēs sunt. DIS. Hęc eo quo iam enumerata sunt or-
dine latius discutias velim. MAG. Faciam ut lubet.

Claues

Graues
Acutę
excellētes

dicuntur
clauēs

De Vocibus & clauibus signandis. Ca. iij. DIS

Votigit & q̄ sunt voces musicę. MAG. Sex: & isto q̄ sequū-
tur ordine locādę. ut re mi fa sol la. p̄ q̄s sepius repetitas oīs cā-
tus p̄gredit: nec in eas canēdo exprimimus: sed sonus poti⁹
p̄ illas significatos. unde vocū signa sunt notę quādā in vel extra line-
as in hūc modū posite * Et hę notę rursus sonus denotant: q̄s canē-
do exprimimus. DIS. Sed quō dictę clauēs has voces referādo ma-
nifestant. MA. Eo. nā cū singulis clauibus/singulę ponunt voces
una vel plures ut patuit supra in monochordi descriptione: un̄ posi-
ta clauī cū nota in linea vel spacio ipsam nō vocē q̄libet: sed eā tm̄ q̄
cū tali clauī iungit: significare necesse est. DIS. Huius exemplū ad-
ijcias. MA. * hęc nota in linea posita nō vocē re mi/vel sol/sed fa
vel ut designat: q̄ cū F graui hic signato iunctę sunt. nō in necesse est
oēs clauēs signare ad denotandas singulas voces: sed sufficit ponere
aliquas p̄ quas ascendendo & descendendo patefiunt proximiores.

Voces

Notę *



*



LIBRI QVINTI TRACTATVS.II.

De Cantu & clauibus eiusdē. Capitulū. iij. DIS.

cātus tres natural Laues cantuū quæ sunt? **MAG.** Cantuū clauēs quæris & nondū quot cantus sint intelligis. **DIS.** verū. Tu igit quot sint cātus ediffere. **MAG.** Cantus sunt tres: naturalis/bmol
lis b duralis. **DIS.** Cantus naturalis quis est? **MAG.** Is q mollis
cie aut duricia nō excedit: sed naturali progredit sonoritare. & est du/
plex: videlicet primus & secundus. **DIS.** Cantū b molle quem di/
bemollis cis? **MAG.** eum ipsū qui aliquanto mollius q̄ naturalis progre/
ditur. & ob id nō nūq̄ per b rotundū quod de facile mobile & molle est
designatur. Et est duplex scz primus & secundus. **DIS.** Cantus b du/
b duralis rali quis est? **MAG.** qui aliquāto durius quā naturalis progreditur &
ob hoc p. h. quadrū quod angulis suis motui resistit atq̄ dure mouet
denotatur. Et est triplex scz primus secundus tertius. **DIS.** nūc quæ
Claues cā aut quot sint cantuum clauēs ostendas. **MAG.** Cantuū clauēs sunt
tuum hæ. g. c. F. b & b. unde ubi. g. in monochordo cū voce. ut. ponit ibi
cantus b duralis inīdium sumitur. itaq̄ prim⁹ b duralis in G graui siue
gāma incipit & in. e. finali finitur. Secundus in. g. finali incipit & in. e.
acuto terminat. Tertius in. g. acuto incipit & in. e. supacuto terminat
Vbi vero. f. cū. ut. in monochordo ponitur ibi cantus b mollis princī
pium accipit. Idcirco primus b mollis in. f. finali incipit & in. d. acu/
to finitur. Secundus in. f. acuto incipit & in. d. supacuto terminat. po
nit & tertius b mollis addit inter. γ. gr̄cū & C. capitale: secundū quæ
nōnulla gradualia a quibusdā decantant. Vbi autē. E. cum. ut. in mo
nochordo locat: ibi cantus naturalis inīdū est. unde primus natural
in. E. graui incipit & in. a. acuto finit. Secundus in. c. acuto incipit at/
q̄ in. a. supacuto terminatur. c. aut superacutum quia. ut. nō habet: nul
lum cantū designat. b. pro rotundū & b. quadrū cantus b mollis & b/
duralis discriminē faciunt: tunc scz cum in. b. acuto & supacuto aliq̄ no
ta ponit. nam si ibidē. b. rotundū signatur: hæc nota pro fa & molli/
ter: Si vero. b. durū ponitur: ipsa pro mi & duriter cantat. nam tali &
consimili vocū unius in aliā mutatiōe unus cantus in aliū mutatur.

De mutatione vocū unius in aliā. Capit. v. DIS.

**mutatio
vorum**

Vid est mutatio vocū? **MAG.** Est unius in aliā sub eodē so
q no variatio: nō tamē omnib⁹/ nec his qbus conuenit inest eā
liter. **DIS.** Hoc clarius ostendas. **MAG.** nam in clauibus
unā tantū voce habentib⁹ nulla fit mutatio. ut sunt γut. Are. b mi. Si/
militer b fa & b mi acutum & superacutum. nec more imperitorum/
b fa & b mi inter clauēs duas voces habentes enumerabis. **DIS.**
Quam ob causā? **MAG.** quia fa quod cum rotundo ponitur a
mi quod. b. quadro locatur/ semitonio distat: & ideo nec fa in mi nec
mi in fa mutatur: cum mutatio fiat eodem retento sono. In clauibus
autem duas voces habentibus/ voces nullo intervallo distat: & ideo

MVSICAE PRACTICAE

una in aliam mutari potest. DIS. Quot in talibus sunt mutatio-
nes? MAG. duę. Nam primo mutatur vox superior in inferiorem
ascendēdo. Secūdo variat inferior in superiore descendēdo. Sunt au-
tē hę clauē Cfaute: Dfolre: Elami: Ffaut in grauibus. elami: ffaut in
acutis: & cfolfa & dllaol in supacutis. S; in his duobus ultimis am-
b; mutatiōes fiūt descendēdo. DIS. Quot sūt mutatiōes in clauib;
tres habentibus voces? MAG. sex. Primo em mutā vōx primā in
secundā. Secūdo mutā vōx primā in terciā. & Tertio mutā secūda
in terciā ascendēdo. Quarto mutatur vox tertiā in secundā. Quinto
variatur vox tertiā in primā. & Sexto mutatur secūda in primā descē-
dendo. Et sunt hę clauē Gfolreut in grauibus. alamire: dolaute: dlla-
folre: gfolreut in acutis. & aalamire in supacutis. DIS. hę muta-
tionū in notis exēpla subiūgere haud pigriteris. MAG. Exēpla pz-
tebunt. Cauendū tamē est ne fiat mutatio nisi necessitas ascensus aut
descensus regat. DIS. intelligo sane. Sed unde hęc accipiēda est cer-
tando: cū plures fuerint voces in quāuis hę aliā mutare necesse sit?
MAG. Cū plures fuerint voces in istā mutatio fiēda est: q̄ habita
nō fit necesse citius aliā fieri mutationē. Hoc tñ animaduertēduz q̄ nō
sp̄ possumus mutare vocē in vocē: sed fit saltus sine mutatiōe de no-
ta ad notam: ut cōtingit in diapēte ab elami ad bfabmi, simile contin-
get etiam in alijs modis.

voci mu-
tationes.

Cfaute. Dfolre

Elami

Ffaut

Gfolreut

LIBRI QVINTI TRACTATVS.II.

mi la la re re la

ala/

mi re solfaut

ut sol ut fa

la sol

sol la la re re la

sol re

la mi mi la

faut

ut fa sol re re sol

gfolreut

MUSICAE PRACTICAE



De coniunctis & locis eorundem. Cap. vi. MAG.

Si & aliud nonnullis plurimum impeditur in mutationibus afferens: quod silentio præterire nequaquã oportebat.

DIS. Studiosè quid sit te ad docente auscultabo. MAG. Est natura coniectarum. cum videlicet necessitate coacti loco semitonij tonum cantamus & e regione semitonij pro tono contra regulas mutationum præscriptas. quando autem cantandum sit pro tono semitonij / signatura b mollis indicabit / & si pro semitono tonus cantandus sit b durum manifestabit.

DIS. Quoties hæc evenire solent? MAG. Octies.

DIS. non pigrescis quæso per exempla omnia per ordinem dilucidare.

MAG. Prima coniuncta inter A & b graves id est Are & b mi reperitur. & in b mi signatur per b molle: quia ibi loco mi cantatur fa: ob id descendentes in F faut. ut. non in fa iuxta traditas regulas / sed. ut in sol mutamus. sic enim. in b mi fa. in a re mi / in ytre contra naturã claviũ & vocum efficiemus. Exempla sunt in Responsorio. Sancta & immaculata virginitas. in verbo. non poterant. Itẽ in Responsorio Fuerunt sine querela. in verbo. domini. Itẽ in Responsorio. Emendemus in melius. in verbo. miserere. Fide in responsorij. Christi virgo & Circudederunt me. si incipiuntur in D solre. per aliam namq signaturam & inceptionẽ coniuncte evitari possunt. unde incipiendo responsorij. Sancta. in alamire. & responsorij. Fuerunt &c. in elami. similiter & responsorij. Emendemus. coniuncta nulla æuemet. Secũda con-

iuncta reperitur inter Dsolre & Elami: & signatur in Elami per b molle: quia ibi loco mi cantatur fa. unde in descensu in Ffaut: ut in sol mutamus: cum iuxta regulas prehabitas ut in fa mutandus esset. Exempla sunt in antiphona de sancto Gregorio que incipit. Gloriosa. in verbo precibus. & in responso. Gaude maria. in verbo. interemisti. Itē in anti. O crux gloriosa. cū canitur. admirabile signum. & pluribus alijs Si responso. Gaude & antiphona. O crux. in Elami siue in alamine inceperis cōiunctas citabis. Tertia est inter Gsolreut & Ffaut. & signatur in Ffaut per b durū: quia ibi pro fa cantatur mi: in descensu mutando re in sol in alamine contra naturā: quia ille sol non est sed re in la mutari deberet. Exempla sunt in cōmunionē. Beatus seruus. cū canitur. inuenerit vigilantē. Et in responso. Q. uē est ista. quod cantatur de assumptiōe beatę virginis. in verbo p. desertū. vitabis tamē cōiunctas incipiendo. Beatus seruus. in alamine. Similiter responso. quē est ista. Quarta accipit inter Gsolreut & alamine: & signatur in alamine per b molle: quia ibi cantat fa pro mi: mutando re in fa per ascensū. Exempla sunt in cōmunionē. Fidelis seruus. ubi canit. in tempore. & in responso. Formauit igit. ubi canitur. & factus est homo. Quinta accipit inter dolfaut & dlasolre: signaturq; per b durū in dolfaut: eo qd ibi pro fa cantat mi: accipiendo in mutatione in elami sol loco mi. Exempla sunt in alleluia de assumptione marie: si incipitur in alamine: quia incipiendo in Ffaut citatur coniuncta. Similiter incipiendo cōmunionē. Beatus seruus. in b fabmi: coniuncta hęc quērit in dictione vigilantem. si autem incipitur in alamine: citatur. Sexta reperitur inter dlasolre & elami. signatur quoq; per b molle in elami: quia ibi pro mi cantatur fa: mutando in dlasolre re in mi: quā debet regulariter mutari in sol. Exempla sunt in introitu. Adorate dominum. & in antiphona. Immutemur habitus. ubi canit. ieiunemus. Et in responso. Gaude maria de purificatione. ubi canitur. erubescat & in responso. Ite in orbem. &c. Septima coniuncta quērit inter gsolreut & ffaut excellentibus. & signatur in ffaut per b quadrū: quia erit ibi mi pro fa: mutando la in re in elami contra naturā: clauis. Exempla sunt in antiphona. Hodie maria virgo. & in responso. Ingredus pylatus. ubi canitur. iudeorū. & in. Cum appropinquaret. quod in dfe palmarū canitur. ibi. si quis vos. si incipitur in gsolreut. Octaua cōtingit inter gsolreut & aalamire: & signatur in aalamire p b molle: quia erit ibi fa. Verum tamē si quis in omnibus dictis coniunctas citare voluerit: aut saltem pro maiore parte a finalibus cantuum ad affinales suas confugiat: alius inchoando: & signando quam prima compoſitio habet. Ad modos stilum veramus.


De Modis. Capitulum septimum. DIS.

¶ Videtis Modū in musica & an ne idē quod in logica de propositionibus modalibus & syllogismorū principijs modus di-


MUSICAE PRACTICAE

titur? MAG. Nō idem: sed id quod iam supra interuallū diximus
hic modū appellamus. DIS. Est igitur modus soni acuti grauiq;
distantia? MAG. Optime. nā ita interuallū definitum est. DIS
Quot sunt modi? MAG. ne decim. videlicet Semitonium. Tonus
Semiditonus. Ditonus. Diatesseron. Diapente. Semitonium cum dia/
pente. Tonus cum diapente. Semiditonus cū diapente. Ditonus cū
diapente: & Diapason. Penultimus autē & antepenultimus inutilitati
sunt insup Semidiapēte & Trimon⁹ modi sunt phibiti. Unisonus vero
cui⁹ voces nullaten⁹ distant: modus nō est. Sunt nōnulli qui. 9. mo
dos in prosa quadā & uariete dactylāndos pueris pponunt: quatenus
saltus huiusmodi memoriæ infixi: promptū cantorē reddant. Et quia
hæc ita esse experientia plurimos docuit/ notulas eorū dē subiungā.

modi musi
cales




Ter terni sunt modi quibus om nis cantile na contexi



tur. Scilicet Unisonus Semitonium Tonus



Semiditonus Ditonus Diatesseron Dia



pen te Semi toni um cū dia pen te Tonus cum di








apen te Ad hæc sonus di a pason si quem de lec





tat eius hunc modum est e cognoscat. Cūq; tā pau

p h

LIBRI QVINTI TRACTATVS. II.




modi pro
hibiti



MVSICAE PRACTICAE



Semidiapente. & fit verum diapente si b rotundum in b quadrũ mutatur. illud autẽ additum duobus tonis & duobus semitonij mi/ nonbus: quos semidiapente cõrinet fit diapente perfectum: constãs tribus tonis & uno semitonio minore.



Tritonus

De Tonis. Capitulum. viij. DIS.

Ernecessaria videtur mutationũ atq; modorũ noticia: quã tñ p paucis admodum tradidisti regulis: nunc quẽso ad instituta redeas & de clauibus tonorũ si qd habes in mediũ feras. MA.

Tonorũ clauẽs impẽrite queris qui nondum quid aut quot sint toni intelligis. DIS. Quid igitur est tonus? MA. Est regula cantus regularis cursum naturalem in sine determinãs, alius est igitur is tonus ab eo quẽ supra inter modos nominauim⁹. DIS. Quot sunt toni?

MAG. Octo videlicet dorius: hypodorius. Frigius: hypofrigius: li dius hypolidius. mixolidius: & hypomixolidius. DIS. Et hos qdẽ in superioribus nominasti? MA. Etã & unde hęc sortiti sint vocabu la explanauit: atq; quibus nominibus latinis efferantur expressi. nam dorius primũ: hypodorium secundũ: & sic de alijs nominant. Vnum tamẽ in p̃sentia superaddẽdũ puto. Quoniã ex his quattuor autẽti & quattuor plagales dicunt̃. DI. Autenti qui sunt? MA. Primus Tertius Quintus & Septim⁹ sic dicti: q̃a auctoritatẽ ascẽdẽdi maiore habẽt ceteris. Ascẽduntẽm a finalibus p̃prijs usq; ad octauã regulari ter. Ad nonã licencialiter. ultra vero nõ nisi irregulariter. A finali autẽ nõ nisi ad unam vocẽ regulariter descendunt. li diũ siue quinto dem/ pto: qui propter cuitare semi diapente in finali manebit, differt autem semi diapente a perfecto diapente in semitonio maiore. DIS. Pla gales qui sunt? MAG. Secundus plagalis primus, quartus plagalis tertius, Sextus plagalis quintus, & octauus plagalis septimus. Sic dicti, quoniam magis quã priores descendunt & minus ascendunt. Vnde plagales a finali ad quartam tñ vel quintã & raro ad sextam scandũt. sed usq; ad quartam vel quintam descendunt; dempto sexto qui p/ pter cuitare semidiapente non descendit. Habent autem autentus & suus plagalis eandem finalem. Ex dictis quoq; tonorum extremita/ res facile deprehendes.

Tonus

toni octo

Autenti

Plagales

P iij

LIBRI.V. TRACTATVS .II.

De clauibus tonorum finalibus. Capitulum nonum. DIS.

Finales Vid per finales tonorum intelligis? MAG. Tonorum clauēs
Affinales DIS. Quę sunt tonorum clauēs? MAG. DEFG. graues. In his em̄ tonorum finis regulariter constitutus est tali differētia. ut D sit finalis prothi (qui primū & secundum continet) E finalis deutri (qui tertium & quartum continet) F finalis triu (qui quintum & sextum habet) & G finalis tetradi (qui septimū & octauū comprehendit). Et preter finales sunt quędam clauēs quas tonorum affinales dicunt. DI. Quę sunt? MA. a b c acutę. Nam toni nō semper in finalibus proprijs sed in his quoq; finem suū statuunt: ut prothus in a: deutus in b & tritus in c. Tetrardus vero affinalem nō habet: sed in propria finali semper stabit.

De clauibus tonorum initialibus. Capitulum decimum. DIS.

tonorum initialia Am satis luculenter tonorum fines monstrasti de inijs eorundē idē te facturū velim. MA. Initia toni primi sunt C D F. graues & a acuta similiter & E grauis: sed raro. Initia secundi toni sunt A C D F. graues. similiter & E grauis: sed raro. Initia tertij toni sunt E G. graues & c acuta: similiter F graue: sed raro. Initia quarti toni sunt C D E F G. graues similiter a acuta sed rarissime. Initia quinti toni sunt F grauis a & c acutę & G grauis sed raro. Initia sexti toni sunt C D F graues similiter G grauis: sed raro. Initia septimi toni sunt G grauis & a b c d acutę. Initia octauī toni sunt C D E F G graues & a c acutę & si preter hęc alia reperiunt initia/ tolerāda potius quā imitanda sunt. Ex his facile cuius toni cātus seu tropus sit iudicandū censeo: si ad hęc ea quę de ascensu & descensu autentorum atq; plagalium dicta sunt tenacī cōmendaueris memorię. Nam p clauēs tonorum initia & fines: & p naturā ascensus & descensus earundē mediā & ex consequenti totus cursus deprehendit. Sed hoc quoq; animaduertendū tropos nōnunq; p mixtos habere tonos: & isti toni principalis sc; autentici iudicantur si eę liter mixti sint: nā cum inēqualiter duobus tonis miscentur illius sunt cuius naturā magis participant. Omnīū dictorum annotatio expressa est in figura diuisionis mono chordi: cui & manugāmaut adiunctum est. quęre supra parte prima huius libri. c. 15.

De inijs tenorum cuiusuis toni. Capitulum undecimum. MAG.

p Ost tropos autē quos antiphonas dicunt in diuinis laudibus solent psalmi decantari in tenore toni cuius antiphona fuerit proportionato. quod ut facilius intelligas tenorum quorumuis tonorum initia/ fines atq; cursus enodabo. DIS. Quę igitur sunt


MVSICAE PRACTICAE

tenorū initia. MAG. Tenores sua initia nō in eadem: sed diuersa habent clauē. Nam tenor primi quartiatq; sexti tonorum in a acuto incipit. Tenor vero secundi toni in f finali initium sumit. Sed tenores tertij quinti & octaui tonorum in c acuto incipiunt. Tenor autem septimi toni in d acuto incipit. Et hec vera sunt cum toni in proprijs finalibus finem suum ponūt: nam si in affinalibus finiuntur: tenores initia sua scdm pportione dictarum distantiarū eleuant. Initium enim tenoris primi tonia finali eiusdem per diapente distat. Secundi per semitonium. Tertij per semitonium & diapente. Quartij per diatesseron. Quintij per diapente. Sextij per ditonium. Septimi per diapente. Octaui per diatesseron a sua finali aberit quod facile is metris deprehendes. Pri. re la. se re fa. ter mi fa. quart. qnōq; mi la. Quint. fa fa. sexta fa. sept. ur sol. oct. tener ut fa. DIS. Quid p tenorē intelligis? MA. Seculorum amen. quod in libris p vocales harum dictionum in hūc modū designatur. Euouae. nam hoc ultimū est in gloria patri. quod post cuiuslibet psalmi finem decantatur.

Tenor

Decursu & fine tenoris. Capitulum. xij. MAG.

Ognis itaq; ut praemissum est tenorum initijs: eorundem cursus atq; fines principales sequenti neumate intelligas.



hydrie positae. Septem scholae sunt artes. Sed octo sunt partes.

Fines autem principales dixi. nam tenores alios fines habent minus principales: quos differentias nominamus. DIS. Quod differentias habet quilibet tenorum? MAG. Primus habet quinq;. Secundus nullam. Tertius quattuor. Quartus quattuor. Quintus unam. Sextus unam. Septimus quattuor. Et octauus quattuor. ut patet hic infra.

p iij

LIBRI.V. TRACTATVS .II.

Tonorum Differentiæ.



Primi toni differentia prima. Secunda differentia. Terti



differentia. Quarta differentia. Quinta differentia



Terti toni differentia prima. Secunda differentia



Tertia differentia Quarta differentia



Quarti toni differentia prima. Secunda differentia.



Tertia differentia Quarta differentia.



Quinti toni differentia Sexti toni differentia





Septimi toni differentia prima Secunda differentia.



Tertia differentia Quarta differentia

MVSICAE PRACTICAE



Applicatio tenorum ad psalmos. Capitulum tredecimum. DIS.

Videtur tenores cum differentiis eorundem/ iamiam satis clare/ intelligi: sed eas applicare ad psalmos (cui in superioribus precepisti) nondum noui. MAG. Tenores non aequaliter omnibus psalmis/ sed aliter minoribus atq; aliter maioribus applicantur. Psalmos autem minores dico. 150. quorum Dauid saltem p maiore parte auctor fuit. & Cantica ex prophetis assumpta. Maiores vero Magnificat: quod virgo gloriosa in visitatione Elisabeth cecinit & Benedictus quod Zacharias pater Ioannis baptistae prophetico spiritu affatus decantauit. Nunc dimittis. quoq; qd Simeon senex Iesum puerum in ulnis tenens cantauit. Ad hos singulos si placet/ tenores in notarum descriptione applicabo. DIS. Placet. MAG. Sequitur descriptio in qua musicae finem statuimus. verumtamen in psalmis in quibus medium siue dictio in qua sit pausa/ est monosyllaba vel hebraica/ aut apud nos indeclinabilis/ ipsa contra toni natura debet eleuari.

Intonationes tenorum per octo tonos. Primus Tonus.



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ppter qd loc. sum




Magnificat anima mea dominum. Benedictus dñs deus Israel,

LIBRI.V. TRACTATVS .II.

Secundus tonus




Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ppter qđ loc. sum



Magnificat anima mea dominum. Benedictus dñs deus Israel

Tertius tonus



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ppter qđ loc. sum




Magnificat anima mea dominū. Benedictus dominus deus Israel

Quartus tonus



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ppter qđ locutus sum



Magnificat anima mea dominum. Benedictus dñs deus Israel

Quintus tonus




Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ppter qđ locutus sum



Magnificat anima mea dominū. Benedictus dñs deus Israel

MVSICAE PRACTICAE

Sextus tonus



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ppter qđ loc. sum




Magnificat anima meā dominū. Benedictus dñs deus Israel.

Septimus tonus



Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ppter qđ loc. sum



Magnificat anima mea dominū. Benedictus dñs deus Israel

Octauus tonus




Dixit dñs dño meo: sede a dextris meis. Credidi ppter qđ loc. sum.



Magnificat anima mea dominū. Benedictus dñs deus Israel

Differentia peregrina.



In exiū Israel de ægypto domus Iacob de populo barbaro.

Finis Musica. Sequitur Geometria.



**Liber sextus de elementis Geometrię Tractatus pri-
mus. De definitione nomine & inuentoribus Geo-
metrię de eius quoq; utilitate & laudibus. Capi-
tulum primum. DISCIPVLVS.**

9 Vas hesterno vespere canendi exposuisti regulas: totā hāc
noctem insomne agens in Antiphonario clare inueni: pba/
ui: nec necesse est te in illarū dilucidatione diutius imorari:

Euclides Geometriā potius aggredere: & sub breuitate principia illi/
us ediffere. **MAG.** Geometrię elemēta & principia abunde tradidit
& conscripsit: Euclides pater: ut aiunt hypocratis: at vero quoniā mul-
ta sunt & sine interprete: ab incipiētib; minus intelligibilia: tibi ex his
necessaria elicere ac dilucidare conabor: quibus intellectis: cetera
quoq; facilius leges. **DIS.** Placet quod conaris: sed primū quid sit

Geometria edictor. **MAG.** Geometria est disciplina magnitudinis
immobilis formantq; descriptio cōtemplatiua: per quā uniuscuiusq;
termini declarari solent. vel est disciplina magnitudinis & figurę quę
scdm magnitudinē contemplatur. **DIS.** Vnde hęc disciplina Geo-
metria dicitur. **MAG.** A terra & mensura. γη γὰρ græce latine terrā
dicunt. & μέτρον græce latine mensura exprimitur. Hinc dicta Geo-
metria (mutando ita siue ἡ græcum in e latinum) quasi terre mensu-
ra. **DIS.** Nullius igitur nisi terrę per ipsam mensura habetur.

**Geome-
tria**

MAG. Nequaquē sed cuiusuis magnitudinis p ipsam reperitur mē-
sura: attamen a terra nomen obtinuit. Nam primo circa terrę diuisio
nem inuenta traditur. **DIS.** Quomodo igitur & a quibus inuenta
est. **MAG.** Ab ægyptijs ut ait Alforabius pro necessitate diuisionis
terminorum terrę: quos tamen Nilus inundationis tempore limo ob-
ducens confundebat: eos ipsos Ægyptij geometricis principijs rursus
distinguebant: unicuiq; quod suum est reddentes. **DIS.** Vtilis igi-
tur & necessaria huius disciplinę cognitio est. **MAG.** Vtilitatē eius
in sequentibus experientia cognosces cum mensurandi modum in/
strumento deprehenderis. Singulas tamen geometrię utilitates enu-
merare hāud possibile existimo: per ipsam namq; totius terrę ambit⁹
& profunditas indagatur: superficies quoq; & terrę & maris miro mo-
do distinguitur. ut in ptholomei cosinographia videre est omnium
corporū celestiu orbium sc; & stellarū magnitudines p geometriā de-
monstrant. ut daret in Almagesti ptholomei. Et qd omnibus longe p-
pono p ipsam geometricā disciplinā Theologię ac primę phię pfun-
diora rimant secretius: atq; cōtemplantur altius sicut luce clarius pā-
ter in libro quē (vir apprimē doct⁹ Nycholans de Cusa Cardinalis)
de docta ignorantia scripsit. Et colūne ecclesię pfunda qdā sacrosancti
euangelij mysteria: & numeris & mathematicis figuris pandere ne/

**Geome-
trię inuen-
tio**

**Alforabi-
us**

**Prolome-
us**

**Nychola-
us de cusa**

LIBRI SEXTI TRACTATVS PRIMVS

flexere minime: pleni sunt illis q̄s cōscripserūt cōmetarū & nomelię. Sed his finē imponēs p̄cipia ei⁹ nunc aggrediar.

De puncto & linea. Capi. ij. DIS.

Vx sunt Geometrię p̄cipia? MAG. Sunt punctus: linea superficies: corpus: cōmunes animi cōceptōnes & conclusiones. DIS. Quid est punctus?

MAG. Est magnitudinis p̄cipiū: cuius pars nulla est (quia indiuisibilis est) qui cū in longū fluere intelligitur lineam causat. DIS. Quid est linea. MAG. Est longitudo sine latitudine. Fines autem siue termini lineę sunt puncta. DIS. Linea igitur ex punctis est. MAG. Minime si enim infinita addideris puncta/ nullam lineā aut aliā magnitudinem efficies. Nam indiuisibile additū indiuisibili nō facit maius: sed hoc in naturalibus latius discutiendum venit. DI. Linea quottuplex? MA. Duplex scz recta & curva. DIS. Linea recta quę est? MAG. Est quę equaliter in suis p̄tendit punctis: vel quę ex equo puncta sua interiacet. vel ut p̄cipi hui⁹ disciplinę Eudidi placuit. Linea recta est ab uno puncto ad aliū breuissima extensio in extremis

Eucūdes

Linea termini

Linea recta
Linea curva


Quadratus





Circulus



Hexagonus



Sphaera




De speciebus lineę rectę. Ca. iij. DIS:

Iameter qd est? MAG. Est linea/figurā cuius ex dimensib⁹ p̄cta sua applicat/ in duo eq̄lia diuidēs. dicit enī a dia qd est duo & metrō mēsurā. & hęc linea in qdrato & circulo p̄p̄ia diamet̄ dicit in sphaera axis nominat/ sed in polygonis/ diagonalis q̄si duos angulos tangens appellat. DI. Chorda qd est? MA. Est linea recta circulum nō diuidens in duo eq̄lia. Linea v̄o semicirculū in equa diuidēs/ semidiameter dicit. DI. Costa qd est? MA. Est latus quadrati. DIS. Basis quid est? MAG. Est linea figurę planę quę tota iacet in fundamento siue plano. Linea vero nūc eq̄

Corpus




GEOMETRIAE SPECVLATIVAE



liter supraposita dicitur conuexus. Linea vero in figura plana perpendiculariter eleuata: dicitur cathetus. Linea autem non perpendiculariter eleuata: hypotenusa appellatur. DIS. Linea perpendicularis quae est? MAG. Est linea alteri supraposita rectos & equales causans angulos. hinc & orthogonialis dicta est. ab orthos rectum & gonos angulus. Lineae aequaliter ubique distantes: parallelae nominantur. quae si in infinitum protrahantur non concurrunt. Linea autem quae circulum tangit in puncto: linea contingentiae dicitur.

De speciebus lineae curuae & lineis irrationalibus. Capitulum quartum. DIS.

Linea spiralis




Inea curua quatuorplex est? MAG. Multiplex quaedam enim circumferens siue perimenter dicitur. quaedam flexuosa: quaedam spiralis &c. DIS. Linea circumferens quae est? MAG. Est linea cuius signa ex utraque parte conuata & a se inuicem distantia sunt: quae si concurrunt linea circumferens efficitur cuius medietas semicirculus non inepte dicitur.

DIS. Linea flexuosa quae est? MA. Est linea curua in suis partibus a medio inaequaliter eleuata ut patet in figuris. DI. Linea spiralis quae est? MA. Est linea circumferens quae si circumducitur in eundem punctum non redit. Era quibusdam elica dicitur: a grecis autem ἐλικοειδής id est circumuoluta vel circa centrum in plano vel circa columnam. ut in figuris. Sunt & praeter has lineae plures quas irrationales dicunt: ea propter: quoniam quadrata earundem nulla commensuratur aut numerat superficies. Et sunt tredecim in specie: scilicet medialis binominum: bimediale primum bimediale secundum. linea maior. potens in rationale & mediale. potens in duo medialia. residuum. residuum mediale primum. residuum mediale secundum. linea minor. linea quae iuncta cum rationali componit mediale. linea iuncta cum mediali constituit totum mediale. Et rursus binominum est sextuplex. similiter & residuum: sed quoniam haec speculatio in geometricis exercitatu ingenium requirit: silentio libuit pertransire.

De angulo & eius speciebus. Capitulum quintum. DIS.

Via in descriptione lineae perpendicularis angulum posuisti nehuiusmodi fallat ignorantia ipsum describas. MA. Angulus est duarum linearum sese tangentium: & non in dicto iacentium ad alteram conclusionem. DI. Angulus quatuorplex:




Linea parallela

Linea non parallela

Linea contingens




Linea semicircularis




Angulus

LIBRI SEXTI TRACTATVS PRIMVS

Angulus
Acutus Obtusus Rectus



Angulus
supficialis



Supficies recta



est: MAG. Duplex scilicet rectus & non rectus. DIS. Quis est angulus rectus? MAG. Est angulus ex incidence lineę rectę sup rectā perpendiculariter causatus. Sed angulus nō rectus duplex est: scz obtusus & acutus: unde obtusus recto maior est: acutus vero minor est. DIS. Angulus rectus obtusus item acutus q̄mplex est? MAG. qui libet duplex est: scz plan⁹ & spheralis. DIS. Angulus planus quid est? MAG. Est duarū linearū in plano sese tangentū & non in directo iacentū conclusio. DIS. Angulus spheralis quid est? MAG. Est angulus ex duobus circulis sese secantibus causatus. Cum vero duo circuli aut linea recta circulū in puncto tetigerit: utrinq; angulus contingentię causatur. DIS. Angulus planus quomplex est? MAG. duplex: scz supficialis & solidus. DIS. Angulus Supficialis quis est? MAG. Qui ex lineis in plano iacentibus in unaq; supficie cōcurrentibus causat. Et hōi quidā coalterni dicunt: quiscz sūi quo ad supius & inferi⁹ alternant. DIS. angulus Solidus quis est? MAG. angulus solidus siue corporeus est angulus quē continent anguli plani plures q̄ duo in diuersis sitæ supficiebus in unū cōueniētes punctū angularē. & nullus talū. 4. rectos & planos potest valere. Quilibz aut dictorū angulorū duplex est scz intrinsecus qui in figura. & extrinsec⁹ q̄ extra figure clausiōē continet. Est & p̄ter hos angulus q̄ circuli dicit: is scz q̄ sub duobus a centro ductis lineis ad circūferentiā: cuius aliquā comprehendunt particulatim continetur. ut hic *


De Supficie & eius speciebus. Cap. vi. MA.

Vēadmodū autem ex fluxu puncti in longū lineā; causari ita ex fluxu lineę in latum superficiē fieri imāginantur mathematici. DIS. Quid est Superficies? MAG. Est longitudo & latitudo sine profunditate. & est duplex recta videlicet & curva. DIS. Superficies recta quę est? MAG. Superficies recta quam & planā dicimus: est quę in suis lineis æqualiter continetur. ut a Per oppositum Superficies curva dicitur quę in suis lineis nō æqualiter continetur. ut b Et hæc si corpus in exteriorē terminauerit partē: convexa dicitur: uti exterior vasis supficies Si vero corpus in interiorē finierit partē: concava appellatur ut vasis interior supficies. Est item & alia superficiei partitio. nā quædā unica: q̄daz vō plurib⁹ continet lineis DIS. Quę superficies unica linea continetur? MAG. Circularis quę est sine angulis: hæc enim unica (videlicet circulari) continetur linea: & est circulus.

angulus

Angulus planus

Angulus solidus



GEOMETRIAE SPECVLATIVAE

De Circulo & eius speciebus. Cap. vii. DIS.

Vid est Circulus? MAG. est superficies plana uni
q ca linea (quę circūferentia siue perimetre dicitur) cō
tenta: in cuius medio punctus est: qui centru: circuli

appellatur: a quo omnes lineę rectę ad circūferentia: ductę
sunt eęles. ut c Suntraut circulos: quidā Concentrici qum
scz centru unū est. ut d quidā ꝑo Eccentrici: quorū scz centz
unius est extra centru alterius. ut e & rursus si circulū line/
is diuidas / parū diuisiones qdaz semicirculi: qdaz ꝑo por/
tiones circuli solent appellari. DIS. Semicirculus qd est?


MAG. est superficies plana diametro & medietate circū/
ferentię cōtenta. ut f Si em lineā p circuli centru circūferē
tia: ex utraq parte tāgentē duxeris: duos semicirculos effici
es. DIS. Quid est portio circuli? MAG. est superficies
plana / recta linea extra circuli centru cadente & pre circūfe/
rentię cōtenta. & hec linea recta / chorda dicitur. pars ꝑo cir/
cūferentię / arcus appellat. ut g unde cū circulus ita in por/
tiones fuerit diuisus: ea in qua centru circuli est / maior: reliq
ꝑo minor portio appellat. Figura ꝑo q sub duabus a cen/
tro ductis lineis & arcu circūferentię cōmet: sector siue leg/
mentū circuli dicit. ut in exēplo dicto. & tantum de superfi/
ciebus unius contentis lineis.

De Triangulo & eius speciebus. Cap. viij DIS


Vē sunt superficies pluribus cōrentē lineis? MAG
q Sunt superficies angulares siue polygonę: & appellā
tur trianguli: qdranguli: pētagoni: hexagoni: hepta/
goni: octagoni: nonagoni: decagoni. & de alijs in infini/
tū pcedendo. DIS. De his p ordinē dicas: & primo quid
sit triangulus explanes. MAG. Triangulus est superficies
plana tribus lineis cōtenta: habens tres angulos duobꝑe/
tis eęuales. & hæc superficies ab angulis triangula / a lineis
ꝑo trilatera appellat: & scđm horū variationē in plures spe/
cies parti. DIS. Quomodo? MAG. nā si omnes lineę
eęuales fuerint / triangulū q Isopleuros dicit constituūt. ut h

Si ꝑo duę lineę tantū eęles fuerint / cū inēquali triangulū q
Isosceles appellatus est efficiūt. ut i Si autē tres lineę inē/
les fuerint / triangulū q Scalenos dictus est cōdudūt. ut k
nec possunt trianguli secundū lineas amplius multiplicari:
secundū vero angulos alia sortiunt nomina. DIS. Quę
MAG. nā triangulus unū rectū habēs angulū / orthogō
niū dicit. ab orthos rectū & gonos angulus. Triangulus
autē obtusū habens angulū / ampligonius nominat. Is ve

q




Scalenos



orthogonius



ampligonius




LIBRI SEXTI TRACTATVS.I.

ro q omnes acutos habet angulos/exigonijs appellatur o⁶ origonius
v⁶ enim acutus dicitur. quon⁹ exēpla hic vides depicta.


De Quadrangulis. Capitulū nonū. DIS.

Quadrā
gulus
quadratus parallelo
gramum




supplemētū

quadrātū altera pte




Romboides



Vadrangulus quid est? MAG. est superficies. 4
q contra lineis. 4. angulos constituentibus. unde & ab
angulis qdrangula/a linea y o siue lateribus quadri
latera est appellata. DIS. Quotuplex est quadrangul⁹
aut superficies quadrilatera? MAG. quintuplex. Si enim li
nēx quattuor æque fuerint/ quadratū equilaterū atq; rectā
gulus constituent. Et hoc quadratū parallelogramū a mathe
maticis est appellatū. Si autē duę oppositę tantū equales fu
erint: quadratū altera parte longius constituent. quod qui/
de rectangulus sed nō equilaterū est. quod nōnunq; supple
mentum dicitur/ si quadrato primo fuerit adiectus. Si autē
lineæ. 4. equales non orthogonaliter se tetigerint: quadratū
equilaterum sed non rectangulus. quod Rombus dicitur cō
stituunt. Sic & quattuor lineæ quæ oppositæ tm æquales
fuerint: Romboidē faciunt: quadratū sc; nec æquilaterum
nec rectangulū: quod quidā helmuaīm (sed male) appellāc
Et præter has omnes superficies/ quadrilateræ trapezia id est
mēsulæ appellantur.



equilaterū




rectā g⁹.

Rombus



Mensula.





De Pentagonis & reliquis. Cap. x. MAG.

X dictis facile deprehendes quid pentagonus: quid
hexagonus. & sic de sequentibus. Nam sicut triangu
lus tribus/ quadrangulus quattuor cōtinetur lineis sic
pentagonus quinque/ hexagonus sex & sic de alijs sequenti/
bus: & nōminantur hæ superficies ab angulis yovo⁶ enim
angulum significat. a lineis vero pentilater: hexalater. &c.
possunt nominari. DIS. Harum aliquas descripiōes sub
iungas. MAG. Faciam. & ecce quod peris/ iam depictū
conspicis. Et tantum de superficiebus: consequenter viden/
dum erit de corporibus.



heptagonus. octagonus. eneagonus. decagonus. undecagonus



De Corpore & eius speciebus. Ca. xi. DIS.

Corpus.

Vid est Corpus? MAG. Est longitudo cum lati
tudine & profunditate. Si enim superficies in pfu/
dum fluere intelligatur: corpus causabit: quod lineis

GEOMETRIAE SPECVLATIVAE


tribus sese orthogonaliter in uno pūcto secā-
tibus dīmētionatur: in longū videlicet latum
& p̄fundū. & harū linearū extremītes / diffe-
rentē positionis nominant: his designatę vo-
cabulis. sursum. deorsum. ante. retro. dextro-
rum & sinistrosum. Vt si lancea

una p̄ verticē capitis humani in-
traret & per anum exiret: metire-
tur longitudinē. & alia intrans p̄
pectus & exiens in dorso metire-
tur profunditatē. & tertia intrās
per latus unum & exiens p̄ ali-
ud metiretur latitudinē. DIS.
Quotuplex est corp⁹? MA.
duplex. Regulare & Irregulare.

regulare DIS. Regulare qđ est? MA.
Quod habet uniformitatē in
angulis & lateribus. per opposi-
tum definitur Irregulare. DIS
Regulare ātuplex est MAG.
duplex. videlicet agōn siue sphe-
ricum & conicum. DIS. Cor-

Sphericū pus sphericum qđ est? MAG
Corpus sphericū siue sphaera: est
corpus rotundum unica superfi-
cie contentū: in cuius medio p̄-
ctus est: a quo omnes neq̄ du-

ctae ad superficiem continentē sunt ēquales. & de hoc latius
videndū erit in astronomiciis speculatonib⁹ DIS. Corpus
conicū qđ dicit? MAG. corpus qđ habet angulos. & est
quintuplex: sc̄z tetrahedron. hexahedrō. octohedrō. duode-
hedrō & icohedrō. DIS. Tetrahedron qđ dicit? MAG.
qđ ex. 4. triangulis isopleuris est constitūtū & habet angu-
los planos. 12. qui. 4. solidos efficiunt. in eo enim tres plani
unū cōstituant solidū. & huic sapiētes ignē assimilabant:
eo qđ ignis sub pyramide sc̄z laterata sursum videtur ferri.
Octohedron ȳo est quod ex. 8. isopleuris integratur: & ha-
bet āgulos planos. 24. & 6. solidos. in eo nāq̄. 4. plani unū
solidū faciūt. & huic sapiētes aerē assimilabāt: eo qđ in mo-
tu sursum ignē subsequatur. Hexahedron est quod ex. 6. su-
perficiebus qđratis ēque lateribus & ēque triangulis integra-
tur quorū quilibet in. 4. asosceles resoluit. & continet angulos pla-
nos. 24. & 8. solidos. & alio noīe dicit corpus cubū / tessera
hīs similitudinē. & huic terra p̄p̄t eius imobilitatē assimilabāt:



tetrahedron



octohedron



hexahedron.



qđ

LIBRI.VI. TRACTATVS PRIMVS

duodehe
dron

DIS. Duodehedron quod dicitur MA. Quod ex sup
ficiebus pentagonis duodecim integrat: & habet angulos
planos. 60. & solidos. 20. In ipso em semper tres plani unū so
lidum faciūt. Echūc assimilāt totū uniuersum in q̄ sūt duo
decī signa & gradus. 360. Sic & in illo corpore sunt pentago
ni duodecim: quorū quilibet in qnq; isopleuros: & horū qui
libet in sex scalenos paritūs. 360. scalenos efficiūt: aut q̄a cē
tera oīa instar uniuersi cōtinet. DIS. Icohedron quod est?

MAG. Icohedron est quod ex viginti isopleuris cōponi
tur & cōtinet angulos planos. 60. & 12. solidos. in eo em sp
qnq; plani unū solidū faciūt. & hoc corpus aq̄ attribuit eo q̄
aqua sua fluxibilitate valde mobilis sit. Et hęc duo ultima i
plano haud facile geometrice depingi possunt: sed sunt ut sē
pe apud me vidisti fili mi inter regularia corpora.

De Corporibus irregularibus. Ca. xij. DIS.

Va corpora sunt irregularia? MAG. Quae in suis
q angulis & lateribus uniformitatē nō hnt. & sūt Ouale
lenticulare: colūnare: pyramidale: seratile. & sic de
alijs. DIS. Quod corpus dicitur ouale? MAG. Corpus

ouale est transitus portiois semicirculo minoris / chorda fixa
manēte: & habet silitudinē ouī in q̄ scz axis longior est cete
ris diametris. DIS. Quod est lenticulare? MA. Est trāsī
portionis semicirculo maioris sup chordā fixā / diametro cir
culi eq̄le. & habet lēis silitudinē in q̄ scz axis breuior est cete
ris diametris. DIS. qd est colūnare? MA. Est trāsī paral
lelogrami rectāguli latere rectū angulū cōtinere fixo / spaq̄
supficie donec ad locū redeat circūducta. Sūt aut colūnē qdā
rotūde: qdā vero lateratē scz aut qdrilateratē pri^o colūnā ro
tundā descripsim^o ex q̄ aliq̄ patere pnt. Et hęc colūna enā cy
lindrus notatur. DIS. Corpus pyramidale dūplex est?

MA. Duplex est scz rotūdū & laterale. DI. Corp^o pyra
midale rotūdū qd est? MA. Est trāsīus triāguli rectāgu
li alterutro suorū laterorū rectū angulū cōtinennū fixo & do
nec usq̄ ad locū unū moueri cōpit redeat triāgulo ipso circū
ducto: huius basis erit circulus. DI. Pyramis laterata q̄ est

MA. Est figura corporea quā cōtinet superficies ab una qnū
reliq̄ sūt ad unū oppositū punctū sursum erectē in corpe em
pyramidali laterato / cunctē superficies ipm ambiētes / ab
ipsa basi ad unū punctū eleuant. q̄ conus pyramidis dicitur.
Sunt autē oēs dictē definitiōes causales: ut scz nō ipse trāsī
sed qd p trāsī causā ē corpus intelligat. DI. Quod cor
pus dicitur seratile? MA. Corpus qnq; cōtentiū superficiebus
quarū tres sunt qdrangulē: duē yō triangulē. est em omne

Icohedro



Ouale



lenticulare



columna
re pyrai
dale rotū
dum



Conus



Basis
Conus



Basis

pyramidale
rotundū

pyrami
dale late
ratum

GEOMETRIAE SPECVLATIVAE

1

Sevile



tale colūna trilaterata. sicut est ulna trilatera sartoris. unū corp⁹ tale si erigat sup⁹ sup⁹ficie trilaterā/colūne sc; sititudinē/si ꝑo erigat sup⁹ sup⁹ficie qdrangulā tecti aut domus habet figu/ra. Omnis autē sup⁹ficie sup⁹ quā corpus erigit/basis dicitur reliqua ꝑo sup⁹ficie latera noiantur. Vnde cū in regularib; qlibet sup⁹ficie possit eē basis: hęc corpa mltarū basiu noiantur: & in pyramide punctus basi directē opposit⁹/conus ap pellať. Hęc & cetera irregularia corpa patēt ex his q de nūe/ris arithmetidis disseruim⁹. Iamā his sinē imponerem⁹ nisi eorūde theoremata qdā tibi & iucunda & ꝑ necessaria exalti marē: in quibus aliquas de cōmūnibus animi conceptioni bus edicā. DIS. Ea igitur subiungas velim MAG. Fa/ctiam: ea tñ lege: ut earūde demonstrationes ꝑter exemplares nullas aut falte paucas ponā. DI. Quapropter MA. Quia singula ad intellectū dēmonstrare altioris speculatiois est: & longe maiore tractatum requireret q̄ epitomatīs no/strī breuitas admittit. DIS. Fac igitur ut lubet.

Theoremata de puncto. Ca. xij. MAG.







Rimū igitur de puncto exordiar. de q̄ quattuor theo remata ponātur. quorū Primū. Ab omni puncto ad punctū cōtingit rectā lineā ducere. patet de lineā du cta a puncto c ad punctū d. Secundū. Cōtractus lineę sup li neā: aut planū erectę: Itē lineę & spherę/siliter & contactus spherarū fit in puncto. DI. Qua de causa? MA. Quia lineā latitudinē & sphaera partē rectā nō habet. Exempla sunt de lineā & lineā a e b. de lineā & plano f e g. de spheris g h de lineā & sphaera e f. Tertium. Per duo aut tria in eadē recta lineā puncta impossibile est circūferentiā circuli trāsire patet quia alias in circulo esset aliqua pars plana. Quorum per quolibet tria puncta nō in eadem lineā posita contingit circūferentiā circuli ducere. DIS. Quo ingenio? MA. Illo: sint puncta. a b c. posito pede circini immobili a pun cto a. & alio ultra medietatem extenso versus b. describe se/ micirculum. rursus posito pede circini immobili in b. versus a. secundum. describe semicirculum interfecantē priorē in punctis. e d. pariformiter alios duos semicirculus describas inter b. & c. interfecātes se in punctis f g. duc lineam rectā per sectiones e d. & item aliam per sectiones f g. interfecantē priorem in puncto h qui est centrū. in quo pede circini imo bili posito & alio ad quēvis ductorū punctorū extenso de/ scribes circūferentiā puncta data transeuntem.

Theoremata de lineā. Ca. xij. MAG.


q iij



LIBRI SEXTI TRACTATVS.I.




Et linea ponant theoremata nouē. Primū lineę rectę
 d partē esse in plano & partē in sublimi est impossibile: pa
 tet ex theoremate scđo de puncto. Secundū oēs lineę
 duę quę altera alterā secat in una superficie sunt. ut lineę a b
 & c d. interfecātes se in puncto f. sunt ambę in superficie a b c d
 Tertium unam & eandē lineā esse in diuersis superficiebus est
 possibile. ut patet de lineā in qua duę superficies se interfecant
 ut sint superficies se interfecātes f g & h i. sectio cōis erit lineā k l
 quę intelligat ppendiculariter & erecte transire p punctum e
 hęc cōi sectio (qā cōis est) erit in superficie f g & h i. Quārū
 diameter quadrati est incōmensurabilis siue affimiter costę: p
 batur qā si sic/numerus par esset equalis numero impari qđ
 est impossibile. patet. Sit quadratum: cuius diameter sit a b
 ut. 5. & costā una a c. ut. 3. si igitur diameter esset cōmensura
 bilis costę: tunc a b diameter haberet se ad costā. a c. ut qđ ra
 tum a b numeri ad quadratum numeri a c. ex septima. pposi
 tione decimi Eudidis. Sed quadratum a b est. 25. & quadra
 tum a c est. 9. & rurſus quadratum diametri a b duplum est
 ad quadratum a c costę. ut patebit de triangulis: Igitur nu/
 merus. 25. quadratus diametri numeri. 5. duplus erit ad. 9
 qui est numerus quadratus costę a c. & rurſus. 18. numerus
 duplus est ad. 9. quadratū costę a c. Igitur numerus. 18. est
 equalis numero. 25. p primā animi conceptionē Eudidis.
 quę uni & eidē sunt equalia & sibi inuicē sunt equalia. Quin
 rum data lineā recta sup punctum in ea signatum: lineā per
 ppendicularem cōtingit erigere. DIS. Huius exemplum
 & modum supponas. MAG. Sit lineā data a b & pñctus
 signatus in ea c posito pede circini immobili in a. alio extenso
 ultra medietatē lineę dare/describe portionē circuli. Idchinc
 posito pede circini immobili in b. describe aliā portionē circuli
 si uersus a priorē interfecantē in puncto e ad quē si pñahatur
 lineā a puncto c. erit ppendicularis scđ c e ex definitione lineę
 ppendicularis. Sextum: si recta lineā p duas rectas cecide
 rit/duosq; angulos coaltemos sibi inuicem equales fecerit
 ille duę lineę erit eque distantes. ut sit lineā a b. hęc cadat su
 per duas lineas c d & e f. & secer lineā c d in puncto g. & line
 am c f in puncto h. sitq; angulus d g h equalis angulo e h g
 dico qđ lineę c d & e f sunt eque distantes & parallelę. patet
 ex definitione. Septimū: si fuerint duę lineę uni eque distan
 tes: sibi inuicē eque distātes erunt. ut sint duę lineę a b & c d.
 quarum utraq; eque distet lineę e f. dico illas duas uidelicet
 a b & c d esse eque distantes. pbat p pcedentē: si sup has cecid
 derit lineā g k. Octauum duabus lineis ppositis: temā integ




Eudides

GEOMETRIAE SPECVLATIVAE

cas sub proportionabilitate cōtinua collocare possum⁹. DI.
Q uo pacto? MA. Sint lineæ datæ a b & b d. quas cōiun/
gam. & sit lineā a d. sup quā cōstituo semicirculū & a pūcto
b ad circumferentiā duco lineā b e. hæc erit lineā q̄sita. & p
hunc modū inueniē lineā mediā inter costā & diametꝛ. No
rum lineā ppositā scdm pportione habentē mediū & duo
extrema cōtingit secaretū sc̄ sic tota lineā habebit se ad par
tem maiore: sicut maior ad minorem. DIS. Q uo pacto?




MAG. Eo sit lineā diuidēda a b ex ipsa describat quadra/
tum a b d c. cui⁹ latus d b diuido in duo equalia in pūcto e.
a quo duco lineā in a ad hui⁹ longitudinē pduco e b usq; ad
f. ita ut e f sit equalis e a. Et rursus ex portione b f. cōstituo
quadratiū qd ex ea latere a b secet portione equalē b f. q̄
sit b h. & quadratiū descriptum sit b f h g. erit a b in puncto
h diuisa scdm pportione habentē mediū & duo extrema.
Itaq; quadratum qd puenit ex ductu partis minoris sc̄ a h
in totā lineā videlicet a b m̄ est q̄tū quadratiū qd puenit ex
ductu partis maioris in se. hoc autē in numeris est impossi/
bile. DIS. Q uid est lineā in se ducere? MA. Est quadra/
tum ei⁹ describere: ad qd in potētia est. Et lineā sic in se ducta
est latus quadrati & radix illi⁹ quadrati dicit: quæadmodum
de radice numeri diximus. ut in priore exemplo: lineā b h.
in se ducere est additis alijs tribus lineis equalibus quadrati
iplius constituere quod est b h f g.




Q uid sit
lineā in se
ducere

Theoremata de angulo. Ca. xv. MAG.

Nguli theoremata ponuntur quinq; quorū primum
a Omnis rectę lineæ super rectam lineam stantis duo
utrobic; anguli sunt recti aut duobus rectis equalēs
DIS. Q uando sunt recti? MAG. Cum lineā recta sup
rectam perpendiculariter steterit. Cum vero perpendiculariter
non steterit anguli duobus rectis equalēs sunt: unus scilicet
acutus & alter obtusus. Exempla sunt: lineā a b. super quam
stet lineā c d. perpendiculariter & e f. oblique. Secundum.
Omnium duarum linearum se secantium anguli oppositi
sunt æquales. ut sint lineę a b. & c d intersecantes se in pun/
cto o erunt anguli k l æquales: similiter h e. Ex hac & præ/
cedente concluditur qd omnes anguli aliquod spaciū cir/
cumstantes valent quatuor rectos. Si etiā spaciū in
plures diuisum fuerit angulos. Tertium theoremā quod
similiter ex præcedentibus concluditur tale est. Si duobus
lineis æque distantibus lineā superuenerit duo anguli co/
alterni æquales erunt. Et angulus extrinsecus angulo
q m̄








LIBRI.VI. TRACTATVS PRIMVS



intrinseco sibi opposito æqualis erit: & duo anguli intrinseci ex alterutra parte constituti duobus rectis æquales erūt. ut sint duę lineę a b & c d æque distantes: sup quas cadat linea e f. secans eas in pñctis g & h. anguli g & h sunt coaltermi & eq̃ les. & angulus extrinsecus k: est æqualis angulo intrinseco sibi opposito: & anguli intrinseci m & n duobus rectis sunt equales. Quartū omnis angul⁹ solidus q̃tuor rectis & planis minor est. ut patet in angulo o. Quintū. oīs angulus rectilineus in finis angulis cōtingētię maior est. ut angul⁹ rectilineus a maior est angulis cōtingētię eb. nec crescere poterit angulus cōtingētię donec ad equalitatē recti perueniat. licet semper propius accederet: si enim rectitudinē attingeret iam non angulus contingētię sed rectus esset.



Theoremata de superficie. Cap. xvi. MAG



E superficiebus in genere theoremata. s. sunt. Quorū primū. Sup̃ficies similes sunt/ quare anguli unus angulis alterius sunt equales: lateraq; angulos p̃ quos continētia sunt p̃portionabilia. ut triangulus. a c b. si similis est triangulo. a d e. q̃a angulus. c. æqualis est angulo d. quia ambo recti. & angulus. f. æqualis angulo. e. qm̃ coaltermi. & similiter angulus. h. angulo. b. latera quocq; hos angulos cōtinentia sunt p̃portionabilia. Nā sicut se habet latus b c. ad latus. c a. ita se habet latus. a d. ad lat⁹. e. amplior huius theorematis deductio patebit infra in praxi. Secūduz Sup̃ficies mutekesia id est mutuoꝝ laterū sunt/ inter quorū latera incontinua p̃portionalitas retrāsiue habetur. ut sunt superficies. c d f. & b a c. In his enim proportio lateris a b. se habet ad p̃portionem lateris. d e. sicut p̃portio lateris e f. ad p̃portionē lateris. b c. Tertiū. Sup̃ficies ærecta est sup̃ superficie cum ab eodē pñcto lineę quę est terminus cōmunis illaz sup̃ficies: duę lineę p̃pēdiculares sup̃stāt rectum cōtinentes angulū: & in eisdeꝝ superficiebus sitę sunt






DIS. Exemplū addas. MAG. Si sup̃ficies iacens. c d e f. & sup̃ficies ærecta super hanc. a b c d. Est itaq; linea cōmunis terminus harū. c d. in qua signato pñcto. g. p̃trahātur duę lineę p̃pēdiculares sc̃z. g h. in sup̃ficie ærecta & g k in iacente. Si hę lineę angulū rectū cōtinent sc̃z. g. sup̃ficies. a b c d. orthogonaliter ærecta est sup̃ superficie. c d e f. ut p̃ponit theoremata. Quartū. Sup̃ficies equę distant q̃ si in infiniitū p̃trahant nō concumūt. ut sunt a b c d. & e f g h. Quūrum quibet sup̃ficies rectilinea aut est trigona aut in trigonos resoluenda. Ex quo patet trigonū esse primā sup̃ficies: angulariū. ut sup̃ficies quadrangula in duos resoluuntur.

GEOMETRIAE SPECVLATIVAE





gonos: scz. a b c d resolvitur in trigonum. a b c. & c d a.

De Triangulo. Capitulum. xvij. DIS.


Voniam trigonum supradictum angularium primam dicitur.
 q de eo si q habes theoremata edidit. MAG. habet
 re q plura: sed ne epitomatis excedat modum ex his
 cum undecim ponat. quoniam Primum. Omnis trianguli angulus ex
 trinsicus duobus intrinsecis sibi oppositis est equalis. ut sit
 triangulus. a b c. cuius latus b c protrahatur usque ad d. Erit
 c. angulus extrinsicus duobus angulis intrinsecis sibi oppo
 sitis scz. a & b. equalis. Et probat sic. a puncto. c. protrahatur li
 nea. c f: eque distans lineae. a b. & divisus est angulus. c. ex
 trinsicus in duos angulos scz. e & g. eritque angulus. e. equalis
 angulo. a. per tertium theorema de angulis: quia sunt coalterni.
 Et angulus g extrinsicus equalis angulo b intrinseco sibi op
 posito: per secundam partem eiusdem theorematum. quare totus an
 gulus extrinsicus c equalis est duobus intrinsecis sibi op
 positis: q sunt a & b quod fuit probandum. Secundum. omnis tri
 angulus habet tres angulos equales duobus rectis. ut sit tri
 angulus. a b c. produco lineam b c usque ad d causa est angulus
 extrinsicus c & q anguli c & e duobus rectis sunt equales
 per theorema primum de angulis: & angulus extrinsicus e.
 equalis est angulis intrinsecis sibi: scz a & b per praecedens the
 orema. erunt itaque tres anguli scz. a. b. c. equales duobus re
 ctis: qd fuit probandum. Tertium omnis trianguli duo quilibet an
 guli duobus rectis sunt minores. probat quia tres duobus re
 ctis sunt aequales. igit si unum demas: remanentes erunt mino
 res. vel sic. sit triangulus a b c cuius latus b c protrahatur in d.
 fit angulus extrinsicus e q maior est angulo a vel b. ex theo
 remate priore praecedenti: & angulus extrinsicus e cum angu
 lo intrinseco c est equalis duobus rectis ex primo theorema
 te de angulo. igit anguli intrinseci b & c sunt duobus rectis
 minores. similiter anguli intrinseci a & c. Ideo probat eodem
 modo de angulis a & b si protrahatur linea b a in f. Quartum
 equales sunt sibi cuncti trianguli q super eandem basim atque in
 ter duas lineas eque distantes sunt constituti. ut triangulus a
 b c & d b c constituti sunt super basim b c inter lineas aequedis
 tantes: q sunt a e & b f. Patet quia tales trianguli dimidia sunt
 quadrati super eandem basim constituti. Quintum. In omni tri
 angulo duum equalium laterum uterque angulus qui sunt ad
 basim: est minor recto & unus alteri est equalis. ut sit trian
 gulus a b c cuius latera a b & a c sunt aequalia: erit b c basis
 & angulus b minor recto: & angulus c minor recto. & an
 gulus b equalis angulo c. Ex quo sequitur q si alicuius tri



LIBRI SEXTI TRACTATVS PRIMVS



anguli duo anguli equales fuerint: duo latera
æquos angulos respiciētia erunt æqualia. ut in
dicto triāgulo latera a b & a c respiciētia æquos
angulos b & c sunt equalia. Sextū. Omnis tri/
anguli duo quibet latera simul iuncta reliquo
sunt longiora. ut sit triangulus a b c erunt latera
a b & a c simul iuncta longiora latere b c. Septi
mū. Omnis trianguli longius lat⁹ angulo maio
ri oppositum est. ut in dato triangulo: angul⁹
maior est a cui opponit latus b c quod maius
est lateri a b vel a c. Octauū. In omni triangu
lo rectangulo quadratū quod a latere rectāgu
lo opposito in semetipso ducto describit: equū
est duo bus q uadratis quæ ex duobus reliquis
lateralibus describunt. ut sit triangulus rectangulus a b c cu
ius angulus a sit rectus: erit quadratū lateris b c æquale du
obus quadratis laterū a b & a c. & quod dictū est de qdra/
tis / habet etiā veritatē de alijs superficiebus ex trianguli lateri
bus descriptis / in lineatiōe & creatione similibus. ut triāgu
lus oxigonius cōstitutus ex latere b c equalis est duobus tri
angulis oxigonij cōstitutis ex lateralibus a b & a c. DI.
Quantū autē potest latus ampligonij quod obtuso angu
lo subtendit respectu aliorū laterū? MAG. tanto ampli⁹
potest quantum est qd cōtinet bis sub uno eorū atq; ea linea
quæ sibi directe iuncta ad obtusū angulū: a perpendiculari
n extra dephendit. ut sit triangulus ampligonius a b c
cuius angulus a est obrusus. ducatur itaq; a puncto. c.
linea perpendicularis ad lineā a b: q̄ necessario cadet ex
tra triangulū. prehā igit lineā a b & tanger hanc per
pendicularē in puncto d. erit itaq; quadratū lateris b c
tanto maius duobus quadratis laterū a b & a c quan
tū est id quod sit ex b a in a d bis. DIS. Quantū ve
ro potest latus oxigonij angulo acuto subtensio respe
ctu aliorū duorū laterū? MAG. Tanto minus potest ipsis
quantum est quod bis cōtinet sub uno eorū laterū: cui scil
licet perpendicularis substat: & ea parte sui q̄ perpendicularis &
angulo acuto interiacer. ut sit triangulus oxigonius a b c cu
ius ngulus c sit acutus: ducō perpendicularē ab āgulo a ad
lineā b c in puncto d. erit itaq; quadratū lateris a b tanto mi
nus quadratis laterū a c & b c quantum est id quod sit ex b c
in d c bis. Et qd iam dictū est de latere subtensio angulo acu
to oxigonio. habet etiā veritatē de latere subtensio angulo acu
to i ampligonio vel orthogonio. Nonū. Si ab aliq angulo





GEOMETRIAE SPECVLATIVAE

lorū triangulilinea recta ad basim ducta illū angulū p æq/
lia secet: duę partes basis reliquis eiusdē trianguli proporti
onales sunt. ut sit triangulus a b c & angulū a diuidat p æq/
lia linea ppendicularis a d ducta ad basim b c. erunt ptes ba
sis scz b d & d c pportionales lateribus a b & a c. qđ facile pa
ter in numeris: patebitq; infra in praxi. Decimū. si ab ortho
gonij angulo recto ad basim linea ppendicularis ducat: erit
ipsa ppendicularis inter duas sectiōes ipsius basis p/
portionalis: & utrūq; latus inter totā basim atq; sibi cō
terminalē basis portionē. ut sit triangulus a b c. a cui⁹
angulo a recto ducat linea a d ppendicularis ad ba
sim b c. erit linea a d pportionalis parti basis b d & d c
& sicut tota basis ad latus a c vel a b. sic latus a c ad p/
tem basis d c & latus a b ad partē basis b d. & hæc q/
q; infra manifesta erit: Vndecimū. Oīm duorū trian/
guloꝝ quorū anguli unius angulis alterius sunt æqua
les: latera æquos angulos respiciētia sunt pportionabi
lia. ut sint trianguli a d e & a b c quorū angulus d est æ
qualis angulo b & angulus a angulo e & angulus f an
gulo c. Ob id latera a d & d e sunt pportionabilia late
ribus a b & b c. Nā sicut se habet latus d e ad latus a d
sic se habet latus a b ad latus b c. Ex hoc theoreate mpa cō/
cludi possunt. pbatū est partū supra theoreate primo de lu
pescie. Latius autem infra in praxi dēducetur.




De Quadrangulo. Cap. xviij. MAG

E quadrangulo hæc ponant theoremata. Primus. a
d oīs parallelogrami spaciū ea qđ quę diameter se
cat/p mediu; parallelograma circa eandē diame
trū consistere dicuntur. ut sit spaciū parallelogrami a b c d.
cuius diameter sit a d. quę diuidant duę lineę e f & g h dū/
ctæ æque distāter lateribus oppositi dicti parallelogrami
secantes se super diametrum in puncto k: & erit oī hoc
spacium diuisū in quattuor rectangula: quorū duo cū
diameter secat/per medium: videlicet a h e k & k f g d cir
ca diametrum consistunt: reliqua duo scilicet h b k f & e
k c g supplemēta dicuntur: & sunt semper sibi antice q/
lia: quæ ambo sumpta cum uno parallelogramonē circa
diametrum consistentium/constituunt gnomonem: cui
si addatur aliud parallelogramum circa eandem consistēs
diametrum/eorum parallelogramum integratū est. Vn
de patet dictum Aristotelis in prædicamentis. ubi dicit.
Parallelogramum addito gnomone ipsū crescit: sed non



Aristotel

LIBRI.VI. TRACTATVS PRIMVS




d	f	e
9	12	
3	4	
21		b

alteratur. Secundū duobus quadratis assignatis tertiu dant
 equale constituere facile est pbabile: sint em quadrata duo
 data a b c d & e f g h, prahat latus a c in directū versūs l. do
 nec e l equale sit uni lateri quadrati e f g h & a puncto l du
 catur linea recta ad punctum d. Et fit triangulus rectangu
 lus c d l. cuius latus d l oppositū angulo recto c. ergo qua
 dratum descriptum a latere d l equū erit duobus quadra
 tis descriptis a lateribus c d & e l p nonum theorema de tri
 angulo, & rursus ex linea d l circa quadratum a b c d descri
 batur gnomō: qui erit quadrato e f g h equalis: quod sic pa
 tet. Nam totum quadratū d l includit duo quadrata a b c d
 & e f g h, ut pbatur est. igitur dempro ab eo qdrato a b c d
 qui remanet gnomō equus est reliquo quadra
 to e f g h. Tertium omnes sup̄ficies equedistant
 um laterum super unam basim: atq; in eisde al
 terius lineis constitutę sunt equales, ut sint lineę
 alternę equedistantes a b & c d. Inter quas con
 stituā duas sup̄ficies equedistantium laterū scz
 a f c e. & g c h e super eandē basim c e & erunt
 equales. Quartum si parallelogramum & tri
 angulus in eadem basi & in eisdem altēmis line
 is fuerint constituta: parallelogramum triangu
 lo duplum est, ut sint alternę lineę equedistan
 tes a b & c d. inter quas constituat parallelogra
 mū a e c f sup basim c f qd diuidat in duo p dia
 metru a f. sit triangulus a c f sup eadē basi c f ad
 quē parallelogramū a e c f duplū est: qā cōnnet
 ipm & e i equale scz a e f & dictū parallelogramū
 erit si pter duplū ad triagulū c b f in eadē basi cō
 stituto: qā triangulus c b f eq̄lis est triangulo a c f. ex theore
 mate qnto de triangulo. Quintū. si fuerint linea i duas quā
 tascūq; ptes diuisa: qdratū qd fit ex ductu totius lineę in al
 terā ei⁹ partē: equale est quadratis q ex ductu eiusdē partis
 in se ipsā: & aliterius in alterā sit. ut sit linea a b diuisa in a c &
 c b: erit quadratū d a e b constitutū ex linea a b & a c equale q
 drato constituto ex a c qd est d f a c & quadrato f c e b qd fit
 ex ductu lineę a c in c b. Quod facile claret in nūeris. ut sit
 tota linea a b. ut. 7. pars a c. 3. & pars c b. 4. erit quadratū ex
 b c & a c. 21. quia ter septē sunt. 21. & quadratum a c. 9. nā
 ter tria sunt nouem. & quadratum ex a c & c b. duodecim
 eo q ter quattuor faciunt duodecim. Hęc autem duo qua
 drata simul iuncta. 9. scz. 12. faciunt. 21. equale quadrato
 priori. Et nō solum hoc theorema in numeris: sed & plu/


GEOMETRIAE SPECVLATIVAE

et alia demonstrari possunt quae breuitatis causa silentio transire libuit. Sextum. Si fuerit linea in duas partes diuisa: quadratum quod ex ductu totius in seipsum fit: equum est his quae ex ductu utriusque partis in seipsam & alterius in alteram bis fiunt. ut sit linea a b. 8. diuisa in c & habeat linea a c. 6. & linea c b. 2. erit quadratum ex tota linea a b. 64. & quadratum lineae a c. 36. & quadratum c b. 4. & quadratum a c in c b. 12. & rursus quadratum a c in c b. 12. quae ultima quattuor simul iuncta: faciunt 64. quibus equatur quadratum primum: quod sit f g a b. ex quo concluditur quod parallelograma duo totius p quae transit diameter sunt ambo quadrata. Valet hoc theorema pro intellectu theorematum septimi de triangulo.





De circulo theoremata. Ca. xix. MAG.


De circulo haec ponunt theoremata. Primum. Circulos quorum diametri equales fuerint equales esse necesse est. ut sunt circuli a & b. Secundum. Circuli positi facile est centrum reperire. DIS. Quo ingenior







MAG. Isto. Sit circulus datus a b c. cuius centrum quæritur: duc in circulo ubi placuerit lineam a c. applicantem extremitates suas circumferentiæ ex utraque parte: quam diuide per duo equalia in puncto d. a quo duc lineam perpendiculari ad lineam a c. cuius extremitates applicentur circumferentiæ ex utraque parte: quam rursus diuide per equalia in puncto f. g & centrum circuli est quæsitum. Vel alter sic. In circumferentiâ circuli dati signa tria puncta: cum quibus operare: ut in quarto theoremate de puncto dictum est. Tertium. Circulorum se



cantium cetera sunt diuersa: nec alter alteri plus quam in duobus locis secare potest. ut patet in circulis a b c & d e f quorum primi centrum est k. secundi est l. & intersectant se in punctis m n. Quartum. Circulus intransiens circum circumferentiâ non idem centrum cum eo quæ contingit necessario habebit. ut patet in circulis a b c & d e f quorum primi centrum est o: secundi e. Quintum. Si circulus circumferentiâ contingat: siue intrinsecus: siue extrinsecus in uno tantum loco contingere necesse est. patet primum in circulis iam proxime datis. secundum videbis in circulis a & b. qui se contingunt in puncto e. Circulus autem circumferentiâ contingit quæ tangendo non intersecat. Vnum vero circumferentiâ sex equales possunt contingere. & sphere duodecim unam equalem contingere possunt. Sextum. Angulus a linea recta & circulo quæ contingit ceteris omnium acutior est acutior



LIBRI SEXTI TRACTATUS PRIMVS



tissimus. Is ψ o qui continet a diametro & circumferentia oim acutorum est amplissimus. patet in circulo dicto. a. que continet linea e f. erit angulus o acutissimus: & angulus p oim acutorum maximus. & quanto circulus maior fuerit: tanto angulus contingens minor est. & quanto circulus minor fuerit: tanto angulus contingens est maior. Supplementum huius est supra i ulrimo theoremate de angulo. DI. Quia linea circulum contingere dicitur. MA. Quia cum circuli contingit in utraque parte erecta circulum non secar. Septimum. Si intra circulum angulus supra centrum consistat. alius vero supra circumferentiam consistens eadem basim habeat: q supra centrum est ad reliquum duplus est. ut patet in angulis a b quorum angulus a duplus est ad angulum b & habet basim communem. d e. Octauum. Angulus rectilineus semicirculi super arcum consistens rectus est: in portione vero semicirculo minore: maior: in portione autem maiore: recto minor est. ut patet de angulis a b c quorum angulus a est rectus. angulus b recto minor & angulus c recto maior.




Nonum. Omnium duorum circulorum est proportio unius ad alterum sicut quadratum diametri unius ad quadratum diametri alterius ut patet in circulis a & b q sunt in proportione dupla. Decimum. Arcum datum hoc pacto contingit per equalia diuidere. sit arcus c diuidendus a b c cuius chorda est b c pone pedem circuli in immobile in puncto b. extende alium usque ad arcum super quem portionem describas: arcum datum interfecantem q facto: pone pedem circuli in c & alia portionem dictam interfecantem describas: & punctus intersectionis erit in q arcus datus est per equalia diuisus. Vndecimum. Omnis trianguli equilateri. qd a latere uno quadratum describit: triplum est quadrato dimidij diametri circuli: a q triangulus ipse circumscriptus. ut sit circulus a b c & triangulus inscriptus supra b c.

Dico q quadratum lateris b c triplum est ad quadratum d e. De figurarum inscriptione theoremata. Capitulum. xx. DIS. Vm plura de angulis lineis aut superficiebus dare n posses theoremata? MA. Possem: sed ea oia ponere non tam necessarium esset ad intuitionem nostram q laboriosum. Nam ea tm uidere placuit quibus ad praxim imediantius uti conueniet: ad qua etiam figurarum inscriptio deseruiet. Ob id de ea quoque theoremata quaedam ponenda sunt. DIS. Attamen primum edici




GEOMETRIAE SPECVLATIVAE

to: quæ superficies alteri inscribitur. MAG. Quæ late/ra eius cui inscribitur uno quoque angulo suorum intrinsece contingit. Circumscribitur vero figura figure cuius latera: eius cui circumscribitur omnes angulos contin/ git. ut patet in triangulis a b c & d e f quorum primus circumscribitur secundo & secundus inscribitur primo.


DIS. Nunc si quæ habes theorematibus dicas. MA. Primum est tale. Intra datum triangulum potest circulus inscribi. DI. Quomodo. MA. Illo sit triangulus a b c cuius latus a b dividatur in duo equalia in puncto e. a quo ducatur lineam rectam in angulum c. rursus dividatur latus a c in duo equalia in puncto f. a quo ducatur lineam rectam in angulum b secabit lineam e c in puncto d qui erit centrum circuli inscribendi. Secundum dato trigono orthogonio hoc pacto contingit circulum circumscribere. Sit trigonus a b c cuius angulus rectus a erit b c latus longius quod dividatur in duo equalia in puncto d qui erit centrum circuli circumscribendi. Tertium dato trigono oxigonio circulum circumscribere possumus hoc modo. Sit triangulus a b c. cuius latus a b dividatur in puncto e. a quo ducatur lineam rectam in angulum c. Et rursus dividatur latus a c in puncto f. a quo ducatur lineam rectam in angulum b secabit lineam e c in puncto d qui est centrum circuli circumscribendi: & erit quadratum cuiuslibet lateris trigoni inscripti tripulum ad quadratum diametri dimidiæ circuli circumscripti: quod facile probatur ex theorematibus de trigono. Quartum dato trigono ampligonio circulum circumscribere possumus hoc pacto sit trigonus a b c cuius angulus a obtusus erit latus b c longius quod dividatur in duo equalia in puncto h. p quæ & angulum a. ducatur lineam a h. f. dupla aut maius lineæ a h. Rursus dividatur latus a c in duo equalia in puncto e. a quo ducatur perpendicularis donec interfecerit lineam a h. f. in puncto g qui erit centrum circuli circumscribendi. Quintum dato circulo trigonum orthogonium inscribere erit diameter circuli dati latus longius angulo recto oppositum & medietas semicirculi angulus rectus. Dato vero circulo si trigonum ampligonium inscribere placuerit: erit chorda portio minoris latus angulo obtuso oppositum: & medietas arcus angulus obtusus. Si autem dato circulo trigonum oxigonium inscribendus fuerit: dividatur circumferentia in tria equalia. & puncta divisionis erunt anguli trigoni oxigoni: a quibus latera sunt ducenda. exempla patet in secundo tertio & quarto theorematibus predictis.



LIBR. VI. TRACTATUS PRIMVS



Sextū. non modo circulo trigōus sed quadratus pōt in scribi. DIS. quō ingenio? MAG. sit circulus. a b c d & centrū. e. p quod ducā duos diametros se orthogōa liter intersecātes: quāz extremitates enī angulū qdratū: a quibus pōctis lateribus emerget quadratū quēsitum. Septimū. Intra datū quadratū cōtingit circulū inscribere. DIS. Quo pacto? MAG. Sit quadratū. a b c d diuidat unūquodq; latus in duo equalia in punctis .e. f. g. h. a gbus ducant dūz lineę intersecātes se orthogōnaliter in. k. qui est centrū circuli qdratū. Octauū: circa p. positiū circulū/ quadratū describere. ut sit circulus datus a b c d. cui⁹ centrū. e. p qd dūco duos diametros intersecātes se orthogōnaliter: a quāz extremitatibus ducoli neas orthogōales sese tangētes in punctis .f. g. h. k. quadratū circa datū circulū cōstituētes. Nonū. Circa datū quadratū circulū describere. sit quadratū. a b c d. pduca in eo duos diametros intersecātes se in puncto .e. qui erit centrū circuli circūscripti. Decimū. Intra datūz circulū pentagonū qd angulū describere. sit circulus cuius centrū. f. diuidat eius circūferentiā in. s. equalia in pūctis a b c d e. q lineis cōiuncta pentagonū qdūz cōstituunt. Et si ab angulo. a. in angulūz. c. & rursus ab angulo. b. in. e. rectā lineā duxeris: qlibet harū alterā diuidet secūduz pportionē habentē mediū & duo extrema. & maior portio lateri pentagoni equalis erit. Vndecimū. Circa circulūz datū pentagonūz æquiangulūz describere. sit circulus cuius centrūz. f. cuius circumferētiā diuidatur in. s. equalia in punctis. a b c d e. tractis tōidez a centro ad hęc puncta lineis: sup quas singulas pduco orthogōales sese in punctis. g. h. k. l. m. cōtingentes: atq; pentagonūz qsitum continētes. Duodecimū. Intra pentagonūz datūz circulum describere. sit pentagonus. a b c d e. cuius latus. a b. diuidat in. 2. æqua in puncto. h. a q ducat lineā rectā in angulūz. d. Rursus diuidat latus b c in puncto. g. a q ducat lineā rectā in punctūz. e. hęc intersecabit lineā. h d. in puncto. f. q est centrū circuli inscribēdi. Et eo ingenio alias qlibet cūq; multiangulorum figuras circulo & rursus circulūz ipsiis/ & insuper figuras angulares angularibus inscribere/ aut circumscribere liquide dinoscēs.



GEOMETRIAE SPECVLATIVAE

Theoremata de Corpore. Cap. xxi. DIS.

Anequidē ut ais figuras planas / planis inscribere & circūscribere ex dictis intelligo: figurarū adiutus descriptione: de corporibus vero an idē sit iudiciū nec ne / nōdum accepi. quapropter & corporū si q̄ habes theoremata subiungas. MAG. Corporū theoremata varia & q̄dem ppulchra sunt: at p̄o in plano (quēadmodū superficiēs) describi nō possunt. difficillimū est intellectū in mathematicis minus bene usitatum eiusdē speculationes posse prima fronte apprehendere. Tuis tamē semp acquiescens periculis: de regularibus altē aliqua ponā theoremata. Pri/ mū tantū regularia & non omnia loci sunt repletiua. DIS assentio minime. MAG. Quapropter? DIS. q̄a omne corpus in loco est: & eū in quo est replet: & ab eodē circūscribit. MAG. verū quōd argueris de repletionē philosophica (de q̄ in naturalibus) non aūt de repletōe mathematica circa quā hec nostra versat disceptatio. DIS. Quid est replere locū mathematicū? MAG. Replere locū mathematicū dupliciter cōtingit: sc̄z secundū superficiē & secundū corpus. Replere autē locū s̄m superficiē est totū spaciū circūstantis aliquē punctū in superficie plana superficiebus occupare. tale autē spaciū cum quattuor rectos valeat angulos (unū visum est in secundo theoremate de angulo) ab his t̄m superficiebus replet: quarū aliqui anguli iuncti quattuor rectos valent. ut sunt trigonus tetragonus & hexagonus. unde sex trianguli isopleuri / quattuor tetragoni & tres hexagoni locū replēt. ut patet in figuris. DIS. quid est replere locū secundū corpus? MAG. est circa punctū in corpore constitutū / totū spaciū undiquaq; adimplere: ex q̄ daret hoc corpus solū locū replere: qd s̄m angulū suū solidū aliquoties sumptū circa punctū unū / totū spaciū undiquaq; occupabit. ut est videre in cubis: quorū octo angulariter iuncti locū replēt corporaliter. DIS. Quid de alijs regularib⁹ corporibus? MAG. Cetera corpora regularia locū non replent: pyramide dēpto: de q̄ nō parua inter mathematicos p̄fessores disceptatio fuit: & adhuc sub iudice lis est. Nā q̄da pyramides duodecim / alijs viginti / nonnulli autē vigintrū / tuor locū replere demonstrare conati sunt. At p̄o q̄ mathematica dogmata rimant subtilius: astruere nitunt pyramide regulare: quatenusq; multiplicatū loci cōtinentiā locale nō posse replere. De his tamē ad plens me (q̄a prima traditurus sum rudimenta) admonuisse magis q̄ demonstrasse sufficiat. ad reliqua transeamus.

quid sit re
plere locū
mathema
maticū

secundū
corpus

Sex isopleuri



Quattuor Tetragoni



Tres Hexagoni




LIBRI SEXTI TRACTATVS.I.


De inscriptione mutua regulariū corporū : & de
inscriptione omnium regularium uni & eidē
spheræ. Capitulum ultimum. MAG.

Ecundū de corporibus theorema est tale. Corpora re-
s. gularia a se invicē; & a sphaera sunt circumscriptibilia.


DIS. Quæ possunt inscribi pyramidi? MAG.

Tantū octohedron: & rursus ipsi octohedron pyramis & cubus possunt inscribi. Cubo vero inscribit octohedron: ipsi autē icohedrō omnia pter octohedrō inscribunt. Quod quidem facilius deprehendes si latera corporū ex arte poteris fabricare. hoc pacto. Sit diameter sphere cui inscribenda sunt corpora regularia a b q̄ diuidat̄ in duo equalia in. d. & rursus a b in m̄ equalia in c. itaq; a c sit dupla ad c b. & posito per d circinū in d lineet̄ semicirculū: cuius. a b. sit diameter siue chorda. Et ducātur lineę ppendiculares a punctis d & e ad circūferentiā q̄ sunt d f & c e. scđm doctrinā quarti theore-




 maris de linea. pducatur linea recta ab a ad e q̄ erit la-
 tus py ramidis. similiter ducat linea recta ab f. ad h.
 q̄ erit latus octohedron. sic quoq; linea recta ducta
 ab e ad b erit latus cubi. q̄ si diuidat secundū pporti-
 onē habentē mediū & duo extrema. sc̄m theorema
 octauū de linea. in p̄cto p maior portio sc̄z. p. b. erit
 latus duodehedron. Rursus diuidat d̄ h in duo equa-
 lia in m : a quo pducatur linea ppendicularis q̄ sit m

n. & a puncto n. ducat lineam rectam ad b. q. erit latus icohedron.
ut patet in descriptione hic depicta. Horum 2. o. corporum fabri-
catio exemplari potius q. oculis subest q. intellectuali libuit de-
monstratione demonstrare. quemadmodum ia vidisti eadem ex pa-
pyro coniuncta. Tertiū. Oim duarū spherarū est pportio uni/
us ad alterā. tanq. suę diametri ad diametrum alterius. pportio
triplicata. Hoc claret in spheris a b & c d. Spherarū igitur q.
nū diametrorū pportio est dupla. erit pportio octupla. Q. uar-
tu. Ois columna siue sic late rata siue rotunda / tripla est ad su-
am pyramidē. un li columna habet gr̄is libras .30. pyramis
sua habebit nū libras decē. Q. uintu. æqua corpora sunt at-
q. similia / quorū terminales superficies numero ac quāitate
ęquales sunt atq. similes. ut sunt duo cubi bipedales. Sexnū
corpa similia sunt q. libris superficialibus & nūero æq. libris cō-
tinentur. un q. uincunq. corp. rotundorū q. axes suarū basi-
um diametris sunt pportionales: sunt similia. ut axes pyra-
midis a dupla est ad diametrum suę basis e. Si f. axis pyrami-
dis b dupla est ad diametrum suę basis f. igit pyramis a similis
est pyramidi b.



GEOMETRIAE PRACTICAE

Libri Sexti in praxim Geometriæ Tractatus secundus. Cap. primū. DIS.

X dictis nondū intelligo quonā pacto aut ingenio
terrā spaciūue terræ metiri possim: ad tamen geome-
trię nomen visum est insinuare. MAG. Verum di-
cis. nam tibi in prioribus geometriæ generaliora principia
paucalq; eiusdem theorias proposui. Iam ꝑo quia te vigila-
tissimū eiusq; percupidum sentio: de metiendi modo pauca
subiungere æmitar. In primis autem quid mensura / & quæ
eius partes præmittam.

De mensura & partibus eius. Cap. ij. DIS.

Mensura.

Vid est mensura ē MAG. Est cōplurū & inter se
q equaliū intervalloꝝ longitudo finita. DIS. Partes
mensurę quæ sunt ē MAG. hæ. miliariū. stadium.

actus. pes. semipes. palmus seu palesta. spithame. dichas.
digitus. uncia. Antiquiores nanq; orbē in ptes / partes in p
uincias / provincias in regiones / regiones in loca / & loca in
territoria / territoria in agros / agros in centurias / centurias
in iugera / iugera in climata / climata in actus / actus in per-
ticas &c. diuiserunt. Vtas vero latinī per miliaria: Græci ꝑ
stadia: Galli per leucas: Aegyptij per signes: Persi per alān
gas metiebant. DIS. Miliariū quid est? MAG.

Miliariū.

Spacium continens in longū quinq; milia pedum:
quę faciunt mille passus: a quibus miliarium dicit.

Stadium

Leuca.

DIS. Stadium quantum continet? MAG. Octa-
uam prem miliarij. i. q. pedes. 625. qui faciunt passus
125. Leuca vero finitur passibus mille quingentis.

DI. Actus quantum habet? MA. actus triplex est
scilicet Minimus: & cōtinet in latitudine pedes. 4. in
longitudine ꝑo. 120. Actus duplicatus: & cōtinet in longi-
tudi- ne. 240. in latitudine vero octo. Nonnulli vero actum dupli-
catum iugerum facere / quod in longitudine. 240. in latitu-
dine vero. 120. dicunt continere. Hæc iugerū in climata req-
uit diuisio. continet em clima (ut aiūt) ex omni pte pedes. 60
itaq; ex uno iugero octo fiunt climata. DIS. Pertica quan-
tum continet? MAG. Pertica id est radius / virga est ob-
longa decem continens pedes: a quibus decempe-
da dicta est. Pertica vero dicitur quasi porticata por-
tando. DIS. Passus quantum habet? MAG.
Passus simplex habet pedes duos & dimidium: Sed
passus duplex habet pedes. 5. Gradus pedes duos.

r ij

Actus minimus.

4	120	30
---	-----	----

Actus duplicatus siue iugerum.

cl	im	at	a.
		1	30
			240
			60
			120

Actus quadratus.



120	120	120
		120

pica siue decipeda. 10

passus. 5. gradus. 2.

GEOMETRIAE PRACTICAE

rum anguli uni⁹ angulis alterius sunt *æ*quales: latera *æ*quos angulos respicientia sunt proportionabilia. Fiat igitur quadratum rectangulum scilicet *a b c d*, super angulos *a b* duas pone pinnulas perforatas: ut per ipsas terminum rei mensurandæ possis conspiciere. Fac & regulam in quantitate diametri predicti quadrati aut longiorem quæ vocetur *d e*, ipsamque in puncto *d* clavo subtili quadrato infigas: super hanc etiam pinnulas duas perforatas pone: quæ sunt *f e* stabunt autem dictæ pinnule in eadem linea: similiter & pinnule quadrati. & paratus est instrumentum in forma ista: cuius limbum quadratum in 90. gradus divisum inscripseris: generale erit instrumentum fere ad omnia ea quæ vel per quadrantem vel astrolabium investigari possunt utilissimum & commodissimum: rursus triangulorum quod regulam facit cum lateribus quadrati: latera quadrati in gradus vel alias partes ad placitum uteris dividi possunt. Si per hoc instrumentum lineæ culuscunque quantitate inquirere volueris: angulum *a* ad lineæ principium ponas: per cuius foramen & b lineæ terminum conspicias. & in hoc situ instrumentum tuum figas. de hinc per pinnulas regulæ scilicet *f e* eundem lineæ terminum conspicias: ipsam regulam sursum aut deorsum voluendo donec terminum lineæ prioris videre possis: & punctum intersectionis lineæ regulæ & lateris *c b* animaduertas: quæ vocetur *g*. tunc enim habebis triangulos duos scilicet *d a b* (& intelligo hic *b* in termino lineæ conspiciendæ) & *d e g*. quorum anguli unus angulis alterius sunt æquales. ut oculis licet videre. Erunt igitur latera æquos angulos respicientia: videlicet *c g* & *a b* proportionabilia. Sicut enim se habet *c g* ad totum *a b* siue *c d* ita se habet *a b* (ut *b* statim terminum rei visæ) ad *a d*. Quod igitur tota *c b* vel *c d* continet *c g* totiens *a b* continet *a d* ex primo theoremate de superficiebus: & ultimo de





GEOMETRIAE PRACTICAE

triangulis. Per hoc igitur instrumentū altitudinem turris: p
funditatem putei aut vallis: longitudinē aut latitudinem cā
pi: & insuper omnem lineam rectā: potes metiri. Insuper al
titudinem & latitudinem turris/valuæ aut fenestræ alterius
ue rei alio inuestigare si placet valebis ingenio. DIS. qua
li ē. MAG. Baculo quem Iacob dicunt. DIS. Qua
lis is est baculus? MAG. Accipiat baculus cuiusuis lon/ Baculus
gitudinis: quem in partes æquales diuidas: circa sectiones ri Iacob.
mas aut foramina fabrices. dehinc baculum parū mensu
ræ unius partis diuisionis prædictæ facias: & paratus est ba
culus. Per quem si altitudinem rei considerare placuerit: po
nē baculum parū in foramen unius diuisionis ut placue
rit, & baculum vertes: scilicet extremitates baculi parui im
positi sursum & deorsum tendant. quo facto: accedas aut re
cedas / donec per has extremitates rei conspiciendæ superi
orem & inferiorem terminos videas. & signa locum statio
nis tuæ. Dehinc baculum parū de foramine priore extra
has & in proximum retro (si accedere volueris) aut ante (si
repedere intendas) pone: & iterum accedendo & retroce
dendo per extremitates baculi parui / terminos rei visæ con
spicias. locumq; stationis illius signes. quantū em̄ est inter
istam & priorē stationē / tanta est altitudo rei visæ. Sic simili
modo latitudinē inuestigabis / si baculū ita vertas ut extre
mitates baculi parui dextrorsum & sinistrorsum prædantur.
Sunt & plura alia ingenia & instrumenta p̄ q̄ ea q̄ dicta sunt
inuestigant. de quibus breuitatis tantum causa super sedet
dum est. stilum ad alia vertamus.

De mensuratione circūferentiæ circuli: insup &
eiusdem diametri. Capitulum quintū. DIS

Ossum ne p̄ instrumenta dicta circuli periferiā metiri ē
p̄ MAG. No: sed t̄m lineā rectā. DIS. Quo igit in
genio ipsa venit metiendā? MAG. tali. Diameter
circuli cuius periferiæ quantitātē si scire placuerit: triple
tur & triplato addat septima ps diametri: & circūferē
tiæ emerget longitudo. cōtinet em̄ circūferentiā diame
tri ter & septimā eius partē. hinc est q̄ si circūferentiæ vi
cesimā secundā partē abstuleris: remanētis tertia ps di
ametrū indicabit. exm̄ sit diameter pedū. 14. triple ē: &
erūt. 42. his addat ps septima diametri: sc̄ 2. & erunt
44. circūferentiæ quantitas. a qua si rursus. vicēsimā se
cundā partē sc̄ 2. abstuleris: relinquūtur. 42. quarum
ps tertia sc̄ 3. 14. diameter erit. & hæc de primo: sc̄ 3 line
arum mensuratione sufficiant.



LIBRI.VI. TRACTATVS .II.

De mensuratione superficies & primo circularis & semicircularis. Ca. vi. DIS.




Ensurā lineaz itellexi sane: ad superficies nūc stum verte queso. MA. Faciā ac lubens: & de circulo omnīū superficiesū prima & regularissīma exordiū sumamus. Cuius si areā embadū siue pōdismū / q̄ oīa in pposito idē significāt: cōtinentam scire volueris: multiplica medietatē circumferentiā in medietatē diametri & pductū dabit areā, ut gratia exempli, sit circulus cui⁹ circumferētia 44. & diameter 14. erit area, 154. aut ducat diameter in se pductū multiplīcet p. 11. pducti decimaquarta pars erit area: pater igitur si diameter unī⁹ circuli ad diametru alteri⁹ dupla fuerit: erit area q̄drupla ut hic * DI. Sed semicirculi area q̄liter dephēdit. MA. talit. Multiplicet basis p semidiametru: pductū rursus p. 11. ducat: pducti decimaquarta pars areā dabit, ut sit semicirculus cui⁹ basis 28 semidiameter 14. erit area, 308. qd facile p̄babit si area totī⁹ circuli p modū dictū q̄rat. de hoc facis ad reliq̄ pperō

De inuentione areę triangulorum: primo de isopleuro. Ca. vii. DIS.

E triangulo igit nūc dicas: quē in supioribus d inter superficies scdm locum obtinere volebas. MA. Ita facitare institui: & tñ oīa simul dicere nō licet. In primis de isopleuro: scdo de isochele: & demū ordine tertio de scaleno dicere ppono. DIS. Isopleuri igitur q̄ pactō iueniēda est areā. MA. Illo qm̄ q̄q̄ habet latera mltiplicet lat⁹ unū p aliud & pducto tertiu latus addat: & ei⁹ qd puenit medietas areā ostēdit, ut sit isopleur⁹ cui⁹ qdlibet lat⁹ 28. habeat: erit areā. 406. p quā si latera cognoscere placuerit ipsā p. 8. mltiplica: pducto unitatē adde / totū lat⁹ accipe a q̄. 1. deme: remanēs medietas q̄sitū ostēdit.

De isochele & eius area. Ca. viij. MA.

I vero isochelis areā inquirere volueris: f Primo cathetū eius tali ingenio q̄ras. multiplica basis medietatē in se: & sena rursus multiplica unū latus in se siue in aliud qm̄ eq̄lia sunt & a pducto id qd pri⁹ seruandū tradidi subtrahas remanēs latus q̄dratū cathetū dabit: q̄ si p basis medietatē multiplicatus fuerit: areā isochel ostēdit, ut sit isochelē cuius basis sit. 14. qdlibet:



GEOMETRIAE PRACTICAE

latus. 25. erit cathecus. 24. & area. 158.


De scaleno & eius speciebus. Ca. ix. DIS.

Caleni area qua via dephendit. MA. Scaleno tres habet species: ut ex dictis liq̃t. Sed harū areę nō una via sunt inuestigādę. aliter em ampligonij & oxigonij & orthogonij area q̃ritur. DI. Qualit̃ in gr̃eda est area ampligonij. MA. taliter multiplicet̃ basis medietas p̃ cathecū & p̃ductū dabit areā. Ad inueniendū aut̃ cathecū oportet prius p̃cisurā vel eiectionē minorē eo q̃ sequitur mō inuenire. Multiplicetur minus lat⁹ in se: & si p̃ basis in se ducatur: & sū mę p̃ducte addatur simul. Rursus multiplicetur lat⁹ mediū inter maius & minus in se: & p̃ductū a summa dicta abstrahatur: remanētis medietas accipiat̃: a q̃ pars una scdm̃ basis demoiationē ablata eiectionē siue p̃cisurā ostendit. hoc est in uēta medietas p̃ basim diuidat̃: & nūer⁹ quēs eiectionē ostendit. Qua habita cathecū sic q̃ras. multiplicet̃ minus p̃ se ut prius: & a p̃ducto id q̃d ex ductu p̃cisurę in se euenit: auferatur remanētis latus q̃dratū cathecus est. Exemplū de ampligonio. sit ampligonius cuius minus latus sit. 15. mediū latus sit. 20. basis sit. 25. erit p̃cisura. 9. & cathecus. 12. & area. 150. In oxigonio multiplicet̃ minus lat⁹ in se & basis in se & a sū ma latorū subtrahatur p̃ductū ex multiplicatiōe maioris lateris in se: reliqua ut in ampligonio. Exemplū sumas de oxigonio tale. sit oxigoniū cuius latus minus sit. 13. mediū latus. 15. basis 20. 14. erit p̃cisura. 5. cathec⁹. 12. area 20. 84.


De orthogonio & eius area. Ca. x. MAG.

Orthogonij 20 areā si inuestigare libuerit: videatur cathecus: qui si fuerit par: medietas eius in se ducatur & p̃ducto si unū addas: habebis hipotenusam. si 20 unū a p̃ducto auferas basim cōstitues: medietas vero basis p̃ cathecū ducta: areā p̃adit. Exemplū sit orthogonius cui⁹ cathecus sit. 8. erit hipotenusa. 17. basis. 15. area 20. 64. Si autē cathecus impar fuerit totus in se ducat̃: a p̃ducto si unū auferas residui medietas sit basis. Si unū p̃ducto addas ex residui medietate hipotenusa p̃diēt: idē sit si basi unitatē addes rursusq; basis medietas p̃ cathecū ducta a eā ostendet. Exemplum huius est tale: sit orthogonius cuius cathecus sit 2. hipotenusa erit. 5. basis. 4. & area. 6. DIS. Si sane intellico basis hipotenusa: & area p̃ cathecum inueniunt̃. Pono q̃ cathecus ignotus sit per q̃d mediū reperitur. MA. Per tale multiplicetur hipotenusa in se: & a p̃ducto id quod ex ductu. basis in se proueniet subtrahē: & remanētis latus



Ampligonio



oxigoniū




Orthogonio



LIBRI SEXTI TRACTATVS .II.


quadratum cathecus erit

De podismo diametri circuli orthogonio inscripti. Capiculum. xi. MAG.



c Ontingit nonnunq̃ orthogonio circuli oia eius latera tangente inscribi: cuius si diametru p̃terea q̃ in superioribus de circulo dicta sunt: podismare volueris: cathecum basi adiungas: a producto hipotenusa subtrahas: & quod remanet diametru circuli manifestat. DIS. Exemplu huius subiicias. MAG. Sit orthogonius cuius cathecus sit. 8. basis. 15. hipotenusa. 17. diameter erit. 6.


De quadrangulis superficiebus: & primo de tetragono equilatero. Ca. xij. DIS.



Rigonoz podismale speculatione (ni fallar) sane intellexi: nunc de tetragonis metiendis si qd habes in mediū feras. MA. Tetragonoz primus est eglaterrus: cuius si areā habere volueris latitudinē p longitudinē ducas: & productū areā dar. DIS. Exemplū da. MA. Sit tetragonus cuius qdlibet latus pedes. 8. habeat area. 64. continebit. Diametru autē eius si habere volueris: multiplicatum unum latus in se: & pductum dupla/duplati radix quadrata erit diameter. Erigitur: diameter dicti quadrati pedū. 11. minutoz. 20. fere. In omni nāq̃ opatione cū radix surda sit: ita q̃ in integris p̃cise haberi nō possit: residuū in minutis pluriq̃ calibus querendum est. Insensibilis autem differentie excessus tandem negligi possunt.

De quadrato circulo equali. Ca. xij. MAG

Icut autē circuli qdraturā in superioribus demonstratione intellectuali ex phōz dictis ostēdi: sic & ipsa in praxi p̃senti manifestare esset possibile. DI. Q uoq̃ MAG. Si areę circuli dati radicē accipias: latus quadrati circuli equalereperies quod facile probabit. nā area quadrati illius areę circuli equalē erit, ut sit circulus cuius diameter. 7. erit radix areę. 6. pedum minuta. 12. secūda. 17. tertia. 25. &c.



q̃dlibet res
culo dicto
equale.

Sic cōsimiliter circuli quadrato equalē poteris fabricare. Multiplicetur latus quadrati p se pductū rursus multiplicet p. 14. pductū illius dimidiā per. 11. de nominationis: radix erit diameter circuli equalis quadrato p̃dicto. Sic modo cōsimili excessum quadrati supra circulum sibi inscriptū si scire placuerit: areā circuli ab area quadrati inscribentis subtrahet: & quod relinquit excessus erit. Sic & excessum circuli quadratū inscribentis repe-

GEOMETRIAE PRÆCTICAE

ties si ab area circuli quattuor quattuordecimę subtrahant
residuum erit area/quadraui circulo inscripti.

De tetragono altera parte longiore Capitu- lum decimumquartum. MAG.

Erragoni altera parte longioris & rectanguli quod
etiam parallelogramū rectangulum dicitur embadū
habere si placuerit/latitudinem in longitudinem du-
cas & pductū embadum ostēder. DIS. Exemplū huius
apponas. MAG. Sit tetragonus cuius latitudo sit.4. Lōgi-
tudo vero.8.embadū erit.32. DIS. Diameter illius quali
ratione deprehenditur. MAG. tali. Multiplica longitudinē
per se & similiter longitudinē in se ducas: sumas ambas ad/
das. & totius pducti latus quadratū aream dabit. ut sit tetra/
gonus cuius latitudo.60. longitudo.80. erit diameter. 100.

De Rombo Capitulū. xv. DIS.

Ombi vero area quali modo deprehenditur. MA.
tali. quo sequitur medietatem diametri unius per to-
tam aliam diametrum multiplica: & quod prouenit
area est. ut sit Rombus cuius qdlibet latus habeat pedes. 10.
diameter longior. 16. diameter breuior. 12. eritq; area. 96.

De Romboide Capitulū. xvi. MAG.


Odismū vero Romboidis si placet inuestigare diui/
de romboīdem in duos triangulos per lineam dia/
gonalem: horum areas quære per supradicta de
triangulis: quæ iunctę ostendunt aream romboīdis: ut in
exemplo hic adscripto.

De trapezjs. Capitulū. xvij. MAG.


Elīquorum quadrangulorum quos in superioribus
trapezia id est mensulas nominauimus aream ita re-
perles: verticem basi iungas producti medietatem
sumas: hanc per cathecum multiplica: & productum dabit
aream. DIS. Exemplum addas. MAG. Sit trapezium
cuius vertex. 15. basis. 45. cathecus. 30 erit area. 900. Et hæc
de quadrangulis dicta sint. restat ut de pēragonis ceterisq;
poligonis differamus.

De pentagoni area. Capi. xvij. DIS.


Entagonus qua ratione metitur. MAG. Pentago/
ni equilateri aream si habere cupis/ multi-
plica unum latus in se & productum tripli-
ca: a triplato unū lat⁹ detrahe. remanētis medietas
pādit areā quę sitā. DIS. Hoc p exemplū pba.



8



0






80

Rombus



Rombo /
ides.



LIBR. VI. TRACTATUS .II.

MA. Sit pētagonus cuius qđlibet sit latus. 7. erit area. 70.

De Hexagono. Capitulum. xix. DIS.

Exagoni autē areā tali inuestigabis via. Nam si hexagonus equilaterus sit/ unum latus in se multiplica pductū quadruplica: a quadruplato unū latus hexagoni bis subtrahie: remanentis medietas ostendit quæsitum DIS. Huius exemplum adde. MAG. Sit hexagonus cuius omne latus sit octo: erit area. 120.

De Heptagono. Capitulum. xx. MAG

Heptagoni vero summam areā si inquiris: latus unū in se multiplica: productum quinquupla: a producto unum latus ter subtrahie: remanentis medietas dabit aream. DIS. Exemplum adijcias. MAG. Sit heptagonus cuius quodlibet latus sit. 6. erit area. 81.

De Octogono. Capitulum. xxi. MAG

Octogoni autem areā facile deprehendes: si latus unū in se duxeris: productumq; per. 6. multiplicaueris: & ab illo pducto unū latus quater abstuleris. nā in remanētis medietate areā videbis. Cuius exemplū sumas tale: sit octogonus cuius qđlibet latus sit octo erit area. 176.

De Ennagono. Capitulum. xxij. MAG


On similiter quoq; & nonagoni aream reperies: si latus unum in se produxeris productumq; per. 7. multiplicaueris: a pducto huius latus unū quingies subtraxeris: nunc enim remanentis medietas areā pandit quæ sitam. DIS. Huius exemplum subiicias. MAG. Sit nonagonus cuius quodlibet latus sit. 6. erit area. 111.

De Decagono. Capitulum. xxij. MAG

Ic & decagoni pariformi via areā reperies: si latus unū p se multiplicabis: pductū p. 8. duxeris: a pducto illo latus unū sexies subtraxeris/ remanētis medietas qđ sitū pandit. DIS. & huius exm ponas. MAG. Sit decagōus cuius latera singula. 10. sint insignita erit area. 370.

De reliquis poligonijs. Cap. xxiiij. MAG.

Dem de ceteris poligonijs si feceris/ absq; errore singulorum areas inuestigabis: hac seruata lege/ ut numerorū ordinem naturalem custodias in multiplicanda unius lateris summa & in hac quæ excreuit augmētanda laterali qđq; subducenda: cum eā hęc feceris/ semp remanētis medietas areā dabit. DIS. Quis est is ordo naturalis? MA. ut si in pētagono summa unius lateris in se ducti p remanētū



GEOMETRIAE PRACTICAE

aucta est sic in hexagono p quaternariū: in heptagono per
quinariū &c. Sic sequens p senariū reliqua per septenarium
augenda est. pariformiter & sequentiū polygoniorū p sequē
tes augēde sunt numeros. Sic & in lateris subtractione si in
pentagono latus semel subducitur in hexagono bis ita in se
quentibus in numero ascendendum est ordine naturali.

DIS. Capiō sane.

De podismo sphericę superficie. Ca. xxv. MAG.

E superficie planarū ac rectarū podismis satis dictū
d. si ad curuas transeam⁹. Et primū de area sphericę su
perficie/ quā quidā circuli māuēturā nomināt exor
diamur. DIS. Quā via dephendi pōt^r. MA. Tali acci
pias circulum æqualis diametri cū sphaera cuius supficiē
podismare volum⁹. hui⁹ circuli diametrū in eiusdē peri
feriā ducas: & qd pducit erit area superficie sphericę q̄sitæ
siue circuli mauritūra q̄ semper quadruplex est ad arēā
circuli. ut sit circulus cui⁹ diameter sit. 14. erit ei⁹ periferia
44. eritq; area superficie sphericę æqualis diametri. 616.


Sphæra.



De podismo superficie montuosę. Ca. pitulum. xxvi. MAG.

I autē montuosę superficie arēā habere placuerit
verticis circuitū cōsidera: & similiter pedis & ascē
sus quo facto iungant^r circuitus pedis & verticis pducti
medietatē accipe: quā p ascensum multiplica & pductū
ostēdit quęsitū. DIS. Exemplū subiungas. MA. Sit
mōs cui⁹ verticis circuitus sit. 300. pedū. circuitus pedis
sit. 1000. pedū. ascēsus vero sit. 800. pedū. erit area tota
520000. pedū. DI. Quid autē si mōs in circuitu ver/
ticis medietatis & pedis multū discrepauerit: ita ut q̄si py
midaliter ascēdat^r. MAG. Hoc pacto arēā ei⁹ accipias
Collige nūerū circuit⁹ pedis medi⁹ & verticis in summā
unā: cuius tertiā partē p ascensum multiplica: & patebit
q̄sitā area. ut si circuitus pedis sit pedū. 2500. circuitus me
dius. 1600. circuitus verticis. 100. ascēsus vero. 2000. erit
area. 2800000. pedum. Si autē mōs in ascēsu si piter & in
circuitibus inq̄lis fuerit alia via eius indagāda est area.

DIS. Quā? MA. Illa iūge circuitū pedis cir
cuitū verticis pducti: accipias medietatē sic ascē/
sus colligas: collecti medietatē sumas: hāc p prio
rē medietatē multiplica & pductum arēā dabit.
DI. Exm hui⁹ addas. MA. Sit mōs cui⁹ verticis
circuit⁹ sit. 200. circuit⁹ pedis. 1400. ascēsus lōgior.
850. ascēsus breuior. 750. erit area. 640000.



LIBRI SEXTI TRACTATVS. II.

De diuisione supficienū quantūcūq; in actus
vel iugera Capitulum. xxvij. MAG.

Vperfides itaq; notas / si p actus aut iugera aliasue
mensuras pariri volueris longitudinē & latitudinē
mensurę tue in se multiplica: & habebis mensurę cui⁹
latera multiplicasti: pedes siue arē: p hac pedes supficiet di
uidendę diuide & numerus q̄tiens dabit quęsitū. erunt itaq;
iugera primi montis. 18. & restāt pedes mille & sexcēti. secu
di montis iugera erūt. 24. restantibus pedibus. 88000. Iuge
ra montis tertij erunt. 22. restantibus. 6400. pedibus. Hęc de
mensura superficierum: ad corpora transeamus.

De crassitudine siue soliditate spherę. Ca
pitulum. xxviij. MAG.

Ensura quā scdm corpus fieri diximus: corporę soli
ditates & crassitudines inquirir: ut q̄ scz pedes quadra
tos corporis magnitudo cōtineat. Huius ut aliquale
cognitionē accipias / de quibuscūq; corporibus proxim subiiciā
& primo de sphaera. Spherę igit soliditatē si inquirere volue
ris / diametę eius cubes (id est semel in se ducas quadrates
& pductū rursus p diametę multiplica) hoc vero cubū spe
rę crassitudinē excedit: quē excessum si abieceris: spherę soli
ditas relinquet. Excessus autē tali patebit via. diuide cubū
per. 21. pductū in. 10. ducas: & habebis excessum quęsitum
vel diametrū cubes: pductum per. 11. ducas / totiusq; sumę
21. pars dat spherę soliditatē. sic etiā excessus per. 11. ductus
dabit idem. DIS. Exemplum addas. MAG. Sit sphaera
cuius diameter sit. 7. erit cubus. 343. excessus. 163. &
crassitudo vero spherę. 179. & $\frac{2}{3}$

Cubare
quid sit



Crassitudo rubi
huius. 343.



De soliditate cubi. Capitulum. xxix. DIS.

Vbiq; autem corporis quo ingenio soliditatē inquir
ris? MAG. Tali cubetur latus unum: & habetur
propositum. DIS. Exemplū adiungas. MAG.
Sit cubus cuius omne latus sit. 7. erit crassitudo. 343.

De columnarę spissitudine. Ca. xxx. DIS:

Oronis columnarę qua via grossicies inquirēda est
MAG. tali. Inquiras arē latitudinis hac in longi
tudinē ducas & habebis quęsitū. ut sit corpus q̄d ran
gulum latitudinis. 4. & longitudinis. 12. erit etiā crassitudo.
192. Et hoc pacto quātitas puri vel etiā vasis pleni reperit.
Ex quo etiā facile cōcluditur: si doli aut; columnę diame



GEOMETRIAE PRACTICAE

ter fuerit duplex ad diametrum alterius / eiusdem longitudinis
area corporis diametri maioris erit quadruplex ad area cor/
poris diametri minoris. Si vero corpus minus in duplo sit lon/
gius / erit maius ad minus duplum. Si autem minus in quadru/
plo longius fuerit erit illa duo corpora aere equalis. DIS.
Si autem superficies latitudinis in una corporis extremitate maior
fuerit quā in alia: quā recipiamus superficiem? MAG. nullā. Sed
oportet ex ambabus inuestigare tertiam hoc pacto. Subtra/
he minorem a maiore & habebis eandem differentiam cuius me/
dierat a superficie maiore subtrahere residuum adde superficiem
minori: & producti totius medietas dabit latitudinis superficiem
quam in longitudine ducas & apparebit corporis soliditas.

DIS. Exemplum adducas. MAG. Sit superficies latitu/
dinis maior. 36. & minor. 16. erit differentia. 20. harum medie/
tas scilicet 10. subtracta a 36. relinquunt. 26. hęc superficies minori
scilicet 16. addita. 42. reddunt. Harum medietas scilicet 21. quesitum
corpus scilicet superficiem latitudinis: quasi ducas. 21. in. 72. tunc. 1512.
emergunt. Per hoc ingenium cuiusvis columnę / siue rotundę
aut angularis grossiciem inquiras similiter & vasorum continen/
tiam reperiēs. si ex superficie unius extremitates & precise ex
media superficie comune quesieris: si saltem vas in medio
maius quā in extremitatibus fuerit. Et habita area dolij si eide
quadratum in capacitate equale fabricare libuerit / latera
quadrati secundum quantitatem radicis areę dolij in longum
& latum accipiantur.

De mensuratione corporum pyramidalium.

Capitulum. xxxi. DIS.

Rassitudo pyramidalis corporis quo ingenio inquiri/
ris? MAG. Si crassitudinem pyramidis cuiuscunque a
superficie multiangula equalium laterum inquiris. Summa
area superficie a qua surgit pyramis: hęc inuenta dupletur: p/
ducto addatur latus unum eiusdem superficie: summa multi/
plicetur per numerum unitate tantum unum latus superficie transce/
dentem: productum diuidatur per senarium: & numerus quo/
tiens pyramidis dabit crassitudinem. DIS. Exemplum adhi/
as. MAG. Sit pyramis conisurgens a superficie isopleuri
cuius quodlibet latus est. 28. erit area eius. 406. erit crassitu/
do pyramidis. 2660. ita pariformiter operandum erit in py/
ramidibus quadrilatis: pentagonis & alijs.

Finis Geometrice practice. Sequitur Astronomia.





Liber Septimus de principijs Astronomiæ

De enumeratione & ordine dicendorum.

Tractatus primus. Capitulum primū DIS.

On perfunctorie (quæ accepi) Arithmetice / Musice & Geometrice principia his diebus reuolui: plurimūq; harū theorematibus delectatus sum. Considerans autē Astronomiā deesse: quā in quadruū partitione quarto loco cōmemoras / bas / necessariū duxi te precibus pulsari: ne alijs q̄ mox instabunt occupatus negocijs incōpletum quadruū derelinq̄res. Vbi enim vis numerorū: ubi musice mundanę (ut aiebas) cōcensus: ubi deniq; Geometricę demonstrationes / quę non modo terrenorū / veretiam cœlestiū corporū magnitudines dimetiūtur: si Astronomiā premitas? Plurimū itaq; te obsecro: ut in enarrandis huius tam necessarię disciplinę principijs hodiernū saltē diē absumas. MAG. Nec omnia istoc diē in mediū ferrem: si vel sol staret ut quondā bellante indy to Iudeorum duce Iosue: aut decem gradibus retro cederet: ut Ezechia de letali ægitudine cōualefcente. Quis enim totius mūdiālis machine unitatē / perfectiōem / figuram & partium eiusdem tam cœlestium q̄ elementalium naturas paucis perstringeret? Quis orbium motus aut syderum ortus & occasus: temporū discretiōes: dierum & noctium inęqualitates facile simul cōmemoraret? DIS. Quod ergo nō una / decem aut tot quot suffecerint lucubratiōibus tradas. In defessum enim ego me auditore exhibeo: rem ocys aggredere. Et in primis de ratione nominis te absolvas.

De definitiōe nominis origine ac Astronomię primo inuentore. Capitulum secundum. MAG

Astronomiā est cerra lex & regula superiorū corporū magnitudines & motus considerans. Corpora autē superiora cœlos & astra intelligamus. DIS. Curigit potius astronomiā ab astris & non a cœlis nomen accepit? MAG. hoc ideo factitatum arbitrare: quoniā astra sunt nobis cœlis notiora (quia visibilia) nosq; in noticiam cœlorū facile ducētia. a notioribus autē denominatiōem fieri cōmunissimū est. Aut etiam quia doctissimi omnes sphaeras mundi / astra nonnūc solent appellare. uti videre est libro. 2. de docta ignorantia Cardinalis Cuse. DIS. De nominis origine / hac tua ratione persuasus / tecum sentio. Sed quisnam mortaliū primus hanc cognouerit: edicto. MAG. Nonnulli gręcorū Achlantē quendā primū Astronomię fuisse inuentorē volunt: & ea de causa Poetę istam opinionem insinuare volentes: Achlantē gigantem esse maximū / qui ca nychola⁹ de Cusa
augusti⁹ sinistra in occidentē cœlum sustineat. De hoc diuus Augustinus de

Astronomia.

Achlas reptor primus astro nomie


ciuitate dei li. 18. sic ait. Athlas frater Ptholemæi magnus fuisse astro/
logus dicit. Unde occasione fabula inuenit ut cœlū portare cōfinge/
ret. q̄uis mons eius nomine nuncupetur: cuius altitudine potius cœli
portatio in opinionē vulgi venisse videat̃. Alij prothoplastū Adam
aliq̄ Abraam, ceteri autē alios huius sciētīe inuētores cōiecturant, eam
tamē a Ptholemæo nō mediocriter illustratā & in eo libro cui Alma/
gesti nomen est: conscriptā manifestū est. Moderno autē tēpore a do
ctissimis mathematicę disciplinę professoribus Georio purbachio &
Ioanne de monteregio egregie excolta; cognouimus. De moribus
vero corporū superiorum Alfonso rex Castellę tabulas edidit: & in
his nobis peperit sui memoriā reliquit. Horum nos dogmata sequi
fas est. Eum autē quē prēmisiimus ordinem seruare non erit inuide.
Primū itaq̄ totius uniuersi (quod spheram dicere possumus) conti/
nentiam/unitatem & figuram demonstrabimus. Dehinc ipsuz per
partes diuisum in singulis explicabimus.

De definitione spheræ & mundi continentia; &
unitate. Capitulum tertium. DIS.

Sphera

q

Voniā mundialem machinam spheram dicis/ doctrinæ ratio Euclides,
expostulat ut spheram definias. MAG. Sphera est trans^{libro. 11.}
circumferentię dimidiū circuli/ quociens fixa diametro quo/
usq; ad locum suum redeat unde circūducitur. Id est. Sphera est tale
rotundum & solidum quod ab arcu semicirculi circumducto descri
bitur. Vel Sphera est corpus solidū unica superficie cō/
tērum: in cuius medio punctus est: a q̄ oēs linę ductę
ad circūferentiā æq̄les sunt. Punctus autē ille centrū spherę
& linęa per ipsum transiens atq; extremitates circū
ferentię siue periferię applicans axis spherę & puncta
huiusce linęa terminantia poli mundi dicuntur. quem
admodū in geometricis dictum est. Prima autem om
nium spherarū maxima/ mundi machina rota dicitur
Ipsa enim in se omnia continet: nec quidquam extra ip
sam est quod formæ mūdi sit suscepibile: sed omne ta
le tum simplex tum etiam cōpositum in se completi
tur. ideo perfecta est & unica: extra quā nulla alia repe
ritur. Quod facile quidē probabitur si rerum tā sim
plicum q̄ elementarū naturas animaduertas. Om
nia enim talia in locis suis naturalibus in sphaera contē
tis sunt locata. ut leuia sursum: grauiā vero deorsum. &
si extra ea fuerint ad ipsa naturaliter mouentur. Quod
de lapide sursum proiecto & candelā incensa ac deorsuz
uersa claret. nam lapis in aere non quiescit/ sed ad terrā
versus centrum tendit. Sic & ignis candelę deorsuz ver



Sphera
prima
maxima

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

se sursum tendit. Quapropter si aliquod horum extra supremam sphaeram fuerit hoc contra eius naturam & violenter erit: & per consequens ibi perpetuo non manebit. nullum enim violentum durabit in perpetuum. **Aristotel** Vnde & Aristoteles asseruit. Si extra hunc modum alius esset terra ipsius us ad terram huius moueretur: quod non posset fieri nisi a centro versus circumferentiam ascenderet: quod tamen est contra terram & cuiuscunque grauis naturam. Sunt tamen (ut scripsit idem) extra coelorum entia inalterabilia / insensibilia / impassibilia / optimam vitam ducentia: per se sufficientissima: quam & toto xuo perficiunt: a quibus omnibus alijs datum est esse & viuere: his quidem clarius / his vero obscurius. Sed haec dicere non de conuexa superficie supremae sphaerae / sed de concava orbis lunae intellexit. Vnde totum quod ambitu huius premitur / sphaeram generabilem & corruptibilem dixit. totum vero superius / continens & contentum ingenerabile & incorruptibile credidit. **DIS.** Vis ne aliud nomine orbis / aliudue nomine sphaerae significare? **MAG.** Volo eadem. nam sphaeram unice superficie dixeram contineri / conuexa scilicet orbis vero duabus: conuexa & concava concludit: quemadmodum annulus.

annulus



De figura sphaerae siue machine mundi. C. iij. **DIS**


Xhis te mundum unum ex omni materia forme mundi susceptiuam compositionis / atque figurae esse sphaericam aut rotundam affirmare intelligo. **MAG.** Sane intelligis. unitatem quidem probauimus / confectum quod est ut & figuram ostendam. **DIS.** Optime. **MAG.** Mundi si figurae esse sphaericae / similitudo / moditas & necessitas concludunt. Similitudo quidem factus est enim mundus sensibilis ad similitudinem & exemplar mundi intellectualis archetypi & ideae mentis diuinae: in qua nec est principium nec finis sicut & in figura sphaerica. Vnde Boetius. Tu cum ista superno ducis ab exemplo pulchrum pulcherrimum ipse mundum mente gerens / similis imagine formae.

Figura mundi. probat sphaerica similitudine / comoditate / necessitate


Boetius /
conso. li.
3. metro. 9

mas. Consentiunt Plato & Mercurius trimegistus. Commodum etiam fuerat ut corpus quod in se continet omnia / omnium figuram haberet capacissimam. haec autem est figura sphaerica. ut in mathematicis dictum est. Necessitas autem mox apparebit. nam si mundus esset figurae planae aut angularis: sequerentur impossibilia & leuius contraria. impossibile quidem: nam cum mundus continue moueat aliquod locum relinqueret vacua & aliquid sine locis corpora. quod patet facile in figura peffigata. Sensui etiam sequentur contraria. videlicet quod Sol aut alia quis stella in una coeli parte nobis esse propinquior quam in alia: & in parte propinquiori maior / in remotiore vero appareret minor: cuius contrarium visus indicat. nec valet si de sole in ortu existente obiciatur. nam is tunc quicquid maior apparet / propter vaporum grossorum interpositionem: quemadmodum denarius pictus in aqua. ut demonstratione sensibili patebit in prospectiva: ubi id deducet.

s ij



LIBRI.VII. TRACTATVS .I.



DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAS

De machine mundi partitione. Capi. v. MAG

T quidem hec de mundi unitate continentia & figura sufficient
e Consequenter ne tibi fastidium longis sermonibus ingeram stilum
ad eius partitionem verto. DIS. Quomodo igitur mundum
diuidis? MAG. In ethereum & elementarem. Rursus ethereus in celos
undecim patitur, qui sunt Caelum empyreum. Decimum quod primum mo
biledicunt. Nonum quod secundum mobile. & Octauum quod celum stella
rum siue firmamentum appellant. Sub quo celi Planetarum septem po
nuntur. Saturni scilicet Iouis. Martis. Solis. Veneris. Mercurii & Lune
quamquam Aegyptij Plato quoque & Aristoteles solem lunam proximam collo
cent. nonnulli vero situm planetarum incertum esse fatentur. Et antiqui
ores fere omnes supra octauam spheram nullam aliam esse arbitrati sunt.
Mundus vero elementaris in quattuor sphas/videlicet Ignis: Ae
ris: Aque: & Terrae scinditur: ut praefata admonet descriptio.

Mundi
diuisio.

De numeri celorum demonstratione. Cap. vi. DIS

X quibus undenarium celorum numerum concludere potes?

e MAG. Pluralitatem sphaerarum (ut aiunt) generationem atque corrup
tionem diuersitas arguit. nam idem in quantum idem non est natum nisi
facere idem. ideo plerique naturales septem celos Planetarum: firmamentum
atque nonum coelum ponunt. quod & ipsi primum mobile appellant. De
decimo vero caelo mobili a modernioribus discrepant: qui alius spe
culantes/ipsam ponendum & primum mobile dicendum esse/rationibus
affirmant. Nam experientia cognitum est aiunt firmamentum seu octauam
spheram tribus circulo rum motibus. quorum primus est ab oriente occi
dentem versus: ad motum primi mobilis super polis mundi. & completur
in spacio naturalis diei. Secundus est huic contrarius ab occidentem in or
tem secundum successionem signorum ad motum nonae sphaerae in. cc. annis gradu
uno & .28. minutis fere & sic in. 4.9000. annis totus perficitur. & motus
Augurii & stellarum fixarum dicitur: quo scilicet motu stellae quae sunt in firmamento
variant de signo in signum respectu Zodiaci primi mobilis. Unde ple
iades stellae fixae quae iuxtafigurationem sunt in capite tauri in firmamento
respectu zodiaci superioris sunt in. 22. gradu tauri. & de aliis. Tertius
motus trepidationis. quo scilicet octaua sphaera mouetur super duobus circu
lis paruis: quorum poli sunt capita librae & arietis nonae sphaerae. & semi
diameter illorum circulo rum est gradus. 4. minuta. 18. & secunda. 43. & il
le motus accessus & recessus notat: in. 7. millibus quoque annis comple
tetur & solus octauae sphaerae proprius est. quia unius corporis naturalis motus
est unus motus secundum naturam. ratione illius motus stellae fixae non sem
per aequae distant a polis immobilibus primae sphaerae. Sic nec eclipsidae
firmamenti semper est sub eclipsida immobilis: immo frequenter est extra eam:
nec stellae fixae semper in temporibus quibus aequae distant a capitibus ari
etis & librae eiusdem primi mobilis/sed videntur moueri nunc versus ori
entem nunc versus occidentem: nunc tardius nunc velocius. Ptolemaeus

motus fir
mamenti
triplex

motus
augurii

Ptolemaeus.

s. iij.

us namq; motus reperit in centum annis uno gradu. alij sequaces & posteriores inuenerunt motus in .66. annis uno gradu. Sensibili demōstratione patet hęc in corpore spherico pro motu octauę spherę ordinato. Omnis autem motus conueniens alicui præter naturā (ut motus primus & secundus octauę spherę) conuenit alteri secundū naturā & non inferiori: quia illa in superiora nō influunt: igitur superiori. Sic fit ut motus secundus qui octauę spherę est præter naturā / sit nō / nā secundū naturā: & motus primus / qui octauę & nonā spheris est præter naturā / decimę siue primo mobili sit secundum naturā. Hi igitur motus omnes cum nōdum a veterioribus essent cogniti ad nōticiā / alij neq; quidē nonā / alij vero decimę spherarū non deuenere: tūq; hi cœli quia stellis carent visu non possunt deprehendi. nec rationes præmissę cōcludunt demonstratiue: fieri em̄ potest ut motus diurnus totius cœlestis machine sit cōmunis: motus v̄o renissionis octauę spherę sit proprius / ab alio tamen causatus motore. Pariformit̄ opponi possit de motu repidationis. DIS. Relictis igitur istis naturas cœlorum explana.

De naturis & influentijs omnium cœlorū. Ca. vii. MA

Vonā: uti naturales tradunt: esse in mundo inferiori receptūq; tribus determinatum est videlicet Materia Q uantitate & pri-

Cum vero hęc inferiora a lationibus superiorum regi necesse sit (ob id enim mundus inferior superiori cōdignus est) opere prædictum fuit Creatorem omnium in superioribus ordinare causas mouētes effectibus inferiorū pportionatas. Et hęc sunt cœlorū influentię & motus. Mobilis autē primus: motus est unus simplex & semp̄ equalis. Causatur igitur in inferioribus unum qđ equale est ī omnibus (nam idem in quātum idem non est nisi natum facere idem) & hoc est esse primum omnium rerū generabilium & corruptibilium. Receptio autē huius esse in materia non fit nisi unum principiorū cōponentium / ad alterę moueatur. Necesse est igitur esse motum alium a primo / qui huius sit causa efficiens. & hic est motus secundus secundi mobilis. Et hi duo cœli iuniorum formitaris causantur sunt: stellas nō habent. Rursus hoc esse quod cōpositum est / consequitur determinatio p quantitatē & figurā / cuius causa mouens est latitudo cœli stellari: & propter hoc conditor rerū huic cœlo diuersas cōstellationum imagines indidit. Esse vero qđ determinatur p rina: & q̄litarum cōmixtiōe propter sui diuersitatē: planetarum spheris attribuit̄ est. Vnde in cōmixtiōe q̄litarum / miscetur aut frigidū cū sicco: aut frigidū cū humido: & calidū cū sicco & calidū cū humido. In mixtione autē frigidi cū sicco neutra q̄litarū est vite / sed utraq; est mortificatiua & causa male recipiendi: & in hoc mixtura impedit. Oportuit igitur spheram per motum suum hoc operantē lon-

Aristotel
1. metheo
rorum.

Primum
mobile

B
B
2.
m

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

giffime ponit a loco mixtionis: & fimiliter tardiffimi effe motus: aliter mixtura omnis folueret. & talis eft fphera Saturni. Eaztñ necelfe eft **Datumus** effe. nā operat ratione pmixtionis frigidi & ficci potentia bene reti- nendi. Frigidū autē cum humido duplex eft. Simplex qd eft elemen- tale. & humidū quod eft fubiectū vitæ. Et id quidē qd simplex eft/ut mifcibilibus tenaciter imprimat: a motu magis vicino loco mixtionis atq; velociffimo influxū recipit: qd eft motus lunę. Humidum autem **Luna** cōplexionale exiftēs fubiectū vitæ/a fphera Veneris mouet: qd cōiun- **Venus** cta eft fphere Solis: qui dator vitę phibetur. Calidū autē cum humi- do effe nō potest/nifi fit humidū fpiritale. Ex q; pcreant fpiritus vecto- res virtutum vitę. & ideo calidū cum q; iungit/excellens effe non pōt (q; tale nō eft nifi cū ficco) eft ergo calidū cōplexionale. & illud mo- uet fphera Iouis. Calidū cum ficco rurfus duplex eft. aut enim eft mo- **Iupiter** tiuum totius materię. aut eft digeftiū & maturatiū materię iā mo- ta. Primiū eft. calidum feruens & vincens motū a fphera Martis: q; **Mars** ob id moderate remota eft: ut poffit locum mixtionis attingere & nō destruire. Secundū autē calidum feminū cōceptiū & maturatiū a Solis fphera mouetur: & ab eadē vitæ primordialia femina recipit. **Sol.** Ultra dictas autē planetas fpheras/ quare lex funt: ponit feptimus **Mercuri⁹** fc; Mercurius: qui ob varietatē fui motus/mixtionē atq; virtutū dicta rum applicationē habet. unde ab astrologis dictū eft: Causę agentes fequunt Solem: materię Lunā: fecunditas caufas agentū Iouem: fecunditas materię Venerē: velox expeditio ad effectū q; ppter ve- hementē calorem Martē: propter multiplicē virtutē Mercuriū: & cū ftas cōiunctio pmanens fequit Saturnū. & rurfum calor viuificus Solis: calor adurens Martis: fupficies varia Mercurio: humoraereus Io- uis: humor aqueus Lunę: humor mixtus Veneris: & moles tota Satur- nio attributa eft. Et hec quidē fcdm astrologos dicta funt. Cælum vō undecimū (qd locus eft beatorū) theologorū auctoritas annumerat.

DIS. Diuifionē partis etherę in celos undecim: & pīs elementa- ris in ptes. 4. in fuper & de celos numero demōstrationē; cupide ac- cepi: fingulorū ramen vellē audire difpofitiones atq; formas. **MA.** Vercorne dū difpofitiones omniū mundi fpheras in mediū ferre rē- tauero epitomatis leges infringā. Attamē ne tuis videar cōtraire pe- titionibus/de fingulis saltē pauca adducā. De fuperioribus autē ad inferiora pmiſſo ordine descendēs ab empyreo cōlo exordiar.

De cōlo Empyreo. Capitulū octauū. **MAG**

Oelum undecimū immobile primo die creatum & mox ange- **Celū em** lis fanctis repletum: ceſt corpus ſubtiliffimum/primū mundi **pyreum.** fundamentum & quantitate maximū: qualitate lucidū: figu- ratione ſphericū: locali ſitu ſupremū: amplitudine ſpirituū & cor- porū viſibilium & inuiſibilū contentiuū: dei ſummū habitaculū. s. iij.

Beda
Baſili⁹ 11.
2. hexac/
meron.

LIBRI.VII. TRACTATVS .I.

Est itaq; diuersas ob causas varie denominatū. Dicitur em̄ Empyreū quasi ardens & ignitū: nō quidē realiter: sed quia lumine corporali perfusum: aut quia a superbenedicta trinitate in eodē residente illuminatum. Dicit̄ etiā olympū a limpiditudine. & crystallinū: eo q̄ sit corpus solidum nō concuum transparent & lucidū. In quo tamen corpora beatorum subtilia sine resistentia aut dimensionū penetratione ambulabunt. q̄ autē hoc cœlum a quibusdam intellectuale dicitur: accipiē dum est quia a nobis nō visibile sed intelligibile tantum est. Aut quia locus sit deum intellectualiter contemplantiū. Nonnulli etiā ultra cœlum Empyreū: cœlum trinitatis annumerant: quod dicunt esse deum scdm rem & differre ratione: nihil tamē aliud est (inquit Alberth⁹) q̄ virtutis eius excellentia qua continet & ambit omnia creata. Et esse in tali cœlo est esse in equalitate virtutis dei omnia cōtinentis atq; saluat̄is quod solum conuenit patri filio & spiritui sancto.

Intellectu
ale.
Cœli tri/
nitatis.

Alberth⁹

De cœlo decimo siue primo mobili. Ca. ix. DIS:

Cœlū. x.
primum
mobile
Mot⁹ ei⁹

E cœlo decimo quid dicis? MAG. Cœlum decimum omnium corporum primū est mobile: motu scilicet diurno ab oriente occidentem versus iterum redeundo in orientem in .24. ho/ris: sine fatigatione & pena regulariter: id est nō velocius uno tempore q̄ alio. Et illo motu secum rapit omnes sphaeras inferiores. Fitq; talis motus super polis mūdi. DIS. Quæ aut quorū in hoc cœlo sunt stelle? MA. Nullæ: at tamen in ipso /icet & in nono characteres & lineationes: non nisi a visu acutissimo certis locis & temporibus pceptibiles esse supersticiosi quidam contendunt. Quibus nonnulli nomine sapientes & mente capri /imagines quasdam sub certis constellationibus signāt: quas etiam effectus mirabiles sequi affirmāt: quos dyabolica machinatione nonnunq; secuta experientia docuit quorum fraudem dum nō aduertunt seipsos & alios misere falluat (quia fallunt) & tandem ad caliginosi ignis incendiū & perniciē eterna ducūt. Ex prædictis characteribus quidā signa duodecim in zodiaco cōstituanturq; eiusdē nominibus quibus & ea q̄ in octaua sphaera sunt nominantur: ut infra patebit. Nunc ad cœlum nonum descendamus.

De cœlo nono. Capitulum. x. MAG.

Cœlum
nonum
Mot⁹ ei⁹

Motus
stellarum
fixarum.

Elum igitur nonum similibus (ut dicunt) characteribus quibus & decimū est insignitū: stellis caret: duplici motu reuoluit. Primo quidem ad motum primi mobilis. Secundo motu proprio ab occidente versus orientem super polis proprijs in .200. annis gradu uno & minutis .28. fere secundum successionē signorū respectu zodiaci primi mobilis. Semper enim superficies eclipsicę illius nonę sphaerę est in superficie eclipsicę primi mobilis. Arcus autem siue distantia intra capita arietis primi mobilis & arietis huius sphaerę: dicitur motus stellarum fixarum. Totāq; reuolutionem in .49000. an/

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

nis complet. quæ reuolutio a quibusdam magnus annus Platonis di- Annus
ctur. Aiunt enim Platonē scripsisse. Integra reuolutione ista comple- Platonis
ta: omnia in eodē statu & dispositione consistere: q̄ in initio reuolutio
Augusti. nis fuerant. Hanc positionē diuus Augustinus de ciuit. dei li. 12. ca. 13.
in fine explodendā: & religioni nostræ contrariā ostendit dicens. Absit
in q̄ ut nos ista credamus: semel em̄ Christus mortuus est. p̄ peccatis
nostris resurgēs autē a mortuis iam nō moritur: & mors ei ultra non
dominabitur: & nos post resurrectionē semp̄ cum domino erimus.
Paulus ad Romanos. 6. Et hoc cœlum a quibusdā aqueum / ab alijs crystal- Aqueum
linum appellatur. supra firmamentū em̄ (quod octauum cœlum dici cœli no-
mus) scriptura aquas esse multipliciter astruit. unde in Genesi legi- num
tur. Fiat firmamentum & diuidat aquas ab aquis &c. Dauid. Q̄ uide
Gen. 1. gis aquis superiora eius. & iterum. Aquæ quæ super celos sunt lau-
Psalmista dent nomen domini. & in Daniele. Benedicite aquæ omnes quæ sup
Daniel celos sunt domino. Has nōnulli in forma nebulae tenuissime consiste
Augusti. re aiunt. Augustinus ad Orosium q. 27. Alij congelatas cōiecturant Cryalli/
unde & hoc cœlum crySTALLinum nomināt. Ceteri hoc cœlum quia ex num cœ/
materia (de qua dictū est. & spiritus domini ferebatur super aquas) lū non
constitutū sit: eodem nomine posse appellari. argumentantur. Augu-
stinus autē concludendo dicit. Quomodo ibi sint: tamen eas ibi esse
Idem minime dubitamus. Maior em̄ est huius scripturæ auctoritas q̄ om-
nis humani ingenij p̄spicacitas. Causas autē dū ibi sint aquæ cōsti-
tute: quia vanę a multis assignantur silentiū libuit præterire. DIS.
Num cœlum empyreū / crySTALLINū nōnunq̄ appellari / superius cō-
memorātū est? MAG. Enā fili. Sed rationē huius adiunximus. Nec
te mouebit nō omnino cōcors cœlorū distinctio & appellatio / si in re
ipsa cōcordiā ex dictis amplexus fueris. Verūtatē & te uno admo-
nēdum existimo: nōnullos sc̄j sup̄mā ignis partē cœlū igneū: partē
shabanus vero inferiore olympeū: sic aeris sup̄mā partē cœlū ethereū: inferiore
autē cœlum aereum nominasse. DIS. Quod subest octauum cœ-
lum percurramus.

De octauo cœlo. Capitulum. xi. MAG.

Vbest cœlum octauum: quod & firmamentū dicit. & stellis Firmamē
innumerabilibus ornatū est: quæ fixę appellant: qm̄ omni tē- rum
pore equaliter a seipsis distāt: nec p̄prium motū a motu sui cœ-
li habent. Sunt etiā in eodē cœlo decē circuli imaginarij sese interse can-
tes: ac imaginū in cœlo fixum motū & diuersitatē notificantes. Moue-
tur autē hoc cœlum motu triplici: ut dictum est supra in. c. sexto. Et ut
ea quæ dicta sunt clarius intelligas: de circulis primū / dehinc de stellis
& imaginibus octauę spherę tractabimus.

De circulis. x. in firmamento imaginatis & primo de maioribus. Capitulum. xij. DIS.

Vi & quales sunt hi circuli? MAG. Circularum in firmamēto imaginatorum quidam maiores sunt: quidam vero minores. DIS. Quot & quales sunt maiores? MAG. Sex sunt: hi scilicet qui per firmamenti cōuexam superficiē & eius centrū transeunt: ipm in duo eq̃lia diuidūt. Horū nomina sunt zodiacus, Equinoctialis, Colurus solsticialium, Colurus equinoctiorum, Circulus meridianus & Horizon.



De circulo equinoctiali. Ca.xiij. MAG.

St autē equinoctialis circulus quidē diuidens spherā in duo equalia scdm quālibet sui partē equaliter a polis distans. Dicitur equinoctialis: quia cum sol p ipsum trāsit (quod bis fit in anno: cum scilicet est in principio Arietis circa festum Gregorij: & in principio Librę: circa festum exaltationis crucis) fit equinoctium in uniuersa terra. hinc & eq̃ tor diei & noctis dicitur. Est em̃ tunc dies. 12. horarum similiter & nox. Nominat̃ etiā cingulus primi mobilis: quia ipsuz in medio per duo equalia per modum cinguli diuidit.

De Circulo zodiaco. Capitulum.xiij. DIS.

Zodiacus
circulus

signa zodiaci
aust
ralia
septentrio
nalia

Zodiacus quis est circulus? MAG. Is qui p spherę medium transiens equinoctialē interfecat: & interfecat ab eodē in duas partes equales: quarū una uersus austrū: reliq̃ uero uersus septentrionē declinat. ob id & circulus obliquus dicitur. Est signa uersus austrum declinātia australia uocant̃: scz Librę: Scorpio: Sagittarius: Capricornus: Aquarius: Piscis. Ea uero q̃ uersus septentrionē se vertunt: Borealia a uento: uel Septentrionalia dicunt̃ scz Ariēs: Taurus: Gemini: Cancer: Leo: Virgo. Est autem hęc declinatio. 23. graduum & dimidij: aut fere. 24. de gradibus qui ex diuisione totius in. 360. proueniunt. Zodiacus autē nominatus est ζωδιακός a zoe quod est uita. sol em̃ sub illo circulo motus cunctis uirā pstat inferioribus: aut ζωστήριον a zodion quod animal dicit̃. Sunt em̃ in eo. 12. imagines p stellarū positiones formate: & nomibz animalium insignitę: & solus



is circulus ī firmamēto latitudinē habere describit̃. DI. Quāta est latitudo ei⁹? MA. 12. gradū ex pfata diuisione in. 360. sumptoz & p mediū horū lineā imaginat̃ diuidēs zodiacū in circuitus in duo eq̃lia: a quibet pte sex gradus relinquēdo. huius lineę eclipsica nomē est: q̃ tunc soluz cu; sol & luna sub ea fuerint. Eclipsis fieri possit. ex hac zodiaci partitione pater: signū q̃ dlibet in longitūdine habere grad⁹. 30. in latitudine 70. 12. Q. nq̃ tñ totū firmamentū in. 12. eq̃lia diuidit p. 6. circulos p polos zodiaci & initia signorum in zodiaco

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

distinctorum transcentes, & tunc stellas extra zodiacum existentes dicuntur esse in signis.

De circulis coluris Capítulum. xv. DIS.

Escribe Coluros. MA. Colurus solsticioꝝ est circulus p polos mundi/ & principia cancri & capricorni transiens: spherā in duo equalia diuidens. DIS. Et unde hoc sortitus est vocabulum? MA. Quia incōpletus apparet aut ut coīter dicitur a colon quod membrū & uros quod hos siluester interpretat. apparet enim huius circuli sola una medietas in modum caudę bouis siluestris erecta. Sed solsticioꝝ dicitur quoniam sol ipsum attingens/ amplius non ascendit. ut cū circa festū viti Cancrū intrat. nec descendit: ut cū Capricornum circa Lucę festū lustrat. & horę primū solsticiū estiuale (quā in estate) alterū vero solsticiū hyemale (quia in hyeme fit) appellat. Colurus vero æquinoctioꝝ est circulus p polos mundi & initia arietis & librę transiens spherāq; in duo equalia diuidens. dictus autē est æquinoctioꝝ: quia sol ipsum attingens æquinoctia facit unū scz vernale circa festum Gregorij: alterum vero autumnale circa festū exaltationis crucis. Et hi duo circuli sese in polis mundi interfecāt ad angulos rectos & sphaerales.

Colurus solsticioꝝ

æquinoctiorum.
æstiuale
hyemale.
vernale
autumnale.

De circulo meridiano Capítulum. xvi. DIS.

Cenith

Eridianū in sphaera quę dicitur circulum? MA. Eum ipm qui transit p polos mūdi & p cenith capitis nostri. Est autē cenith capitis nostri punctus firmamēdi directę capibus nostris superpositus. Appellatus est autē is circulus meridianus: quia cū sol ab ortu ascendens/ ad ipsum puenit illi p curius cenith talis circulus transie merīdies est. ex q̄ patet ciuitates equaliter ab oriente & occidente distantes/ diuersarum scz latitudinū eundem habere meridianū. has autem quę inæqualiter ab ortu & occasu distant/ diuersos meridianos habere necesse est. & differentia eorundem abinuit / longitudo ciuitatum in tabulis astronomicis appellari solet.

Circulus meridia / nus.

De circulo horizonte. Capítulum. xvij. DIS.

Orizon quis circulus est? MAG. Qui superius hemispheriū ab inferiore diuidēs visum nostrū terminat. unde & hoc accipit nomē horizon nāq; terminator visus interpretat. & ille quidē duplex est: rectus & obliquus. Rectum autē orizonta habere phibetur/ qui sub æquinoctiali habitāt. nam horę horizon p polos mūdi transit: & æquinoctialem ad angulos sphaerales & rectos diuidit. Sed horizonta obliquū siue declinē habēt. quibus unus polus sup horizonta eleuatur. horę em̄ horizontē æquinoctialis ad angulos sphaerales/ obliquos interfecat. Est autē cenith capitis semp polus horizontis: ex q̄ facile claret tantā esse distantia cenith capitis nostri ab æquinoctiali quāta fuit super horizontem eleuatio poli mundi.


Circulus horizon.

LIBRI.VII. TRACTATVS .I.

De circulis spheræ minoribus. Capitulum decimooctauum. DIS.

Circuli
maiores
 Articus
 antarcti-
cus
 tropicus
cancer.
 tropicus
capricor.

c
 Irculos maiores sex ex præmissa descriptione in sphaera imagi-
 nari facillimum videtur; nunc minorū descriptiones subiun-
 gito. MA. Circuli minores in sphaera imaginādi sunt quattu-
 or: quorum duo ex motu polorū zodiaci circa polos mundi causan-
 tur. Poli namq; zodiaci a polis mūdi p̄ vigintitres gradus & fere dimi-
 diū distantes / circa eosdem volūtur. quorū unus Articus: reli-
 quus ꝑo Antarcticus appellatur. Articus qdem ab arctos constella-
 tione: quā & ursam maiore dicunt: quę circa hunc circulum (utin se-
 quentibus patebit) inuenitur. Et idem circulus nōnq; Borealis aut
 Septentrionalis dicitur. Borealis quidē. naz in eā mundi parte est un-
 de Boreas ventus oritur. Et Septentrionalis a septentrione: id est mi-
 nore ur̄sa: quę septē stellis circa hunc circulum existentibus figurat̄.
 quę & triones id est boues appellant: eo q̄ tarde ut boues mōuean-
 tur. Eisdem nominibus polus mundi nobis semp̄ apparens (q̄ & cir-
 culi arctici centrum est) nominatur. Oppositus ꝑo & polus & circu-
 lus Antarcticus quasi contra Arcticiū dicitur. Idem Australis a ven-
 to. & meridionalis a tali mūdi plaga. DIS. Qualiter autē alij duo
 minores circuli in sphaera imaginant̄? MAG. taliter. nam sol exist-
 ens in primo puncto canceri / circulum quendam describit: quem tro-
 picum canceri dicimus. tropicū quidē a tropos quod est cōuersio. naz
 tunc sol altius non ascendens a nobis se conuerūt. Sic similiter cuꝫ in
 primo puncto capricorni fuerit / circulum quendā describit: qui tropi-
 cus capricorni ex eadem causa appellatur. Hi sunt circuli non modo
 in firmamento / verū etiam in nona & decima spheris imaginandi: ut
 sequens admonet descriptio. DIS. Facile ex dictis tale corpus qd
 dam ex circulis realibus vel ligneis aut enneis cōponendum esse ar-
 bitror: quoniā omniū quantitatē atq; distantiaꝫ & in sphaera situs aper-
 to sermone dilucidasti. MAG. Si hanc tuam imaginationem ope-
 re compleueris / singula quę diximus clarius atq; planius in tali cor-
 pore conspicias. Solida namq; in planis figurari laboriosum est.



LIBRI.VII. TRACTATVS .16

De natura motu & figura stellarum: & si animate sint & de galaxia. Capitulum. xix. DIS.

Stella Vne promissioꝝ ordo exposulat: ut stellarū & naturas & motus describas. MA. Stelle oēs tam fixę (quę in firmamēto sunt) & erraticę siue planetę (quę i septē orbibus planetarū cōsistūt) eiusdē naturę: motus & figurę cū suo coelo sunt. Vnde sicut coelum nō est elementū nec elementatū sed ex materia prima & propria forma substantiāli cōponit: & q̄tum de sua natura est: simpliciter cōmūibile: quia vero forma cœli cōtrariā nō habet se potentiorē: ideo ab agente naturali nō cōrūpit. Ipsum nec graue nec leue: nō calidū nec frigidū: sed omnibus peregrinis vacuū impressiōibus a naturalibus perhibet. Ita & stellę quę coeloꝝ partes sunt: necessario cū cœlis eius de naturę existunt: & ab ipsiꝝ cōmūditate & raritate differunt. Est em̄, stella defior orbis sui pars luminis solis receptiua & reflectiua & ppter ea potētię visus obiecta. Orbis vero in aliꝝ partibus (q̄a rarior) lumē versus ipsū p̄iectū nō incorporans / luminosus aut lucidus non fit nec cuiꝝvis colōri subiicit: ideo visibilis nō est. DIS. Et forsitan eadē ex causa vīa q̄dam in coelo lata & alba apparet. MA. Sane opinaris nam is circulus albus: quē greci galaxiam: latini vero circulū lacteū appellant (γαλαξ quippe lac significat) nō de natura elemētari vel vaporosa (ut quidā volebant) sed de natura cœlesti existit: & q̄a ceteris cœli partibus densior: ideo fit luminosior. DIS. Cur autē hęc pars similiter & stellę in die nō possunt videri? MA. Quia lumē maius (Solis sc̄) obfuscat & minus obumbrat: & q̄b id etiā carbo ignitus in die p̄cipue circa solis radios minus aut q̄si nihil lucet. Ex his substantiam stellarū manifestā relinquimus / sup̄est ut motū earundē breuiter percurramus. DIS. Vnde mouent stellas? MAG. Stelle oēs mouentur ad motū sui orbis circulariter sicut pars ad motū totius. Orbis autē (ut multis placet) a suis formis substantialibus mouent. Sed ut aliꝝ videtur ab intelligentiꝝ p̄priꝝ rotantur. Ita vt etiā primū mobile ab omniū creatore in exhausti vigoris motore voluat. unde Boetius. O qui p̄petua mundū ratione gubernas: Terrarum cœliq̄ fator qui tempus ab eūo Ire iubes / stabiliq̄ manens das cuncta moueri. Et Aristoteles. xi. metha. Numerum intelligentiā sc̄dm numerū motuum venari attēpauit. Hinc plures moti ut cœlos animalia dicerent ut Aristoteles sc̄to de cœlo & mūdo. Auerrois primo cœli & libro de substantia orbis. Auerrois quinto naturaliu. Idem sensit Plato & antiquorum multi. Hęc quoq̄ questio summos Theologos nō medio criter exercere solebat. Vnde Augustinus in Enchiridion c. 57. cum de discretionē angelicę naturę nōnulla disseruisset / subiungit. Sed nec illud quidem certum habeo: utrum ad eandem societate pertineant Sol & Luna: & cuncta sydera quibꝝ nōnullis lucida corpora esse non

Algazel
naturalpe
culi

Boetius de
cōsolatu
li. 3. me. 9
Aristoteles

augustinus

Hic
m
cū
ribu
gen
riar
idē
nitū
ra

Aug
us d
dei
cap

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

cum sensu vel intelligentia videantur. Et de diu, dei li. 13. Platonis de hac re sententiam discutienti subiungit. Et hoc quidem utrum Plato verum de sideribus dicat/ alia questio est. Neque enim ei continuo cedendum est globos istos luminu siue orbiculos luce corporea super terras seu die seu nocte fulgentes suis quibusdam proprijs animis viuere/ eisq; intellectuibus & beatjs. veritamē cum sanctus Hieronymus libros Periarchion Origenis cibraret inter ceteros errores dam- nables: hunc quoq; in primo libro Periarchion Origenē scripsisse re- statat. Vnde quod super Ecclesiastici. i. ca. recitat non scdm propriam opinionē: sed aliorum scilicet Platoniorum & poetarū ponit: quorū testimonia adducit. In libro enā de cognitione vere vitę (quia nōnul- lis sancto Augustino ascribitur) de astris dictū est. Qui ea rationabi- lia vel saltem sensibilia corpora arbitrantur iure sensu carentes inter ir- rationabilia computatur. Et Damascenus li. 2. Nullus animātos cor- los existimet. inanimati enim sunt & insensibiles. Ceteri itaq; (quorū etiam auctoritas spernenda non est) corpora celestia animata appel- lantes: aut phōz opiniones recitabant: aut quod veritari contrarium non est illud nō per informationē: sed assistentiam intelligunt. Assat enim intelligentia orbī quē mouet: sed nō informat: nec sensibilem in- tellectualemue reddit. DIS. Si igit stellę per se nō mouentur: unde est qđ quādoq; pp̄inquiret: quādoq; p̄o remotiores alijs fiūt? MA. Omnes stellę firmamenti semp in eadē sunt distātia inter se: ideo fixe dicunt. veritamē ppter motū renissionis firmamenti in q̄ sunt omnes stellę fixe: enā quantū ad zodiā cū nōne spherę loca mutant de gra- du in gradū per signa ab occidente in orientē. ppter motū autē trepi- dationis firmamētū nō semp eque ab equinoctiali & polis mundi dī- stant. Septem vero planetę quādoq; sibi ipsīs: interdum vero stellis fixis coniungunt. Ideo erraticę nominantur: quia de stella ad stellā progredi quasi errantes cernuntur: quod motu pp̄rio non contingit: sed ad motū suoz orbium accidit. Si enim stella p se moueret natura defecisset: quia stellę ad motū talem nō organa nec figurā cōuenientē dedisset (cū figura spherica cuiusmodi stellę sunt motui pgressiuo sit inep̄a) qđ nullus unq; naturalū admittit. immo omnes una voce cla- mitant natū am in necessarijs non deficere: in superfluis nō abun- dare: nec quicq; frustra agere.

De numero differentia & quantitate stella- rum. Capitulum. xx. DIS.

X dictis numerū stellarum erraticarum ad septem redactū intelligo: sed an ne idem de stellis fixis a philosophis attentu- rum sit dubito. MAG. Attentatū quidē est a q̄ pluribus sed a nullo unq; inuentū. ga nec oēs eas videri posse: credendū est. inquit diuus Augustin⁹. 16. de diu. dei. Nā quāto q̄s acuti⁹ intuet ratio p̄les

Damascē-
nus.

stella p se
nō mouet.

LIBRI.VII. TRACTATVS .I.

videt. unde & accerrime cernentibus aliquas occultras esse merito est
matur. Exceptis eis syderibus quę in alia parte orbis a nobis remo-
tissima oriri & occidere perhibent. Postremo quicunq; uniuersum stel-
larum numerum comprehendisse & cōscripsisse iactantur (sicut Aratus
vel Eudoxius vel si qui alij sunt) eos libri huius (scz Gen. 15.) cōtem-
nit auctoritas. Vnde & ppheta regius David id solius dei esse / fideli
carmine cecinit dicens. Qui numerat multitudinem stellarum & om-
nibus eis nomina vocat. Verūtamen inter omnes magno conamine
numerus stellarum astronomi mille & vigintriduas norauere: atq; in naturas describere.
differētię earundē & easdē (quia quantitate inęquales sunt) sex differentijs separant. In
primo itaq; differētia quīdecim ponunt ceteris maiores: quaz q̄li-
bet cōtinet terrā. 207. in ordine scdo. 45. ponūt quarū q̄libet terrā. 90.
continere dicunt. In magnitudine tertia. 208. sunt. & quęuis earum ter-
ram. 72. continet. In quarto ordine. 479. existunt: & harū quęuis ter-
ram. 54. cōprehendit. In quinta differētia. 217. reperiunt: & unaque-
q; harum. 37. terrā cōtinet. In sexta & ultima differētia sunt stelle par-
uę numero. 49. terram. 18. magnitudine sua excedentes. Et pręter has
stellę ne- hule item sunt quinq; quę (quia obscure sunt) nebule dicunt. post has sunt alig
tenebrę nouem obscuriores quę tenebrę appellant. quarū una est oblonga
tanq; cauda. Ex his claret quālibet stellarū fixarum visu notabilium
terrā multo maiorem. Hę vero q̄ritates a Geometricis dēmonstratio-
ne certa asseruntur inueniēz.

Aratus
Eudoxi⁹
Psalmistā

De coeli imaginibus seu constellationibus.

Capitulum. xxi. MAG.

X his firmamenti stellis astrologorum nonnulli imaginū qua-
rundam lineamenta imaginari sunt: nō tamē credendum eas
in coelo realiter actu existere aut coloribus tincta qualibus de-
pinguntur: sed ab effectibus & situ earum & colores & nomina ipsis
indiderunt. Et nominationes. 48. ponunt quarū. 12. in zodiaco circū-
lo: reliquas vero versus septentrionem & Austrum describunt.

De imaginibus siue signis zodiaci: & de situ ortu & occasu eorundem. Ca. xxij. DIS.

Vorsunt imagines zodiaci: MAG. 12. ex stellis p̄fatis. 1022:

Aries

q Firmamētū. 346. cōtinentes harū nomina sunt. Aries: qui in cō-
iunctione zodiaci & equinoctialis positus dorsum habet ad

Taurus
Gemini

Boream caput eius edueritur ad ortum. oritur a capite & occidit pe-
dibus. Taurus e contra caput habet occidētale depressum quali ad ter-
ram deflectere videatur. Hic auersus orit & occidit. Gemini capita ha-
bent ad Boream: iunctisq; dorsis hincinde membra distendunt ipsi in
uicem: ut cōplexi se mutuo tenent oriuntur iacentes & occidunt a pe-
dibus. Cancer pedes versus utruq; polum porrigit: Leonem respicit
venter eius terrā versus porrigitur. oritur autē & occidit a posteriore

Cancer

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIÆ

corporis parte. Leo respicit cancrū: dorsum ad Boreā habet a capite Leo
 oritur & occidit. Virgo caput habet post leonē. dextra manu tangit cir Virgo.
 culum equinoctiale qua & spicas tenet. orit̃ & occidit a capite. Chele
 siue libra (quę prima pars scorpionis est. nā chaldei undecim m̃ 20/ Libra.
 diaci ponunt imagines) lances duas habet quaz una Borealis: altera
 australis dicit̃. Scorpio virginē respiciēs pedes versus utrūq; polum Scorpio.
 porrigit: caudā reflectit versus Boreā ventre eius respicit terrā: orit̃ re/
 ctus & occidit curuato corpore. Sagittarius caput habet versus Bo/ sagittari.
 ream respicit scorpionē sagittā & arcum tenet: arcus tangit manū fini
 itram & pedē sinistrū: rectus oritur: & p̃ceps occidit. Capricornus dor capricor.
 sum habet versus Boreā: caput versus Sagittariū: sed conuersum ver
 sus Aquariū. orit̃ directus & occidit p̃ceps. Aquarius caput habet aquarius.
 versus Boreā: manū sinistra extendit supra dorsum capricornis & dexte
 ra effundit aquā urna q̃ usq; ad pisces decurrit. & ad ortū tendit orit̃
 & occidit caput prius ceteris membris. Pisces duosunt dorsum primi Pisces.
 Boreale. dorsum secundū versus brachiū Andromede occidentale. un⁹
 Aquariū alter Boreā respicit. Et inter ipsos lineola quēdā est: qua qua
 si vinculo alligantur inter caudas amborū. Inferior pars oritur & oc
 cidit. Et si zodiaci signa equalia sunt. 30. scilicet graduū in longitudine
 &. 12. in latitudine (ut dictū est) m̃ imagines istę non omnes equalē
 sunt. Quēdā em̃ exera zodiacū prendunt. & q̃dam longitudinē. 30.
 graduū excedūt. ut in Alfonsij tabulis lucidius deprehendes.

De imaginibus septentrionalibus. Ca. xxij. DIS.

Eptentrionē versus quot describunt̃. MA. 21. de ofatis. 1022.
 f stellis fixis. 360. continentes harum noīa sunt. ur̃sa minor: ur̃sa
 maior siue arctos. draco medi⁹ inter ābas ur̃sas. Cephe⁹. Cassio
 peia. Corona Hercules. Vultur cadēs: Pleiades siue gallina. arctophy
 lax siue Bootes & quādoq; Arcturus dicitur. Perseus cū capite Gor/
 gonis. Auriga siue agitator: Anguitenens. Anguis. Sagitta siue iacu
 lum. Aquila siue vultur volans. Delphin Equus primus. Equus secū
 dus. Andromeda. Triangulus.

De imaginibus australibus. Ca. xxij. MAG.

Reter has sunt alię extra zodiacū Austrum versus porrectę.
 p DIS. Et quot sunt? MAG. Sunt quindecim de stellis fi/
 xis predictis. 36. continentes. videlicet. magnus Cetus. Orion
 giadio succinctus. Eridani fluuius. Lepus. Canis minor siue canicula
 Canis maior. Argos nauis. Ara. Crater. Coruus. Chiron siue Cen/
 taurus. Hydra. Turribulum. Australe seruum. Piscis australis. Harū
 omnium dispositiones ac situm p̃numerare: epitomatis lege prohibe
 mur. Sed de his si lubet in Arato Hyginio de sideribus ac tabulis Al/
 fonsij ceterisq; legere potes. Nam idem earum dispositiones/ situm &
 numerum stellarum ex quibus sunt: & harum stellarum magnitudi/
 c

Aratus
 hyginus
 Alfonsus

LIBRI.VII. TRACTATVS .I.

nes & nomina clarius reperies. cum auctores in nominibus & figura-
tionibus imaginum diuersas reperies memeto quod a principio mo-
nui nō eas esse in celo naturali cōditiōe: sed p libitu uniuscuiusq; effi-
giatē. DIS. Missa igit hęc faciam⁹ & de signorū ortu & occasu: qm̄
pauca supra tetigisti/ si quę alia habes in medium feras.

De signorum ortu & occasu ut est apud poetas.

Capitulum. xxv.

MAG.

Ignorū ort⁹ & occasus/ legēti scripta sapiētiū multiplex occur-
rit. aliter em loquunt Poetę: & aliter Astronomi de signorū ascē-
su & descensu. apud poetas nāq; ortus signorū similiter & occa-
sus repetit tripartitus. Cosmicus sc̄ Chronicus & Eliacus. DIS.

Cosmicus ortus quis dicit? MAG.

Ortus Cosmicus quē latine mundanū
dicere possumus. est ascensus signi vel
stellę in oriente de die. At tamen signū
in quo sol est anthonomatice/ cosmi-
ce dicit oriri. De hac Vergilius in georgi.
ostendens tempus sationis fabarū. di-
cit Cādidus auratis aperit cū comibus
annū Taurus: & aduerso cedens Ca-
nis occidit astro. loquitur autē hic de ca-



Vergili⁹.

ne in scorpione & nō in leone cōstituto. Occasus
autē Cosmicus: est occasus signi oppositi ligno in
quo sol cosmi-
ce oritur. huius exemplū est apud
Vergil. ubi supra docentē tempus seminandi fru-
mentum. ante tibi eoꝝ atlantides abscondantur
Debita q̄ sulcis cōmittas semina. Sunt autē ath-
lantides siue pleiades stellę in tauro: quę scorpio-
ne in autumno oriente occidunt. DIS. Ortus
Chronicus quis est? MAG. Ortus Chronicus
quē latine temporalem dicimus: est ortus signi vñ
stellę in oriente post solis occasum. de isto loqui-
tur Ouidius de Ponto: conquerens morā exilij sui
dicens. Quattuor autumnos pleias orta fecit.

taurus si/
ne appa/
ritione
vergilij

DIS. Si dicta dictis comparē: contraria viden-
tur. nam antea apud Vergilium pleiades in au-
tumno occidere: iam vero eas (Ouidio teste) in
autumno reperio oriri. MAG. Hęc sane pensata possunt simul esse
vera. ut scilicet occidant cosmi-
ce. ut apud Vergilium est. & oriantur
chronice. ut Ouidius voluit. Quod quidem uno die euenire potest:
ut scilicet in solis occasu pleiades in oriente chronice ascendant & rur-
sus circa solis ortum in occidente cosmi-
ce descendant. DIS. Hunc


Ouidius



DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

Lucanus

nodulum solutum fateor: Chronicum occasum ostende. MAG. Oc-
casus chronicus est signi vel stellæ oppositæ signo vel stellæ chronice
orienti. ut apud Lucanum. Tunc nox thessalicas urgebat patria sagi-
tas. DIS. Eliacus ortus quis est? MAG. Ortus Eliacus siue sola-
ris est exitus signi vel stellæ de subradijs solaribus: sub quibus ante vi-
deri non poterat. ut apud Ovidium de Fastis. Iam levis obliqua sub
fedit aquarius urna. & Vergil. in georgi. Gnosiaq;
ardentis descendit stella coronæ. quæ cū iuxta scorpio-
nem sit Sole ibidē existente videri nō poterat. Occa-
sus autē Eliacus est ingressus signi vel stellæ ad so-
lis radios. ut in exemplo pmissō. taurus & aduerso
cedēs canis occidit astro. & plura his similia de hoc
triplici ortu & occasu apud poetas sunt quibus bre-
uifatis causa p̄termittis: de ortu & occasu signorum
ad mentem Astronomorum loquamur.



De Ortu & occasu signorum scđm Astronomos.

Capitulum. xxvi.

DIS.

Espectu cuius Astronomi signorum ortum & occasum perpen-
dunt? MAG. Respectu æquinoctialis & rectitudinis & obli-
quitatis spheræ. DIS. Id manifestius eloquere. MA. Equi-
noctialis tam in sphaera recta q̄ in obliqua semp̄ unifor-
miter ascendit id est temporibus æqualibus semp̄ æquales arcus de æquinoctiali
ascendūt. Zodiacus vero in utraq; sphaera difformiter peroritur. Nam
in temporibus equalibus non semp̄ æquales arcus de ipso ascen-
dunt nec ascensiones partū zodiaci equatur ascensionibus partiū æ-
quinoctialis: sed aut minores aut maiores sūt & ob id Astronomi signa
quædam recte: quædam vero oblique oriri & occidere dicunt. Recte
quidem signum oritur vel occidit cum quo maior pars æquinoctia-
lis oriatur vel occidit. unde Cancer Leo Virgo Libra Scorpio Sagitta
rius recte oriuntur: & Capricornus Aquarius Pisces Aries Taurus Ge-
mini recte occidūt. Oblique autē signū oriri v̄l occidere aiunt: cū q̄ mi-
nor pars æquinoctialis oriū vel occidit. unde p̄dicta sex recte oriētia / ob-
lique occidunt: & illa tardius oriuntur q̄ occidunt: & sex recte occi-
denda oblique oriuntur: & hec ocys oriuntur q̄ occidat. Quod
quidem facillime depræhendes: & oculorum iudicio comproba-
bis: si spheram ex præmemoratis circulis cōpactam inter fixa hori-
zonta circumduxeris. Certius autem quantum ad graduum sup-
putationem hæc in reuolutione retis Astrolabij demonstrantur. nam
& per hæc p̄portiones ascensionū quartarum zodiaci: & æquinoctia-
lis in utraq; sphaera facile cognosces. sis & nonnunq̄ maiorem par-
tem æquinoctialis q̄ zodiaci semp̄ oriri inuenies, vel econuerso.

Signa re-
cte oriētia
occidentia

c ij

LIBRI.VII. TRACTATVS I.

& tamen has quartas simul oriri comperies. uti in quarta q̄ est a prin-
cipio cancri usq; in finem virginis videre licet. Similiter signa oppo-
sita in ascensionibus equalia inuenies. Nunc dieꝝ & noctiu diuersitatē
edicere hominibus secundum variū spheræ situm cōtingentē/cona-
bor. DIS. Optime. necessaria enim vident hęc & scitu digna.

De diuersitate dierum & noctium. Capitu- lum vicessimumseptimum. MAG.

D horę ꝑo intelligentiā scire opereꝑcium est astronomos du-
a plice distiguere diē artificialē scz & naturalē. Id tempus qd ab Dies &
ortu solis usq; ad occasum est/diē artificialē. & id tēpus qd a nox anni
solis occasu usq; ad ortū eiusdē est/noctē artificialē appellant. Et utru-
ficialis,
horę pla/ q; in pres. 12. eq̄les diuidunt: quas horas planetarū vocat: quaz diu-
netarum. nę a solis ortu/nocturne ꝑo a solis occasu initiu sumunt: & quidie in
q̄ntitate/longitudine videlicet & breuitate variant scdm qd tēpus in-
ter ortū & occasu solis nunc multū nunc puū repitur: ꝑꝑ signorum
rarditate & velocitate: in ascensu: in qbus sydus orit & occidit. Dies
dies natu autē naturalis est reuolutio eq̄noctialis circa terrā semel: cū tanta parte
turalis zodiaci quanta interim sol ꝑransit motu ꝑꝑrio contra firmamentū.
DIS. Q uāto tpe autē eq̄noctialis reuoluitur semel circa terrā?
MAG. in. 24. horis fere. hoc est in diē & noctē artificiali. DIS.
& ita omnes naturales sunt eq̄nales. MAG. ꝑbe. s̄m̄ eq̄inoctia
inequali/ lis motū attendis. si autē motū solis cōtra firmamentū animaduertas:
tas diei cuius tempus tpi reuolūtōis eq̄noctialis addendū est: dies naturales
naturalis. ineq̄uales erunt. DIS. Ob quā causā? MAG. q̄a (ut dictum
est) ꝑres zodiaci nō equaliter ascendunt. q̄dam em̄ tardius: q̄dam ꝑo
citius emergunt ꝑꝑter obliquitatē. Cum igit sol motu ꝑꝑrio omnes
has ꝑres contra firmamentū ꝑagret: q̄nq; in parte zodiaci velocius
quādoq; ꝑo in ꝑte zodiaci tardius ascendēti reperit. & ita cū tempus
harū ascensionū ineq̄uale sit/dies naturales quaz hęc ꝑa partes sunt
ineq̄uales esse necesse est. Hanc ineq̄litate nō uulgu ꝑꝑit: sed astro-
nomi in suis calculationibus attēdunt. DIS. sane intelligo. Sed un-
de fit qd tempus inter solis ortū & occasum (qd diē artificialē nomi-
nasti) ineq̄uale sit latius ostendas. MAG. hoc ex vario solis ꝑlig/
inequali/ ras diei ar tificialis: nonum gradus motu prouenire i
telligas. Sol namq; a principio ca
ꝑricorni usq; ad cācri initiu. 82. ꝑa
rallelos siue sꝑras describit: inter
quos medius eq̄inoctialis est ul-
timus ꝑo tropicus cancri. & ꝑri-
mus tropicus capricornia q̄ de-
scendens usq; ad finē sagittarij ali-
os. 82. parallelos describit: q̄ die/



DE PRINCIPIS ASTRONOMIAE

ductiuum rotundorum est rotundum. cum generatio naturalis assimilet esse
etiam cause quantum potest. omnia autem terrenascentia ad rotunditate
rendunt: perfecte autem rotunda non sunt. quia non a sola terra sed alijs cau-
sis fiunt. Secundo mathematicae. Omne corpus una superficie continen-
tum est rotundum: terra est huiusmodi: igitur terra est rotunda. minor hu-
ius syllogismi astronomice inuestigare poterit & probari. Tercio: ro-
tunditas terrae satis clare ex stellarum situ patet. Nobis namque stellae usque
circa polum arcticum existentes semper apparent. haec vero quae circa po-
lum australem sunt: a nobis nunquam videntur: nisi versus austrum progredi-
emur: intum ut medium attingamus. Similiter existentibus in oriente/
sol citius occidit & oritur quam existentibus in occasu. quod eclipsibus
prehensum est. Vna enim & eadem eclipsis numero quae nobis in pri-
ma noctis hora apparuit: orientalibus in tertia hora noctis visa est. Sic
terrae rotunditas a septentrione in austrum: & rursus ab ortu in occa-
sum probatur. Quod vero de montibus & conuallibus obijcis: fa-
cillime populabitur: si terrae magnitudine animadueras. Habent enim
se montes magni & valles profundae ad terram totam: quae admodum ni-
mae paruae in globo magno. Cuius certissimum argumentum sumitur in
eclipse lunari. nisi enim sphaera ex aqua & terra aggregata tota esset ro-
tunda: umbra eius nequaquam lunam ad partes arcuales obfuscaret: sed
iuxta terrae configurationem & montium gibbositates valliumque de-
clivitates cernerentur. DIS. Experimentali huius argumentationi non
possum non assensire. videris autem de terrae quantitate contraria dice-
re. In superioribus nempe terram quasi punctum esse in medio mun-
di: hic ob miram ipsius molem montes maximos non reputari affirmas.

MAG. Terram respectu totius mundi aut firmamenti ut punctum re-
putanda: ad montes autem & valles comparata: spaciola & ampla
existimanda dixi: non in se considerata: parua & magna asturi.

DIS. Potest ne quantitas terrae humano ingenio inuestigari? MA.
Etiam. DIS. Quomodo? MAG. Sumpto astrolabio aut qua-
drante p ambo foramina stellae alicuius tibi nota altitudinem pendi-
tatem in limbo considera: & ad quantum mundi plagam pergerit donec ex-
stiga huiusdem stella uno gradu altior aut depressior videatur. habebis itaque quantum
spacii in superficie terrae uni gradui in celo correspondeat: quod in miliaria siue
stadia punctum & in gradibus caeli gradus sunt. 60. multiplicatum terrae ambitum dabit

LIBRI.VII. TRACTATVS .I.

ambitus
terræ

Vnde cum iuxta Ptholemei traditionē in cosmographia: gradui unī in cœlo in superficie terrę correspondēant stadia. 500. manifestū est. quia totus terrę ambitus habet stadia. 18000. hæc faciūt miliaria italica. 21600. unī miliari in diuisione stadij octo cedentibus cū una tercia. quod si miliaria gradibus cœli diuisis/gradui uno miliaria sexaginta proueniunt. Hæc n̄r̄sus per quattuor diuisa: sūt miliaria alemanica quindēcim: quę in superficie terrę gradui uno in octo correspondere cōprehēsa sunt. Quare ambitus terrę habet miliaria alemanica. 5400. diameter. 1718. & * unius miliaris. semidiameter miliaria 858. & duas partes: quaz̄ viginti duę unū miliare cōstituunt. Si autē utin quibuldē codicibus reperitur gradui uno. 700. stadia correspondere: esset ambitus terrę stadiorū ducentorū quinquaginta duorum milium: quod voluit Eratosthenes: & diameter stadiorū octoginta milium & centum octoginta unius & semissis & tercij unius stadiorum

4 *

22

De partibus terrę habitabilibus iuxta diuisionem eius in zonas quinq̄. Et si sub equinoctiali sic cōueniens habitatio. Et paradysus qualis aut in qua pte terrę sit. Capitulū. xlv. DIS.


zona tor/
rida
frigida

Sub æq/
noctiali ē
habitatio
terrę con
ueniens

X latitudine terrę p̄scripta multitudinez inhabitantium innu/
merabilē coniecto: quandoquidē qui in uno regno sunt/vix
numerari aut numerati distincte cōcipi possunt. MAG. At
tende spaciū quod mari & fluminibus illuitur: quod paludibus ne/
moribus & inujs mōtibz occupat: quod aut bestiaz imanitate nō
habitarur: solis nimia vel vicinitate exurit: vel distantia perpetuis al/
goribus constringit: & maxima pars multitudinis parte imaginatae
aufereť. Vnde cū tota terra in quinq̄ partes quas zonas vocant par/
tatur/duę tñ ex his habitabiles perhibent. DIS. Quaz̄. MA.
Vna quę a tropico cancri versus septentrionē usq̄ ad circulū arcticū
protenditur: altera q̄ a tropico capricorni versus meridiē usq̄ ad cir/
culum antarcticū porrigitur. Quod autem inter tropicos sub equi/
noctiali terrę est/torridam zonam vocant: ob vicinitatem solis nimio
calore non habitabilem: quod autē terrę inter circulos arcticū & ant/
arcticū comprehenditur/zonas frigidas nominant: nimio frigore non
habitabiles. nō quia nullius hominis in his terrę p̄tibz habitatio esse
possit: sed si qua est/admodū praua est ob caloris modicitatē: quo
men humanū genus p̄cipue indiget. DIS. Optima igit̄ in zona
torrida habitatio est ubi calor abundat. MAG. Non caloris abun/
dantia sed temperantia hominū habitationem laudabilem reddit: q̄
sub æquinoctiali esse hoc medio arguētur. Nam cum ibi semper
tantus sit dies quanta est nox: & e conuerso: noctis frigiditatē diei cal/
or temperat: & calorem diei noctis succedentis frigiditas mitigat.

Petrus
bardus
Augustinus

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAS



Petrus lō
bardus
Augusti.

Vnde & paradifus terreſtris ad orientē plantarū ſcriptura cōmēn-
rat. Oriens autem verus ab æquinoctiali cōputatur. Paradifum autē
nō modo eſſe hominū habitatiōē cōuenientē: ſed locum amēniſſi-
mum Magiſter ſen. li. 2. di. 17. teſtat. & diuus Auguſtinus. li. 13. de ci.
dei ca. 21. idē affirmat. DIS. Habitatiōē eſſe hominibus cōuenien-
tē ſub æquinoctiali dieiū & noctiū equalitās ſatis p̄babiliter arguit. Para-
diſi autē amēnitas & oīmoda aeris trāquillitas ex eo potius eſſe con-
x

uincitur: quia supra regionē aeris turbulentā ad globū lunæ usq; por-
 tigitur. MAG. Si lunæ globū cōtingit nō in aere: sed in sphaera ignis
 accolarū paradisi est habitatio. & rursus si paradisu tñ a terra consur-
 git ut lunarē circulum contingat: notabiliter sphericā excedit terræ fi-
 guram. unde in umbra terræ & lunari eclipsi eius vestigiū notari pos-
 set: qd nōdum cōprobatū est. Magis itaq; visum est Guilielmo Pari
 sien. li. de uniuerso q; paradisu tei restis in terræ superficie aliqua sita
 sit. & Damascenus. li. ij. dicit q; paradisu sic locus in oriēte positi om/
 ni terra altior. Quantum vero ablit ab agro Damasceno unde p̄mus
 homo format⁹ & in paradisu; trāslatus fuit: aut demū quorū longitu-
 dinis latitudinisve gradus in descriptione orbis contingat: & p quos
 anfractus & subterraneos meatus: quattuor inde profluant præci-
 pua flumina: Ganges sc; Tigris Eufrates & Nilus multū exercere so-
 lere eos qui Cosmographia sacris litteris coaptant. DIS. Fortasse
 sicut deus aditum eius romphea ignea & angelica custodia mortali
 bus phibuit: ita & localem situm incognitū esse voluit. Legitur tamē
 in historia de Machario romano quomodo in eremo ad distantiam
 viginti milliarū tñ a paradiso habitauit ad orientē: quētes monachi
 longa peregrinatione diuino nutu repererunt. ex quorū dieis ibidem
 descriptis aucupari p̄modum posset locus paradisi. MAG. Cē-
 teris hac supputatione dimissa: maior nobis cura sit ita viuere ut illuc
 angelico conductu tandem perducī mereamur: vel potius illo transe-
 so ad cōlestem perueniamus.

Guilhel.
 Parisien.
 damasce-
 nus

Gen. 2.
 Gen. 3.
 historia
 Macharij

De distinctione climatū. Et his quę accidunt habitan-
 tibus in quinq; primis climatibus: quantum ad estates
 & hyemes & umbrarū variationes. Capitulu. xlvj. DIS.

Vid per clima terræ in superioribus argumentationibus de
 q; signare volebas. MAG. Terræ partes scdm latitudinē ab

Clima pri-
 mum

dyame-
 troes

riationē differentes. Nam primi climatū initū statuerunt cosmogra-
 phi ubi dies maximus est horarū duodecim & semis & quartē unius
 & eleuatio poli arctici supra horizontē graduū similiter duodecim
 & semis & quartē unius. Medium vero ubi dies maximus est horarū
 13. & eleuatio poli graduū sedecim. & nomināt hoc dyameroes. quia
 parallelus ipsum designans per meroē ducit. Finis hui⁹ climatū est
 ubi dies maximus horarū tredecim & quartē unius: & eleuatio poli
 graduum. xx. & semis. Habitantes in hoc climate in temporē & um-
 brarū variatione cū habitatoribus equinoctialis nō nihil participāt
 Hi. nāq; duo habent solsticia alta: cū sol arietē vel libram subintrat. sic
 habent æstates duas: unam circa festum Gregorij alteram circa Lam-
 perti. Habent & duo solsticia imā: sole in tñ cancri & capricorni iustrā
 te: quibus temporibus etiam duas habent hyemes: sed hand dubium

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

nostra estate calidiores propter solis viciniam. In estate umbra eorum mane iacitur ad occidentem: vespere ad orientem: in meridie vero nulla est sole super capita eorum currente. Cum autem sol in cancro est: umbra eorum versus austrum iacitur. In capricorno ad septentrionem protenditur. Idem suo modo contingit habitatoribus dicti climatis, cum sol circulum parallelum inter equinoctialem & tropicum cancri per zenith ipsorum describit. In fine illius climatis secundum initium sumit. Medium vero habet ubi dies maximus est horarum, xiiij. & dimidijs: & eleuatio poli graduum, xxiiij. & quartę unius. Finis autem ubi dies horarum, xiiij. & semis & quartę unius: & eleuatio poli graduum, xxviij. & semis. Hoc dyasienes vocant: quia parallelus ipsius persienem protenditur sicut & tropicus cancri. Hi estatem & hyemem nobiscum habent: sed calidiores omni tempore umbra eorum sicut & nostra ad septentrionem iacitur: præterquam eo die quo sol tropicum cancri describit: tunc enim in meridie umbra eorum nulla est. In ortu solis umbra ad occasum vergit, occidente sole umbra in orientem projicitur. In fine huius climatis tertium exoritur, ad medium peruenit ubi dies horarum, xiiij. & eleuatio poli graduum, xxx. semis & quartę unius. Finitur autem ubi dies est horarum, xiiij. & quartę unius: & polus eleuat gradibus, xxxiiij. & duabus tertijs. Nominatur autem Alexandrios ab Alexandria ciuitate ægypti per quam parallelus climatis istius describitur. habitatores in illo tempora & umbras nobiscum habent, nunquam sol ad zenith capitis eorum peruenit minus his qui hierosolymam incolunt. Fabula est ergo quod a nonnullis dicitur in terra sancta aliquando solem perpendicularares radios in cauatam rupem dimittere. In fine tertij climatis quantum initiat. Et medium habet ubi dies est horarum, xiiij. & semis: & polus eleuat gradibus, xxxvi. & duabus quintis. Finitur autem ubi dies est horarum, xiiij. semis & quartę unius. Et polus attollitur gradibus, xxxix. Nomen illi dyarodes quia primo dum insula parallelus illi ducitur. In fine quartę principium quinti est Medium vero ubi dies horarum, xv. & altitudo poli graduum, xli. & tertie unius. Terminatur autem ubi dies maior est horarum quindecim & quartę unius, & polus sustollitur gradibus, 47. & semis nomen illi dyaromes: quia parallelus ipsius romam ciuitatem summi sacerdotis sedem metitur.

Clima secundum

dyasienes

Clima tertium

Alexandrios

Clima quartum

dyarodes
Clima quintum

dyaromes

Aliorum climatum distinctio. Insuper qualiter dies continue augmentetur habitantibus versus polum arcticum donec sub ipso polo unus dies anni medietatem habere convincitur. Capitulum. xlvij. MAG.

xij

LIBRI.VII. TRACTATVS I

Clima se/
xrum

dyaboris/
thenes

Clima se/
primum
dyariphe
os.

Extremum clima exoritur ubi quintum finitur. ad medium autem peruenit ubi dies horarum. xv. & semis. & altitudo poli gradum 45. & duarum quintarum. terminatur autem ubi dies est horarum. xv. & semis & unius quartæ & polus extollitur gradibus. xlvij. & quarta unius. Nomen illi dyaboristhenes. eo quod parallelus ipsius boristhenē seu Borisum insignē Scithiæ amnem contingat: aut potius insulæ huius nominis parua in ponto. transit enim parallelus iste per mare ponticum: unde nominari posset. Septimum clima exoritur in fine sexti: & ad medium peruenit ubi dies maximus est horarum. xvi. & eleuatio poli. 48. graduum & duarum tertiarum. Et illud dyaripheos nominant quia parallelus Ripheos montes contingat. Exquisitius tamen inuenientes orbis partitionē: clima sextum a ponto: septimum a Boristhenē nominant: & ripheos montes octauo climati deputant. Finē huic climati antiquiores non statuerunt: nec residuā terram versus septentrionē in climata alia diuiserunt. DIS. Posset ne ultra partiri? MA. Etiam. latitudo tamen semper magis magisque decresceret. ad modicam quippe distantiam versus polum dies sensibilibiter augetur. quanto enim polus mundi amplius attollitur: tanto zodiacus horizonta obliquius intersecat: maioresque arcus dierum supra hemispheriū nostrū relinquuntur: quā sint arcus noctium sub hemispherio dimissi: sole siue septentrionalia percurrente. Contrarium autem euenire solet: sole in opposita medietate vagante. Vnde habitātes sub parallelo transeunte per gradum quinquagesimum scdm ab æquinoctiali diem habent maiorem horarum. xvi. & semis. Sub parallelo autē transeunte per gradum. 54. dies horarum est. xviij. Sub parallelo ducto per gradum. 56. dies est horarum. xviij. & semis. Sub parallelo ducto per gradum. 58. dies maior habet horas. xviij. Sub parallelo autē contingente gradum. 61. dies est horarum. xix. Sub parallelo vero ducto per Tilen insulam & gradum. 63. dies est horarum. xx. Sub parallelo ducto per gradum. 64. dies est horarum. xxi. Et nondum completo gradu 65. dies efficitur horarum. xxiij. In gradu. 66. dies est horarum. xxiij. Sub arctico autē circulo dies una cum sol a fine geminorum initium cancri aggreditur est horarum. xxiij. & in opposita parte zodiaci dū sol fuerit: nox est eiusdem quantitatis: tunc enim tropicus horizontem ubique sine intersectione cōtingit: & quasi circulariter supra horizontē sol vertitur: in parte opposita totus sub horizonte circūrotatur. In parallelo autem transeunte gradum. 68. unius mensis est dies: cum sol a medio geminorum ad cancri mediū mouetur & unius mensis est nox dum sol in oppositis signis moratur. In parallelo vero qui gradū. 70. attingit duorum mensium dies est sole currente a principio geminorum usque ad finem cancri. & nox duorum mensium erit sole opposita signa lustrante. In parallelo qui gradum. 72. transit dies una erit tris mensium sole a medio tauri ad mediū leonis vagante: nox tanta erit sole

Aug

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAS

existente in parte opposita. Crescent dies paulatim donec ad polū peruenias; sub ipso quippe medietas sphere mundi semp supra horizon-
tem relinquitur, altera iugiter occultatur: & equinoctialis cū horizo-
te concordat. Cum igitur sol est in medietate supra horizon-tem con-
tinuus dies est dimidiū anni. cum autem in medietate mouetur: q̄ sub
horizonte relinquitur nox cōtinua est anni dimidiū. verū tamen cum
ibi sol ultra signum unū sub horizonte nunq̄ demergitur radijs suis
superiora semper aliquāliter illustrat. & sic quasi semper dies ibi est: ni-
si quantum aeris grossities & nebulositas interrumpat. variā umbra-
rum variationem sub dictis parallelis tu facillime coniectabis: & que
dicta sunt oculis in spherici corporis reuolutione videbis. respice.

DIS. Plane videbo.

**Climatū latitudo & longitudo describitur: & An-
tipodes esse in oriente illis qui occidentē inhabi-
tant probatur. Capitulum. xlvij. MAG.**

Vnc si libet summam climatū latitudinem ex graduū ra-
tione subiungam. DIS. Libet maxime. MAG. Primi cli-
matis latitudo ab austro versus septentrionem est miliarium
465. Secundi 420. Tertiū. 370. Quarti. 320. Quinti. 270. Sexti. 225.
Septimi. 185. si terminatum accipimus. Sunt autem hæc miliaria ita
la: sicut p̄missum est ubi de terre magnitudine differuimus: si gradui
uni iuxta Ptholēmi descriptionem stadia. 500. deputamus: nam ali-
ud fiet si gradui uni. 700. stadia assignentur: nec in his numerus que-
riet quem in plerisque codicibus inuenies: nec mirum cum in supputa-
tione numerorum errorem facillime scriptores committere possint.

Climatū
latitudo

DIS. Longitudo autem climatū: num & ipsa per graduum ra-
tionem inuestigari posset? MAG. Posset plane. Verum tamen nō uni-
formiter in omnibus parallelis climatū gradui uni quā miliarium
quantitas deputatur. nam & gradus in parallelis magis septentrio-
nalibus paulatim minores fiunt. cum etiam omnes circuli longitudi-
nis minores sint equinoctiali qui solus terra medio cingit. Vnde in
equinoctiali gradus longitudinis valet miliaria. 60. sicut & de gradi-
bus latitudinis dictum &c. In primo autē climate gradus longitudi-
nis valet miliaria. 58. In secundo climate. 56. In tertio. 53. In quarto
49. In quinto. 46. In sexto. 44. In septimo. 41. In parallelo autē per
cilen ducto gradus unius miliaria continet. 28. & semis. Attendendum
insuper est quia ultra descriptionem Ptholēmi terra tam ad ortum
quā ad austrum amplius protenditur. Vnde qui in extrema orienta-
li plaga degunt pedes aduersos habent his qui in ultima occidentis re-
gione viuunt: talesq̄ Antipodes dici possunt. Hos tamen diuus Au-
gustinus negat libro. xvi. de ciuitate dei ca. ix. quia fortasse. nondum
tanta longitudo habitabilis in omnium noticiā venerat. Ad austrū

Climatū
longitudo

Augusti.

LIBR. VII. TRACTATVS .I.

vero non tantum porrigitur terra habitabilis (saltem cognita) quæ Antipodes habere posset illos qui magis septentrionales sunt. Omnia hæc aperta demonstratione videri possunt in sphaera solida. Nos interim alia percurramus.

De Diuisione terræ habitabilis in Europam Asiam & Aphricam. Capitulum. xlix. DIS.

Epigeat queso ad maiorem dictorum intelligentiam terræ habitabilis marisque configurationē in plano describere. **MA.** Pars terrenæ molis: quæ ad domini imperiū aquis congregatis in locum unum apparuit: arida a cosmographis præter diuisiones in zonas & climata supra memorata trifariam partitur. In Europam scilicet Aphricam & Asiam, quas partes aqua circumfluens & interlabens generali nomine mare appellatur. Ab oris autem & terræ p[ro]uincijs alijsve causis diuersa nomina accipit: & sinus ipsius diuersa maria dicuntur. ut diuus Ambrosius testatur libro tertio hexaemeron ca. tertio. Europam ab Aphrica diuidit mare mediterraneū quod ab occidentali Oceano circa Gades insulam & columnas herculeas non amplius decem millibus passuum patens: terras aperit atque intrat. ait Pōponius Mella. Aphricam ab Asia determinat Nilus qui a meridie in Aethiopiam diffunditur. & Egyptum perlans atque mirabili fertilitate irrigans oris nō minus septem mari infunditur. Asiam ab Europa diuidit Tanais fluuius a septentrione in mediam fere paludem Meotidem defluens cum ponto reliquum Asiæ ab Europa. separat. patent hæc in hic affixa mappule mundi descriptione. **DIS.** Per lucide. sed quid interpositis nominibus alijs designare pretendis. **MA.** Principales uniuscuiusque terræ regiones seu puincias. **DIS.** Cōmodissima ad historiarum intellectum saniorum harum videtur esse cognitio. **MAG.** Has enumerando magis quam describendo percurrere libet breuitatis gratia. Nomina quoque & regionū limites nō intendo hic limare & secūm prædictionē discurrere: nā in talibus inuenies, etiā claros Geographos digladiari. **DIS.** At primū describas Europam in qua nos constitutos iā dudum relatione multoꝝ didici.

Satrapæ Europe nominatim enumerantur. Capitulum quinquagesimum. MAG

Europa Europa ab occidente clauditur mari Atlantico: a septentrione Oceano Britannico: ab oriente Tanai Meotide Palude & ponto a meridie mari mediterraneo. In ea sunt regiones & populi pluri ob aeris temperiē. Ab occasu versus ortum prouincię magis nominare sunt Hispania quę Hiberia & Hisperia nonuncq[ue] nomi-

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

natur. Cuius partes sunt Betica siue regnum Granata: quod nostro
 quo rex Hispanie Ferdinandus Saracenis decenniali obsidione & bello
 abstulit: christianitatiq; adiecit. Lusitania seu portugalia. Tarraco/
 nensis seu Cailonia hę partes principales hispanie: in qua & alia regna
 sunt. Inter quę regnum Galitie longe lateq; vulgatur propter uniuersalem
 peregrinationem ad sanctum apostolum Iacobum Cōpostel
 lanum. Regnū insuper castelle & legionis astronomis memorabile
 reddidit. Alfonso rex prudētissimus: qui tabulas motuum corpo/
 rum celestium miro ingenio compilauit. Hic iuri suo quod ex electi
 one habuit ad Imperium intulit: pacis voluntarie cessit. Hispaniam
 sequitur Gallia medio monte Pyreneo. Partes Gallie sunt Aquitania
 Lugdunensis Narbonensis seu Delphinatus siue provincia & Belgi
 ca fere ad Rhemi fluuenta usq; protensa. Partiales provincias Gallie si
 distinguere voluerimus: occurrunt ecce Francia Normandia Britan
 nia Turonia Picardia Flandria Brabantia Gelria Holandia Seelan
 dia Burgundia Lotheringia Lucelburgia Heluetia siue Alsatia: quę
 tamen germanie potius est coniungenda. Galliam autem sequitur
 Germania magna ad Sarmatiam usq; extensa inter Rhenum fluiuium
 ab occidente mare a septentrione & Danubium a parte meridiona
 li. Partiales regiones Germanie sunt Franconia siue Francia orienta
 lis. Vuestualia Frisia Saxonia Thuringia Hassia Marchia Branden
 burgen. Misia Slesia Bohemia Marauia Cimbrica Cheronesus. quę
 nunc Dacia vulgo Denmark ad septentrionem. nam alia est Da
 cia: quam Vualachiam nunc nominant. de qua paulo infra. Post
 Cimbricam Cheronesus Noruegia Suetia in mari. Inter Danubi
 um & Alpes reticas: primam Reticam ponunt: quę & Sueuia quę
 ultra Danubium protensa sit. Post hanc vindelicia seu Bavaria. cuius
 similiter pars non modica ultra Danubium extenditur. Noricia cui
 nonnulli Stiriam & Charindiam ascribunt. Pannonia superior nunc
 Austria. Pannonia inferior quę & Vngaria a mari Adriatico Histria
 Illyris Liburnia quam dicunt Croatiam. Dalmatia quę & Slauonia
 Italia est ab alpihus ad mare mediterraneum. In ea regiones nō pau
 cę Lombardia Tuscia Ethuria Campania Marchia Aprucia Cala
 bria Apuleia. & sic de alijs Vngariam sequitur Misia: aut verius Mesia
 superior: quę Seruia siue Rosciana: & partim Bosna dicitur. Mesia in
 ferior quę continet Bosinenses & Valaccos. Bassos & nunc Bulguria
 Dacia quę & Vualachia Thracia in qua Constantinopolis quondā
 ciuitas imperialis Gracie Cheronesus Epirus seu Romania Dedania
 Molossa Chaonia. Peloponnesus seu Morea Achaia, tibi Corin
 thus. Arcadia ipsa est Sicione a Sicione rege: a quo regnum Sicio
 nonum quod inter quatuor computat ab Augustino libro de ciuita
 te dei Macedonia Thessalonica Ellados seu Attica: ubi Athenis Boe
 tia: ubi Thebe ciuitates nominatissime. Gracia ecce q̄ lata: hodie hui

Gallia

germania
magna

Retia

Italia

Gracia

Augusti

LIBRI VII. TRACTATUS I

Sarmatia. heu a spurcissimo inimico crucis Christi Turco ferme tota data statuta
A Germania usque ad Scythiam Sarmatia est regio latissima: cuius par-
tes ut aiunt Polonia: Massovia. Prussia. Lithuania. Samethia. Liuania
Russia &c. Scythia & quæ nominatæ sunt Sarmatiæ regiones / Barba-
ria dicebatur feritate gentium. Dimissa particulari harum descriptione
ad Asiæ provincias transeundum est.

Asiæ regiones nominatim ponuntur.

Capitulum quingessimum primum. DIS.

a Sic regiones quæ sunt MAG. Enumerando Asiæ provincias
non omnes / sed magis apud nostros nominatas: ipsam ob
latitudinem in duas partes diuisam intell gamus: septentrionalem
scilicet & meridionalem. Primo septentrionalem / de hinc meridionalem
describamus. DIS. Ocyus / ne occiduus sol lucem ante complementum
auferat. MAG. Tertia orbis pars quæ Asia appelletur generali no-
mine: pars tamē eius minor Asia nominatur: habens provincias & re-
giones multas propriis ecclesijs ornatas: quibus quondam perat sanctus
Ioannes euangelista. nunc autē nostris exigentibus demeritis: ab inimi-
cis crucis Christi dirutas ac fœdatas cognouimus. Hic ob spacij angu-
stia pro nominibus regionum litteras posui. Ibi est pontus / hic est & Bi-
thinia littera. f. signata. Galatia. g. Paphlagonia / Pisidia. i. r. Capadocia
f. Caria. a. Licia. b. Pamphilia. c. Lidia. d. Circa hanc in mari est insula
Meleta in actibus Apostolorum Mitilene nominata (quæ tunc erronee) in
qua mira operatus est Paulus apostolus. Phrigia provincia asiæ mi-
noris signatur per. e. Circa hanc inuenies insulam Tenedos. Cilicia.
Armenia minor. Armenia maior. Colchis: unde Iason medeæ magis
instructus aurum vellus abstulisse fabulatur: quia torrentes illius aurum
deferunt: quod lanosis pellibus accolæ excipiunt. Taurus mons a Pam-
philia exoritur & ad Indos usque tenditur. A Tanai amne Scythia seu
Sarmatia asiatica longo tractu versus orientem pergitur. Altera extra
Imaum montem / altera intra Imaum continetur. Mare quod ibidem con-
spicis / Caspium. Hircanum & Scythium ab omnibus nominari solet: & a septen-
trionali oceano latenter quasi fluius intrat. In hoc insula est Talge sine
cultu semper fertilis. regiones hic multæ sunt: videlicet hircania / Hiberia
Albania / Bactria / Margiana / Aria / Sogdiana / Sacheri regio: Scrica
in qua ut aiunt sericum arboribus in modum lanuginis adheret. gens illa
plena scribit iusticie & commercij. Alterius medietatis Asiæ regiones sunt
a mari rubro Arabia triplex: videlicet Arabia deserta Arabia petrea (ubi
metropolis Petra. de qua Isaias. Emitte agnum Dñe dominatorem terre de
Petra deserti ad montem filie Sion) & Arabia felix. unde Christus venit &
ob id thurifera dicitur. Syria similiter triplex est / Palestina Phœnicia &
Syria curua. Omne autem terra a Damasco usque Gazam terra Canaan
& terram promissionis sacre historie vocitant (In qua prouincie sin-

declaratio
mappule
Asiæ mi-
noris

Isaias

DE PRINCIPIIS ASTRONOMIAE

gulares sunt Damascena. Galilea. Samaria. Iudea. Palestina & Idumea. Mesopotania. Caldea. ubi Babilon. Assyria. Susiana. Media: Persidis: Parthia: Carmania deserta: Carmania altera. Drangiana: Gedrosia: Arachosia: Paraponisus: India intra Gangē: India extra Gangem: Sinarum regio. & in pelago Indico Tabrobana insignis insula regiones sitę ultra meridjanū ultimum a Ptholomęo descriptum ferme ad. 40. gradus. Similiter & particularē earū quę nominatim cōmemorate sunt descriptionē: quantū ad situm / fertilitatem / cōtinē / tiam / accolarum proprietates & mores ex Plinio Strabone. Ptholemeo perquirere poteris. DIS. De Aphrica autem quid fiet cōmū / quid induisam eam & silentio transibis?

Aphricę regiones enumerantur. Capitulum quingagesimum secundum. MAG.

Aphrica ab occidente mari athlantico / a meridie oceano Aethyopico / a septentrione mari mediterraneo / & ab oriu Nilo finitur. eidem tamen quę ultra Nilum sunt ad mare rubeum regiones hic additę sunt. Ab occasu montem habet Athlantem: quem ob altitudinem cōlū sustentare dixerē. Regio prima Mauritanія tin / gitana. secunda Mauritanія cesariensis. tertia Libia interior. quarta est Numidia: quā & Mappaliā nōnulli dixerunt. quinta Aphrica minor: in qua illa magna Carthago stadiorū. 350. olim romani imperij per rinax æmula. sexta est Cyreneica: quam & Penthapolim vocant a numero ciuitatum: quarū Cyrenē una est / regioni nomen accomodās septima Marmarica est. octaua Libya. quo nomine etiam tota Aphrica appellatur. nona Aethyopia interior. decima Aegyptus inferior: in qua olim filij Israel sub Pharaone post duram seruitutem mirabilia viderunt: quę Dominus operabatur per Moſen in campo Thane / os. Est autem Tanis ciuitas Aegypti insignis: tunc regali præsidentia decorata. In Aegypto sunt Alexandria. Damia. a & Soldani sedes amplissima ciuitas Chayrus: quam & Alkyn nominant. Supra hanc Aegyptum alia Aegyptus est Thebais scilicet monachorū & anachoritarum: olim cęlibi conuersatione decora. In hac Thebais ciuitas. quā centum portas toridemq; aulas & principes habuisse astruunt: qui bus sanctus Mauricius cū gloriosa legione venisse traditur. Supra hanc Aethyopia est mediterraneę gentes multę ac mirabiles: Tro / gloditę quę vescuntur serpentibus: strident magis q̃ loquantur. Garantes: quarum uxores cōmunes sunt. Augiles: Blemes siue Blemij capitibus carent: vitulus habent in pectore. Satyri: qualem sanctus Anthomius vidit: ut legenda edocet. Atlantes. Getuli. & alię multę: quarū descriptiones p̃memorati cosmographi profequuntur. Insulas p̃ paucas in descriptione hanc inuenies: quarū nomina Gades. quę & Betice adiacet. Corsica. Sardinia & Sicilia circa Italiā. Cor

mirabilia
Aphricę.

cyra in Hadriatico mari. Euboea quæ & Nigropont Boeotiae opposita
est: Creta siue Candia. Rhodus & Cyprus. In Septentrionali pelago
sunt Hibernia. Anglia: quæ Albion & olim Brycamna dicta est: cuius
pars Schotia. Thile. Irlandia in ultimo mari. Orchades. 30. numero
& Scandia memorabilis. Hæc circa terræ infimæ p̄tis elemental̄is mū/
di descriptionē cōmonuisse magis q̄ tractasse me cognoueris; ne ali/
quando putilem cosmographiæ scientiam abhorrescas: sine qua nec
gentilium nec sacrarum litterarum historias plene intelliges. DIS.
Introduktionē istac edoctus cum vacauerit aliorū scripta diligentius
lustrabo: interim quæ sup̄ sunt de Astronomia p̄sequamur. MAG.
epilogus Singulas & celestis & elemental̄is regionis partes / sicq; totius mun/
di habitūdines ea qua potuimus breuitate descripsim⁹; nec relictum
videtur qd̄ necessario explicandum exposcas. DIS. Satis abunde
de his tractatum est: nihil autem de Astrorū iudicijs quibus nōnulli
quorū annis de temporū varietate / annonę penurię / & abundantiā / bel
lis & egritudinibus diuersis futura pronoscant. MAG. Hęc Astro
logia nō Astronomia edocet: quæ ex motibus / coniunctionibus / af
fectibus & influentijs celestium corporū / inferiorum mutationes
considerat. DIS. Ne graueris obsecro huius principia breui sermo
ne explicare. MAG. Cōmodius hoc ab alio tractatu exordiemur;
DIS. ut lubet.

Libri Septimi. Tractatus secundus de
Astrologia. Capitulum primum De par
tibus Astrologiæ. MAGISTER.

p̄tes astro
logiæ.

2 Astrologiæ partes quinque numerantur. Prima. quæ introdu
ctoria est: circa principia versatur. Altera de magnis & an
nuijs reuolutionibus tractat. Tertia genituras singulorum
dijudicat. Quarta interrogatiōes considerat. Quinta p̄lec
tiones explanat. Additura quibusdam pars sexta: quæ imaginū fabri
cam & operationem edocet. DIS. Hoc seruatō ordine singulas p̄/
curramus. MAG. Plane percurramus, nā pauca admodum de his
dicere statui. DIS. Quam ob causam? MAG. Ne præcellens
ingenium tuum altioribus imbuendum disciplinis: præter necessarios
ac inuis teris institutis p̄pediā. DIS. Fac quod noueris utili⁹.

De principijs Astrologiæ. Capi. ij. MAG.

p Principiorū quæ introductoria pertractat quædā sunt circa Zo
diaci partes & earundem naturas: quædam circa planetarum
qualitates / nonnulla vero circa domorū diuisiones & earun/
dem significationes. DIS. Zodiacum in duodecim partes siue sig
na: & unūquodq; ex his in triginta gradus lōgitudinis / & duodecim
latitudinis diuisum ex p̄cedentibus liquet. MAG. Sicut circuloq;

DE ASTROLOGIA


In sphaera descripti diuersitas tantū est imaginaria: ira & diuisio zo/
diaci non est ex natura aut primordiali creatione / sed pro arbitrio &
astrologorum fictione: ut initia & terminos calculandi motus habe/
ant. MAG. Quare igitur Zodiacum non in plura aut pauciora q̃
duodecim diuiserunt signa? aut quare signū unum in gradus trigin/
ta / & rursus gradum in sexaginta tantq̃ partiuntur minuta? MAG
Quia numerus iste diuisionibus & calculandi modis accommodatior est
ut testant ipsi astrologi Hali: Auenrodan in expositione Ptholemaei.
& Abraam Auenazra in libro rationum astrologicarū. DIS. Potu
issent igitur si voluissent in plures paucioresue partes Zodiacū diuide
re? MAG. etiam. Nam & Chaldei non signis / sed imaginibus un
decim tantū utunt: libram & scorpionem simul copulantes. DIS.
Memini hoc nilidum dum celestes imagines a numerarē cōmemo
raram. sed earū eandem naturas addicere. MAG. De signorum natu/
ris astrologi & si multa nimis differāt: nobis tñ satis erit pauca admo/
dum cōmemorasse magis q̃ tractasse. Aries signum primum cali
dum est: siccum igneum & cholericū: ex corporis compage caput li
bi vendicans. Taurus vero secundum signum frigidum & siccū ter
reum & melancholicum / colla respicit. Gemini tertium in ordine ca
lidum & humidum: aereum & sanguineum / brachia intuetur. Cancer
quartum signum frigidum & humidum: aqueum & flegmaticū. ob
tinet pectus / pulmonez & stomachū. Leo quintum / in qualitatibus
cum arietē conuenit. cor & epas regit. Virgo cum tauro concordat
sed intestina & fundum stomachi vendicat. Libra vero cum gemini
congruit sed renes & nates respicit. Scorpio cum cancro in qualitatibus
congruit sed pudenda intuetur. Sagittarius rursus cum arie
te & leone coincidit: & coxas intendit. Capricornus cum tauro item
& cum virgine concordat: sed genua gubernat. Aquarius cum gemi
ni & libra conuenit: sed cruribus & tibijs præst. Pisces vero in quali
tatibus a cancro non deuiant: sed pedes vdicant. Et cum semper tria
conueniant / quattuor triplicitates ex his fabricāt. Primas videlicet ari
etis / leonis & sagittarij dicunt orientalem masculinam: diuinam & sa
pore amaram. Alteram tauri scilicet virginis & capricorni mēdiona
lem: feminēam nocturnam & sapore acrem nomināt. Terciam quæ
est geminorū / libe & aquarij occidentalem masculinā & diuinā: & sa
pore dulcē appellant. Quartam vero quam cancer scorpio & pisces
integrant: septentrionalem feminēam nocturnā & sapore salisam vo
cant. Illis quoq̃ trigonis dominatores ex planetis distribuentes: tā
tum inter se pugnant / ut cuius magis credendū sit facile non appare
at. Amplius autem & signorum alia dicunt mobilia. quæ sunt Aries. signa mo
Cancer Libra Capricornus. alia fixa: quæ sunt Taurus Leo: Scorpio: bilia fixa
Aquarius. Reliqua vero cōmunia sunt. Quædam insuper rationa / cōmunia
ta. ut Virgo Gemini Libra Aquarius: & prima medietas Sagittarij. rationalia

Signorum
natura

Aries

Taurus
Gemini
Cancer.

Leo
Virgo
Libra.
Scorpio.
Sagittarij.
Capricor.
Aquarius.
Pisces



DE ASTROLOGIA

Quedam præterea sterilia: quedam foecunda: & cætera multa id genus signa: ad gradus usq; deducta cū alios dicant gradus masculinos alios femininos: lucidos quosdā & alios tenebrosos fumosos vacuos/putcales & alijemena siue valitudinarios. Præterea & singula signa in ternas facies diuidit: in terminos aut inæquales distinguūt quorum dominia planetis distribuūt & multiplices fortitudines ipis/rōne taliū aduenire credūt: nā a triplicitate planetā fortitudines res accipe autumāt a termino duas: a facie unā: a domo vero qnq; & ab exaltatione quatuor Verū in ista graduū/facieꝝ ac terminorū assignatōe in extricabilis apud Astrologos non infimos inuenitur diuersitas.

De domibus exaltationibus: naturis & qualitatibus atq; aspectibus planetarū Capitulū tertium. DISCIPVLVS.

Omnis planetarum quæ sunt? MAG. Signa zodiaci. Nā Sa domus
d turno pro domicilijs assignant Capricornū & Aquariū. Ioui planetarū
sagittarium & pisces. Marti Arietem & scorpionē, Soli leonē
ranum. Veneri taurum & libram. Mercurio gemini & virginem. Lu
næ solum Cancrum. DIS. Exaltationes vero quæ sunt? MAG.
Saturnus exaltatur in gradu. 20. libræ Iupiter in. 15. Cancri. Mars in Exaltatio
28. Capricorni Sol in. 19. arietis. Venus in. 26. pisciū. Mercurius in nes plane
15. virginis. Luna in quarto tauri. Cæsus omnium sunt in locis opposi tarum
tis. DIS. Plane. sed quid tradunt de planetarū qualitate? MAG.
Saturnum frigidū & siccum colore nigrum & sapore stipticū dicunt. Naturæ
Iouem vero humidū & calidum: colore cinericiū aut viridem: sapore planetarū
dulcem. Martē siccum & calidum: rubeū & amarum: Solem calidū &
siccum: in colore peregrinū & sapore acutum Venerē humidā & fri
gidā albam & unctuosā. Mercuriū varium: & planetæ cui iungit
in qualitatibus primis se cōformantē: in colore mixtū & sapore ace/
rosū dicunt. Lunā frigidā & humidā: roream & salisā perhibēt
Rursum ex his quidā graues & ponderosi nominant. ut Saturnus Iu
piter: Mars alij leues. ut Venus. Mercurius. Luna. Sol aut nec ponde
rosus nec leuis est. Quidā etiam fortunæ sunt. ut Iupiter fortuna ma
ior: Venus fortuna minor. Alij infortunæ sunt: ut Saturnus infortu
na maior. Mars infortuna minor. Mercurius aut cum bonis bonus
cū malis malus. Sol bonus per aspectū: malus per cōiunctionē. Lu
na quasi nundā p omnes currit: & ab ipis fortunata & infortunata red
ditur: Venus & luna feminini sunt: reliqui omnes. masculini. Noctur
ni sunt Mars: Venus & luna. diurni sunt alij omnes. Nonnulli amici
dicuntur: quidā inimici nominant: Nam amici Saturni sunt Iupiter
Sol Luna. inimici sunt Mars & ven⁹. Iouis amici sunt omnes: demp
to Marte. Martis amica sola Venus est: ceteri inimici. Solis amici sunt
Iupiter. Venus: inimici Mars Mercurius & luna. Mercurij amici sunt

LIBRI.VII. TRACTATVS :II:

Saturnus iupiter venus / ceteri inimici. Luna amici sunt Saturn⁹ iupit⁹
ven⁹ aliq⁹ inimici. Amici capiti draconis dicunt esse iupiter & venus de
q⁹u natura est : & ideo fortuna. Amici caude / sunt saturnus & mars
quor⁹ natura participat : & ideo infortuna est. Augent autem & mi
nuuntur ista per aspectus. DIS. Quomodo se aspiciunt dicuntur

MAG. Cum in eodē signo & gradu sunt : coniuncti dicunt^r , per cō
trarium separati nominantur. Si autem per sextam partē zodiaci : hoc
est per duo signa distant / aspiciunt se aspectu sextili : qui est amicitia
imperfecte. Si autē per tertiam zodiaci partem distant id est per quat
tuor signa : trino aspectu se respiciunt / qui est amicitia perfecte. Si ve
ro per quartā ptem zodiaci : id est per tria signa opponunt / quarto se aspe




Figura as
pectuum

Chara
res asp
tuum



Boetius

DE ASTROLOGIA

Characte-
res aspec/
tuum
□ Δ
✱ ♀

Et intuentur qui est inimicitiae imperfecte. Si autem per sex signa distant
oppositi dicuntur: qui aspectus est perfectus contrarietatis. DIS. Quat
tuorigit aspectus sunt. scilicet. Sextilis unus quartus & oppositio. MA.
sane. Nam coniunctio proprie aspectus dici nequit: & vim sortitur ut quidam tra
ditur gradus. xij. annis & post. Figura aspectuum est quam hic supra cemis.

De quibusdam alijs accidentibus planetarum: & astro
nomum ignorare non oportet. Capitulum iij. MAG

Ræter hæc autem & planetis alia multa nomina attribuuntur
& accidentia: quorum cognitio etiam Astronomiae utilis est.

DIS. Eo magis explicanda sunt. MAG. Planetæ quandoque
dicuntur directi: quandoque retrogradi: nunc etiam stationarii. DIS.

De his in precedenti tractatu differum esse memini, alia si quæ sunt
ænumera. MA. Planetæ dicuntur etiam quandoque tardi cursu & mi/

nuti: cum scilicet linea veri motus eorum tardius mouetur quam linea mediæ
moris: aut contra successionem signorum incedit. veloces autem &

aucti cursu dicuntur quando secundum successionem mouentur. Aucti ve
ro numero sunt: quando equatio additur super mediū motū, cum aut

minuitur: minuti numero vocantur. Aucti vero lumine sunt: quando a
sole recedunt vel sol ab eis, & minuti lumine vocantur: quando ad so

lem appropinquant, & cum ad gradum decimum quintum aut duodeci
mum veniunt: sub radijs sunt: & combusti nominantur. Orientales sunt

quando oriuntur ante solem. Occidentales vero cum occidunt post so
lem. Unde & venus solem præcedens in aurora lucifer: sequens au/

tem solem post occasum hesperus dicitur. De qua Boetius libro pri/

mo de consolatu philosophico metro quinto ait. & qui primæ tempore
noctis agit argentes hesperus ortus: solitas iterum mutet habenas Phæ

bi pallens lucifer ortu. Dicuntur & orientes ortu matutino: cum de sub
radijs exeunt: & propter remotionem eorum a sole mane ante ortum so/

lis apparere incipiunt. Orientes vero ortu vespertino dicuntur: cum de
subradijs exeunt: & propter remotionem eorum a sole vespere post oc/

casum solis apparent. Occidentales autem occasu matutino sunt: cum
radios solis ingredienti mane occultari incipiunt. Et occidentales oc/

casu vespertino: cum radios solis intrantes & post solis occasum oc/

cultari incipiunt. Tres tamē superiores occasu matutino non occidunt
nec ortu vespertino oriuntur. Meridionales etiam planetæ appellan/

tur: cum in suo eccentrico ab ediptica versus meridiem declinant. Sep/

trionales autem cum versus septentrionem tendunt. Respectus au/

tem planetarum quos in diuersis signis ad diuersas corporis partes ha/

bere dicuntur: in sequenti patent descriptione.

Quas corporis partes planetæ in diuersis
signis respiciant. Capitulum quintum.

Planetæ di
cuntur tardi
veloces
aucti nu/
mero

aucti lumine

combusti
orientales

orientes
matutina
les

orientes ve
spertini

occidentes
matutinal

occidentes
vespertini

Meridio/
nales

septentrio/
nales

Boetius

aries ♄ saturn⁹ iupiter ☿ Mars ☉ Sol ♀ Venus ♂ Mercuri⁹ ☾ Luna

aries	U	pectus	ventrē	caput	femora	pedes	crura	genua.
taurus	♉	ventrē	dorsuꝝ.	collum	genua	caput	pedes	crura
gemini	♊	ventrē.	verēda	pectus	crura talos	collum	caput	fe mora
cancer	♋	virilia	femora	pectus	pedes	brachia hūeros	oculos	caput
leo	♌	verēda	femora genua.	ventrē	caput	cor.	guttur.	collum
virgo	♍	pedes	gēnuā	ventreꝝ	collum	ventreꝝ	cor	hūeros
libra	♎	genua.	oculos	verēda	hūeros	caput	ventrē	cor
scorpio	♏	talos	pedes	caput brachia	cor	verēda	dorsuꝝ.	ventreꝝ
sagitt.	♐	pedes.	crura	manus	ventreꝝ	femora	verēda	dorsuꝝ.
capricorn.	♑	caput oculos	crura	dorsuꝝ.	cor	verēda	femora	femora
aquari⁹	♒	collum	pectus	cor	verēda	genua.	femora	verēda
pisces	♓	hūeros	cor.	ventrē	femora	dorsuꝝ.	crura	femora


Diuisio
domoꝝ
celi

DE ASTROLOGIA

De diuisione cœli in domos duodecim: & nominibus earundē. Capi. sextū. **MAG.**

Orum iudicādi negotiū maxime ex Zodiaci in duodecim domiciliis partitione dependere estimant. verū tamē nec in hac cōcordant. Sed prætermisiss duobus partiendi modis / tertiu ex emph causa pandam: qui talis est . ut intelligant sex circuli magni in sphaera super polis mundi utrinq; sese interfecantes / atq; p puncta æq noctialis diuisi in duodecim æqualia transeuntes: per hos em sex circulos Zodiacus in duodecim / sed non æquales partitur domos: quarum una medietas sub orizonte: altera supra orizonta apparet: & oppositæ æquales reperiuntur. Quattuor ex his anguli vocantur. scilicet **anguli**, Prima: quæ est angulus orientis. Septima: opposita angulus occidētis. Decima: est angulus diei seu mediū cœli. Quarta: est angulus noctis sub horizonte. In his ut aiunt planete sunt fortiores. Post has / q̄

Diuisio
domoꝝ
cœli



LIBRI VII. TRACTATUS II.

Succeden in quibus planetę sunt debiliores q̃ in
tes angulis. & sunt dom⁹ scđa octaua uni
decima & Quinta. Reliquę quatuor
Cadeates cadentes nominantur: ceteris debilio
res. Ex his & constellationibus in illis
reperitis per ceteras Astrologię partes
varia ac mira prędicere conantur.



Si dæmonstratione/ex-
perientia aut alia quauis
via astrologię principia
cognita sint. Capitulum septimũ. DIS.

principia
Astrolo-
gię sunt
nobis co-
gnita

Rursusquā has partes aggrediamur: edicito quonā modo astro-
logi tantā partium eiusdem cœli diuersitatē inuestigare potue-
runt: aut quid firmitatis habet quod etiā in gradibus quan-
tum ad qualitates/facies/terminos/exaltationes & casus ponunt: &
planetis attribuunt. MAG. Astronomiā principia de quibus in p̃
cedenti tractatu actum est: ex geometria/numeroꝝ concurrente ratio-
ne indagari potuere. DIS. Non de illis (quoniam quantitatē concer-
nunt) quęstionem moueo: sed de diuersitate qualitatum & influentię
cœli & partium eius & planetarū dominio & fortitudinis incremento in
illis. MAG. Ab effectibus (ut aiunt) in multos cognitionē deue-
nere p̃ crebras & diutinas obseruationes. Vnde & nonnulli ab exordio
mundi primis hominibus intm̃ vitā prolongatā a deo cœli autumāt
ut astronomiā astrologiā & ceteras artes quę longa experientia acq-
runt inuestigare possent. alij primo patrē Adam & patriarchis non/
nullā astrologię ptem reuelatam aiunt. unde & Magister in historijs
Abraam ægyptios astrologiā docuisse testat. quod haud abnuo qm̃
tum ad tempore varietates sicut scriptum est. ut sint illis in signa & te-
pora. non autē quancū ad diuinationē: quā deus semini Abrahamę spe-
cialiter interdixit ut patebit infra. DIS. Interim dictis assensio sed
cur longa obseruatia & expimentis p̃mis Astrologię principia hau-
rii nequerint / nō apparet qđ possit conuenienter opponi. MAG.
Si expimentis q̃ tradat principia didicissent/utiq; nō semel sed frequē-
ter easdem constellatiōes integre obseruassent. sed obitai qđ & ipsi vere
affirmant eandem rediturā. nec sufficit particulares constellatiōes sepius
obseruasse: quippe cū nulla stellarū seorsum influat: sed simul cū omni-
bus etiam astrologis nuncq; visis vel cognitis: certo dicere nequeat: cur
magis unū q̃ alteri expimentalis effect⁹ veniat ascribendus: nisi forte So-
lis & Lunę syderibus etiā omni videntur notis. quibus tamē in efficiētia

DE STATU ASTROLOGIAE

Proleme⁹
Thebit

frequenter pponunt sydera minora aut a nobis remotissima. Multum præterea opertatione celestium variat/impedit aut minuit in superioribus: alia constellationes & inferioribus materiam indispositio. Sed esto / hauriri possit constellationum quas in iudicijs attendit efficientia: sed nondum est inuenta sufficienter observata. patet legem astronomorum de motu stellarum firmamenti & etiam erraticarum dubia. Antiquiores quippe supra firmamentum nullum aliud coelum cognouerunt: quo tamen iuniores Astrologi etiam in praxi utuntur. Chaldei & Aegyptij non infimi in Astrologia stellis fixis unum tantum motum attribuunt: scilicet diurnum. Ptholemeus addidit secundum quod est ab occidere in orientem. Thebit tertium inuenisse dicitur qui est versus meridiem & aquilonem. In tempore vero multum discordant: ut parum dictum est in superioribus. nec mirum si de fixis trepidant: qui etiam in motu Solis & Lunæ inter se pugnant: ut & quantitas anni solaris adhuc apud Astronomos quo ad positionem sit incerta: & in maxima Solis declinatione quantum differant iugissimum est hic recensere. Cõstat autem si Astrologi in gradu uno tantum sefellerint in captanda hora in diuisione domorum duodecim similiter deficiet. mutabit enim gradus signum. & in directionibus etiam variat annum. mutabuntur etiam aspectus & situs stellarum. DIS. Fallax igitur sequatur astrologorum experimentum necesse est. Sed & planetæ quæ conuentione inter se regendi ac dominandi tempora/horas/atque momenta in diuersis partibus coeli: etiam ut ais climatibus terre parum sint/vehementer hesito: & te super hæc audire cupio: interim alia quæ questionem augent silebo. MAG. Hæc & pene innumera alia sunt quæ fidem astrologiæ minuunt his qui omnium causas (ut equum est) profundius rimantur: & in Astrologiæ libris non nisi persuasiones quasdam leguntur. Nos autem qui ipsam defendendam non suscepimus: reliquas eius partes velocius percurrere debemus. DIS. utlibet.

De secunda parte Astrologiæ. Et qualē influentiā celestium corporum in inferiora Theologi cum Philosophis concedunt: voluntatem omnino excipientes. Capitulum. viij. MAG.

Secunda (ut pmissum est) astrologiæ pars de reuolutionibus est hæc conjunctiones & eclipses considerat: & ex his alijs insuper constellationibus de dispositione annonæ bellogrum egitudinibus & mutatione temporis atque inouatione legum futura pronunciat. DIS. tu ne huiusmodi futura contingentia celestium consideratione puerilem credis? MAG. Multiplice virtute & opatione celestibus a conditore omnium cõcreata nemo sapiens dubitat: ppaucas vero ex his omnibus in hominum noticiam deuenisse. & omnes deo soli notas esse/ regius propheta indicat dicens. Qui

Psal. 146.

y ij.

LIBRI VII. TRACTATVS .II.

numerat multitudinem stellarum & omnibus eis nomina vocat. Psal. 146.
 mina vero a proprietatibus rebus imponi constat quas solus nouit p-
 fecte qui eas condidit: unde consequenter exclamat. Magnus domi-
 nus noster & magna virtus eius & sapiencie eius non est numerus. Hec
 de particulari noticia intelligenda sunt: quonia generalis influxum
 celestium qui fit per motu lumen & calore in terrena: etiam philosophi
 (dono dei) cognouerunt: Vnde Aristoteles dicebat hunc mundum
 elementare rationibus superiorum contiguu esse: ut inde virtus eius gu-
 bernetur. & alio loco. Latio inquit solis sub obliquo circulo (zodiacu
 denotas) generationes adducit. Nec diuus Augustinus philosophus
 acutissimus & theologorum precipuus ab Aristotelis sententia in hac
 re dissentit: libro tertio de trinitate. ca. iij. Afferens corpora crassiora &
 inferiora per subtiliora & potentiora ordine quodam regi. Et libro. v. i. meined
rorum
de genera
Augusti.
 de ciuitate dei. ca. vi. inter disputandum cum mathematicis ait. Non
 ulla quare absurde dici potest ad solos corporum differentias astia/
 tus quosdam valere sydereos: sicut in solaribus accessibus & decessi-
 bus videmus: etiam ipsius anni tempora variari: & lunanibus incre-
 mentis atque decrementis augeri & minui quedam genera rerum: si-
 cut echinos & conchas & mirabiles estus oceanu. non autem & animi
 voluntates positionibus syderum subdi. Idem
 DIS. Aperte Augustinus inferiora superiorum influentijs subijcit. Cur ergo a nonnullis astro-
 logis aduersari dicitur? MAG. Hic diuus pater (quemadmodum
 & ceteri viri philosophie & veritatis cultores) astrologie non ademit
 quod ratio naturalis admittit: & sacraru literarum tenor incommuta-
 bilis non reprobat. Nec tamen dicit corpororum differentias necessa-
 rio esse a celesti influxu: sed hoc posse concedi in quibusdam. Nam
 ut eodem loco ait. sexus diuersitas non ab influxu celesti est: cum si-
 mul concipi possint gemini diuersi sexus. quid autem tam ad corpus
 pertinens quam corporis sexus? Sequuntur hunc Bonauentura Alexan-
 der de ales. Scotus & theologorum numerosa turba omnes ge-
 neralem celestium in inferiora influxu confirmantes. Inferiora inquam
 corpora non humanas mentes seu voluntates: quemadmodum in sen-
 tentia Augustini hac excipiunt. non enim possunt: ut idem sanctus pater
 testatur li. xij. super Gen. corporalia in spiritum agere: limitant ceteri
 de per se & immediate. Nam cum intellectus (inquiunt) medijs
 speciebus a sensibus receptis in opus suum prodeat: & sensidua po-
 tentia corporeis organis utatur: de per accidens & a remoto conce-
 di possit: immutatis corporibus intellectum in sua operatione impe-
 diri. ut videre est in lunaticis & freneticis. Vnde & scriptura dicit. Cor-
 pus quod corrumpitur aggrauat animam: & terrena inhabitatio de-
 primit sensum multa cogitantem. Voluntas autem existens domina
 omnium actuum suorum organo corporeo non alligatur sicut nec
 intellectus: magis tamen libera est: nullus improbitatem patitur: nec

theologi:
 quod tribu-
 ant astro-
 logis.

Aug

aut

DE ASTROLOGIA

coelestium influxui subditur. Et ideo actus a voluntate procedentes ab Astrologis praeiudicari aut diiudicari minime possunt.

Ex quinque causis Astrologi frequenter errant in iudicijs suis. Et quomodo in uniuersali de fertilitate & sterilitate terrae de pestilentia bellis & mutatione regnorum aliquid pronosticare possunt. Ca. ix. DIS

¶ Vnde iuxta praemissam beati Augustini sententiam in elementa & elementata afflatus syderum agat: unde fit quod Astrologi non nunquam de illis quoque in iudicijs suis & fallunt & falluntur.

MAG. Quamquam huius rei causa multiplex assignari possit: haec tamen inter praecipuas connumeranda est: quod raro huius artis scoli iudicia sua inter praescriptos limites coartant: sed inanis gloriae cupidi/philaretria sua dilatant nimium: & ex stellis auguriari gestiunt: quod efficere non possunt. Frequenter etiam ad particulares localesque mutationes descendunt: singulas um frugum species denotant: terrarum & incolarum euentus prosequuntur secundum non attendentes / non obstante generali influxu superiorum: & ut Augustinus habet libro quinto de ciuitate. c. 7. Delecto ad seminandum agrum die / tam multa grana in terram simul veniunt: simul germinant: & exorta segete simul herbescunt: pubescunt: flauescunt. & tamen inde spicas ceteras coeuias / atque ut ita dixerim congerminales: alias rubigo interimit / alias aues depopulantur / alias homines euellunt. pari iudicio de reliquis rebus iudicandum est. Sunt enim causae coelestes fere innumerabiles: ex quibus ut praemissum est tractatu praecedenti / ex stellis fixis pauciores cognitae sunt. quorum tamen actio quantum possit astrologorum traditiones canunt. Adde quod de principijs & modo iudicandi praecipui auctores artis huius diuersa senserunt. Accedit quod plurimi nostro aeuo in praxi illa magistri nominari delectantur qui nondum loqui ceperunt: ne dixerim didicerunt. Viri autem philosophiae gnari facile non enunciant: quod ex certis causis & demonstrationibus veritatis auidenter non habet. Verum si anni quattuor partes a qualitatibus suis multum exorbitare contingit: facillime sequetur aeris intemperies: sicutque frugum detrimentum aut excessu frigore vel calore urenti: humore suffocante: aut siccitate consumente humidum radicale. Amplius turbatis elementis immaturis frugibus & aere infecto aut putrefacto / quo ad respirandum sedulo utimur / aegritudines euenturas temere nemo iudicabit. Denique ex aere infecto & alimentis inconuenientibus / spirituum animalem turbulentum generari physica ratio suadet. Hinc aegritudines acutae & cerebro multae obueniunt turbationes: quibus in vulgo dominantibus ad unius filij Belial dolosam persuasionem / insultus fieri haud erit di-

y iij

LIBRI VII. TRACTATVS .II.

fficile. Si em princeps vilegis occurrere nititur / mox a superba ceruice
onus seruituris & sceptruz exactoris excutere moliantur. Hinc sectæ
contentiones / partialitates / seditiones / bella & cætera huiusmodi ori
untur multa. Et quous (ut Ptolemæus ait) vir sapiens domineſt astris
ſensualitati ſcilicet & inclinationibus obuiando: ſtultorū tamē (ut Sa
lomon non minus docte ſcripſit) infinitus eſt numerus. Vnde mirū
non eſt ſi hiſ & ſimilibus ſolenter penſiculaſis / nō rā astrologi q̄ phi
loſophi / medici & longa experientia edocti agricolæ & nauē: quoti
die de futuris multa vera prædicunt: etiā ſine astrologiciſ regulis / de
morbiſ: de annona: deq̄ tempeſtatibus. Sed de illiſ haſtenus. Ter
tiam astrologiæ partē nunc aggrediamur. laborioſum quippe hoc
erit: quoniam fere innumeri codices ſunt de hac parte. & e regione vi
ri ærudiniſſimi & ſanctitatis titulo præfulgidi parum illi tribuendum
aſtruunt.

**De tertia parte astrologiæ. De natiuitatibus.
quid ex domibus quattuor primis Astrologi
pronosticent. Capitulu decimū. DIS.**

Vid hæc pars futuri præſagit? MAG. Mortem & vitam &
q̄ ferme omnes naſcentium euentus quales futuri ſint. ut patet
legenti ſignificationes. xij. domorū in quas cœlū hora natiui
tatis diuidunt. Vt autē breuiter me de hac parte abſoluam: ex mul
tis pauca ſecundū domorum ordinem in libris astrologorum expre
ſſa anotabo. DIS. Probe. MAG. Ex habitudine primæ dom
planetarum & ſtellarum in ea exiſtentium: & partium natura ac va
rijs affectibus / mira de anima nati prædicunt. videlicet. ſi liberalis: ſi
legum amator: ſi mitis aut bellicoſus: ſi diuinæ ſcientiæ indagator
alteriſ ſue ſtudiij aut operationiſ amator: & quantus qualiſue in cor
poriſ habitudine futurus ſit natus. Ex ſecunda domo de proſperitate
& infortunio / diuitiarū nati futura vidēt: ſi eas vel ex hereditate / mer
catura / aut quouis alio ingenio aut labore habiturus ſit. & ampliꝰ ſi
ſua ſponte acquiſitaſ dilapidabit: aut violētia qualibet ſiue infortunio
amittat. Ex tertia domo de fratribus nati: de peritiā legum & obſeruā
tia earundem: & ibi per partem quā abſconditam nominant astrolo
gi: de arcaniſ conſcientiæ naſcentiſ erga deum & erga homineſ iudi
cant. Nam ut ait Abraam Auenozra in expoſitione huiꝰ domꝰ Si
Iupiter fortiſ in natiuitate partē illam quocunq̄ modo reſpexerit / &
deum diliget (ſcilicet natus) & a deo diligetur &c. DIS. Hoc ne ve
rum crediſ? MAG. Minime. nam dicit ſcriptura. neſcīt homo an
odio vel amore dignuſ ſit. & cōſcientiæ arcana ſoli deo patēt. DIS
Infania ergo iſta non tam conſutanda q̄ uet̄rica execranda eſt.

MAG. Duas fortuneſ inter planetaſ nominant: venerem ſcilicet
& iouem. Venus ut aiunt dat foelicitatem vitæ præſentiſ: Iupiter au

ſignifica
tiones do
morum
cœli.

Ptholeme
us.
Salomō.

ma
astro

albu
lar.

Abraam
auenozra

DE ASTROLOGIA

tem largitur felicitatem vitæ futurę. **DIS.** Et quid de Christo sentiunt? qui aic in euangelio. Ego vitam æternam do eis. sed perge in narratiōe. **MAG.** Maternus quidē non infimę auctoritatis apud astrologos scribitur Saturnus in leone constitutus / facit longæuos. quorum anima post mortē ad cœlos transibit. **DIS.** Cur ergo Christus dicit. Si vis ingredi ad vitam æternam serua mandata: & non potius attēde si habueris saturnū in leone? **MA.** Albumasar imperatē impietati accumulans ait. Qui deo supplicauerit hora qua luna cum capite draconis ioui coniungit / impetrat quidquid petierit. **DIS.** Ha ha he stulticiam sacrilegam. Curigitur astrologi non obseruat talem horam: ut semel impetrarent de cætero in iudicijs suis neminem fallere: & ut tantas diuicias reciperent ne amplius præinopia alijs suam mendacia venalia facerent. Sed perge ad domorum explanationem. **MAG.** Ex domo quarta de esse patris nati dissertur: qualis aut quæ eius vita sit: & de alijs quę breuitatis causa transeo tanq̃ fabulosa.

Quæ astrologi prænosticent ex alijs domibus natiuitatum. Capi. undecimū DIS.

X quinta autem domo quid? **MAG.** Si nascens filios generabit: & qualiter ad eos afficiet. Et hoc quidē Arabes: Ptholemeus autem a decima filios diiudicat. Mallius ab ascendente. Et sexta de infirmitatibus nati in toto corpore & singulis partibus: & quādo & quantū egrotabit futura annūciat. Ex septima si amator erit femina: & inominatę libidinis sectator. Si uxore habebit unam aut plures: vetulas aut iuuenculas: & quādo eas ducet: ac si pacifice cum illis habitabit. Ex octaua autē domosq̃et (aiunt) qua morte an aqua / igne / gladio / suspēdio aut quouis alio modo interiturus sit natus. Ex nona si natus peregrinabit: & quantū in terra vel aqua: & quā fortunā in his sentiet. similiter si firmiter aut negligēter fidē suā tenebit. Ex decima de statu matris: quæ dmodum ex quarta de statu patris nati iudicium fit. Plurimi tamen statum patris a decima inuestigandum putant. Insuper si natus honorem / potestatem aut famam bonā habiturus sit enat. Ex undecima de amicis nati: & ad quas personas erit: similiter & de vestimentis futura dicunt. Ex duodecima domo figuræ cœli in natiuitatibus alicuius calculate / inimicię / captiuitates / si quas forte aut unde habiturus sit natus: prænosci habent. Seruos similiter Aegypti ab ista domo diiudicant. Arabes autem illud a sexta faciundum existimant. & alia ferme innumera. Minima etiam & vilia hominum accidentia hæc pars Astrologiæ de nascēte futura iudicat ex domino natiuitatis horę: almutes / alcohoden hylech & varij partū projectione / ex habitudine planetarū & stellarū

y ūñ

LIBRI VII. TRACTATUS II.

fixarum: & earundem & similiter domorū varijs aspectibus & directi
one quę latius psequi nō est nostrum sed alia celerius percurrere.

De Laude quattuor doctorum ecclesię: & quid de hac parte Astrologię senserint Capitulum duodecimum. DIS.

Rius qui sint viri eruditissimi & sanctitate præfulgidi huic par
ti astrologię parum tribuentes: ut præmiseras paulo ante edi
cito: simulq; eorundem sententias de hac re p̄tingito paucis.

doct. eccl.
Gregori⁹
Hierony.
Ambro.
Augusti.

MAG. Hi sunt doctores præcipui catholici: quattuor columenę ecclē
się sanctus Gregorius papa. sanctus Hieronymus presbyter cardina
lis. sanctus Ambrosius archiepiscopus Mediolanensis. sanctus Au
gustinus ante conversionem suam rhetor maximus & philosophorū
acutissimus: post susceptum vero baptisma episcopus Hypponeñ.
per totum mundum celebris doctor & falsitatis inimicus. Hi sunt (ut
testatur pontifex romanus in cap. unico de reli. & vene. sanct. libro
sexto) quorum perlucida ac salutaria documenta romanam illustra
runt ecclesiam: decorarunt virtutibus & moribus informarunt. Per
ipsos præterea quasi luminosas arduas lucernas super candelabrū
in domo domini positas: errorum tenebris profugatis: totius corpus
ecclesię tanq; sydus irradiat matutinum. DIS. Eia propere: & quid
de astrologia hac tenendum scripserint hi sancti patres quos ecclesia
tam studiose cōmendat in mediū ferre graueris minime. MAG. Di
uus papa Gregorius in homelia Epiphanię accepta occasione ab ap
paritione stellę quā Magi viderūt in oriente nato domino: contra ma
thematicos orationē taxens: opponit de duob; geminis Iacob & Esau
simul natis dicens. Certe cum Iacob de utero egrediens prioris fratris
plantā manu teneret prior perfecte nequaq; egredi potuit: nisi & sub
sequens inchoasset: & tamē cū uno tempore eodemq; momento utrū
q; mater fuderit: nō una utriusq; vitæ equalitas fuit. Sed ad hæc solēt
mathematici respondere (inquit) quia virtus constellationis in ictu
pungentis est. Quibus ediuerso nos dicimus quia magna est mora
natiuitatis: si igitur in ictu puncti constellatio permuratur: necesse iam
erit ut tot dicant fata quot sunt membra nascentium. hæc Gregorius
Qui & post multa alia quæ astrologis obijcit (ad quæ profecto ra
tionabiliter respondere nequeunt) cōcludit dicens. Hæc de stella bre
uiter diximus: ne mathematicorū stulticiam indiscussam prætenisse vi
deamur. Quod si nec ista permouent: attende quod eodē loco Pri
scillianistanum heresim dicit esse de genituris opinionē astrologorum.

DIS. Summum pontificem audiuius: audiamus & cardinalem.

MAG. diuus Hieronymus presbyter cardinalis sacre scripturę in
terpres præcipuus in cōmentarijs super pphetā Sophoniam ca. pri
mo de astrologis dum exortus esset sermo ait. Hi sunt qui æleuantur

Bonifac
octauus

Gregori⁹

Hierony⁹

Ambro

Lucę :
Io. 1. &

Actuū
2. & 2

Augusti

aduersus scientiā dei: & omne quod geritur in seculo (sicutam sibi sci-
entiam pollicentes) referunt ad ortus stellarū & occubitus & mathe-
maticorum sequuntur errores. Idem super Isaia, ca. xlvij. de astrolo-
gis loquens dicit. Hi sunt qui vulgo appellantur mathematici: & ex
astrorum cursu lapsusq; syderum res humanas regi arbitrantur. & cū
salutem alijs promittebant sua ignorabant supplicia. Idem in ca. Sed
& illud. 16. q. 2. Requiere stellarum cursus & euenus ex his futuro-
rum rimari obprobriū ægypti vocat & idololatriæ cōparat. **DIS.**
Sufficiunt ad præsens diui cardinalis dicta: archiepiscopū accedamus
Mediolanensem. **MAG.** Hic est sanctus pater Ambrosius grandis
Ambro. loquus: qui in quarto libro hexameron ca. quarto de astrologis lō-
gum sermonē contexens inter alia. Nonnulli (inquit) natiuitatū tem-
parunt exprimere qualitates qualis sit unusquisq; qui natus sit: cum
hoc nō solum vanum: sed etiā inutile sit querentibus: impossibile pol-
licentibus. Er post probationē suę sententię ait. Redempti sunt aposto-
li & congregati ex peccatoribus: non utiq; natiuitatis suę hora sed chri-
sti eos sanctificauit aduentus: & hora dominicę passionis redemit a
morte. Latro damnatus capite ille cū domino crucifixus: non benefi-
cio natiuitatis suę: sed fidei confessione ad paradisi æterna transiuit. Io-
Lucę. 13. nam in mare non vis natiuitatis: sed dissimulatio diuinę præceptionis
Io. 1. & 2. precipitauit & offensa. Petrū de carcere imminente morte perimen-
Actuū. 12. dum angelus christi nō stellarū series liberauit. Paulum cecitas cōuer-
9. & 28. tit ad gratiam: & percussus a vipera turbatumq; naufragio: nō reme-
dia natiuitatis: sed deuotionis merita seruauerunt. Quid de illis dici-
mus qui eorū precibus cū fuissent mortui resurrexerunt: utrum illos
sua natiuitas an apostolica grata suscitauit? Et idem totum negotiū
hoc (scilicet iudicandi) plenū ait esse vanitate: & telę araneę cōparat
DIS. Durus est hic. diuum Augustinum quem philosophum fuisse
acutissimum dicis auscultemus.

**De opinionibus philosophorum de Fato &
constellatione natiuitatum: quas Augusti-
nus libro quinto de ciuitate dei recitat &
improbat. Capitulum. xij. MAG.**

Augusti. Sanctus Augustinus disputator copiosus omnem quæstionē
quā tractat radicitus medullitusq; perquiriunt latentem vel ve-
nitatem vel falsitatem fideliter detegat. Vnde cum libro quinto
de ciuitate dei cōtra astrologos disputationis rete redere instituisset pri-
us fatidicorum & astrologorū varias opiniones distinxit: & breuius
prioribus explosis cum Generaliacis varijs medijs cōgreditur per ca-
pitula ferme decem prima. longū esset omnia hæc epitomari nostro
integra inserere. **DIS.** Longū etiā & minus necessariū cum pau-

LIBRI.VII. TRACTATVS .II.

cis planisq; verbis intentionē tanti doctoris edicere possis. MAG. Si possum incertum habeo: obsequi tñ tibi in hoc quoq; non abnuo. Distinguens itaq; Augustinus fardicorū & astrologorū sectas in ca. primo libri p̄tati. Primos ponit qui dicunt omnia ēuenire fato: id est voluntate & potestate dei. DIS. Illos ne male sentire arguit? MA. Minime: sed ut sententiā teneāt & linguā corrigāt admonet. DIS. Quapropter? MAG. Quia fatū homines quādo audiunt/ usitata loquendi consuetudine non intelligunt; nisi vim positionis syderū qualis est quando quis nascitur siue concipitur. DIS. Secūda igitur opinio est illorum qui omnia fato id est vi syderum initialium ēuenire arbitrantur? MAG. Scite intulisti: sed inter hos rursus Augustinus discernit. Quidam enim sine voluntate dei decernere opinātur sydera quid agamus vel quid bonorū habeamus: malorum ue periamur. DIS. Tales haud dubium explodit. MAG. Quinimo & ab auribus omniū repellendos ait: nō solum eorū qui veram religionem tenent: sed qui deorum qualiumcūq; licet falsorum volunt esse cultores. DIS. Qua de res? MAG. Quia (inquit) hęc opinio aliud non agit nisi ut nullus omnino colatur deus. DIS. De hac secta nonnullos nostrę fidei homines esse arbitror: qui rogariones leuantas & processiones cōmunes pro pace: aut salubri aura a populo factas subfannantes/ frustra fieri calunniantur. sed quid minī de his aliud dictę diuisionis membrum psequere. MAG. Eorum qui omnia vi syderum ēuenire credunt nonnulli sydera quidem/ quę nobis futura sunt pro arbitrio decernere opinantur: sed accepta potestate a deo. DIS. Quid istī? MAG. Magnam inquit cōlo faciunt iniuriā. DIS. Quam? MAG. Quia in eius velut clarissimo senatu/ ac splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni. qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset genere humano decernente/ fuerat quertenda. DIS. Quid si dicerent sydera non pro arbitrio illa decernere: sed in talibus ingerendis dei omnino iussa cōplere? MAG. Quarta hęc positio est p̄cedētī crudelior. DIS. Quapropter?

MAG. Quia de deo sentiendum tradit: quod indignissimum visum est de stellarum voluntate sentire. Omnes iam dicti philosophi quia ex stellarum influxu necessario ēuenire existimāt quę fiunt/ hodie quoq; a sapiētioribus astrologis tanq; falsarij reprobant. DIS. Hac forte Ptolemei sententia potissimū paulo ante posita: qua ait. Vir sapiens dominabitur astris. MAG. Ea ipsa: & alijs multis. Quin ita igitur positio est generalis: q̄ stellę nec prohibito futura decernunt (quia ut dictum est supra; animatę non sunt) nec decreta dei necessario ventura in nobis explent: quoniam deus hominem in manu cōsiliij reliquit. ait Sapiens. Sed ex natura sua & influenza a cōditore accepta/ homines resq; terrenas alterant: & ad ea de quibus supra pauca cōmemorauimus inclinant; cui inclinationi homo si vult contrarię

opinio ve
rior de Fa
to.

ptolome

Ecd. v.

DE ASTROLOGIA

poterit. DIS. De hac opinione Augustinus quid sentiat? MAG. Non mediocriter doctorum hominum fuisse aut istam sententiam: ut dicantur stellæ significare potius ista quæ facere: ut quasi locutio quedam sit illa positio siderum prædicens futura/ non agens. DIS. Alios istam fuisse sententiam nec ego dubitaueram: sed eam Augustinus approbare nec ne audire volui. MAG. Quantum ad ea quæ ex libero arbitrio dependent/ positionem istam nequaquam approbat: sed insequentibus fortiter expugnat: & propria astrologorum principia in tela commutans eos confodit undique. & quantum ad cetera ab astrologis ex natiuitatibus vaticinata/ similiter incertam hanc positionem ostendit. Tu si quando vacabis ibi de lege & relege. non enim prima fronte omni legendi doctoris mens & argumentorum vis patet.

In quibus libris Augustinus astrologiam de natiuitatibus improbet: & similiter cæteri Theologi/ Canonistæ & sancti prophetæ. Capitulum. xliij. DIS.

Propter ex præmissa opinionum dilucidatione insipienter nimis a nonnullis responsum esse: Augustinum ceterosque sanctos doctores non nisi hos astrologos reprehendisse qui necessitate astræ nos docent. MAG. Ceteri in communi omnes indistincte simul reprehendunt: & haud dubium positionem imponentem necessitatem tanquam blasphemam in primis reiiciendam volunt. Augustinus vero particularius prædictas positiones segregans/ ultimam que veritati minus videtur contraria: & ideo forte tanto periculosior quanto apparet probabilius/ diligentius eliminat. Et in capitulo quinto astrologiam non artem sed vanitatem vocat: & in fine ea, seipsum nullam hanc artem esse astruit. Obmitto quæ libro secundo super Genesim ad litteram: & libro octoginta trium questionum questione quadragesima quinta de astrologis ponit. Idem libro secundo questionum veteris. & noui testamenti. questione. xvi. in fine ait, astrologi enim inimici sunt veritatis. Et libro tertio de questionibus noui. & veteris testamenti capitulo decimo octauo diffusissime contra fatum & mathematicos multis ac varijs argumentis differens. In principio ait nihil tam contra christianos quam si arti matheseos adhibeant curam: hæc enim inimica dinoscitur legi dei. Et paulo infra dicit. Hanc enim astutia & subtilitas inuenit dyaboli. Et circa finem, fugiendum omnibus modis ab hac arte monemus: curiosi enim eius inimici dei sunt: & sine sollicitudine nunquam sunt: semper enim suspensi expectant quod minime certum sciunt. Ipse etiam sermone sexto de Epiphania vocat hanc artem stulticiam sacrilegam & indoctam doctrinam. Et ibidem ait de genitricis hominum vani homines loquuntur quod insipienter opinantur.

Astrologia non ars sed vanitas est.

LIBRI.VII. TRACTATVS .II.

In sermōe quoq; de verbis domini: quibus dicitur. Ego sum vitis ve-
ra &c. ait. Conuerso tibi indulgentiam deus promittit: sed crastinu; die
tibi nemo promittit: aut si forte pmittit mathematicus/longe aliud est.
O deus (exclamat) q̄ multos mathematici fefellerunt: quia tibi ple-
rumq; lucra promiserunt & damna inuenerunt. Et homelia .xij. ait.
Promittit diem crastinu; mathematicus ut damnet te & illum. & ad 1a/
nuarium scribens dicit. Mathematicorū deliramenta cum detestatio/
ne irridenda sunt. In secundo libro de doctrina christiana: dicit eos ni-
mis errare & genus fornicationis animę Astrologiam vocat. 26. q. 2.
c. illud Reliqua tantorum virorum testimonia/ similiter & theologorū
posterorum/ videlicet Alexandri de Ales Bonauenturę Schotti & ali-
orum breuitatis causa liber pertransire. nec enim isti a prioribus dissen-
tunt: sed & ipsi influxum celestium in elementa & elementata agere
concedunt. rationem quia sensibilibus & potentijs organicis species
haurit per accides & multū a remotis & in generali a celestibus mo-
ueri non omnino adimunt: sed non ab ea quę astrologorum tradi-
tiones continent. voluntatem vero omnino esse liberam & isti & catho-
lici omnes dicunt. DIS. Sancti patres & theologi nominati forta-
sse astrologiam dissuaserunt/ de ipsius principijs & experimentis mi-
nus adocti. MAG. Si diuos patres astrologię ignaros fuisse credis
lege Ambrosium loco præallegato: & Augustinu; libro quarto con-
fessionum: & inuenies quo suspicionem hanc a mente tua repellas fa-
cillime: multum enim temporis in hac attriuisse: & vix tandem falsi-
tate comperta desinisse ab hac vanitate deo confitetur. s. Augustin⁹
Sic quoq; & in aliorum codicibus hesitationis tuę medelam poteris
inuenire: omnes enim non alienis armis cum astrologis contigunt/
sed (quod Doctorum est) proprijs principijs vaniloquos redarguūt
Sacri insuper Canones illorum dicta approbantes/ astrologiam pro-
hibent. 26. q. 2. c. Illos planetarios/ sunt verba sancti Augustini libro
quarto confessionum: & c. sed & illud. quę sunt verba beati Hierony-
mi. Et de forilegijs. c. ex tuarum. Papa Alexander tertius: Clericum
qui bono zelo & ex simplicitate per astrolabij inspectionem furtum
cuiusdam ecclesię inquisiuit: per annum a celebratione suspendit: di-
cens id grauissimum esse/ & non modicam inde maculā peccati con-
traxisse. DIS. Talis papa si hodie viueret/ sacerdotes nostros q̄s
nominare possem/ forte in perpetuum inabilitaret. MAG. Quid
faceret nescio: verum tamen ipsis intime comparior. Sed si forte illos
non mouent quę prælibata sunt non operosum erit Domini senten-
tiam de hac re in mediū proferre. DIS. Proferas quęso. MAG
Non ego/ sed Isaias propheta nobis hanc edicat. DIS. Magis gra-
tum accipio: quid ait? MAG. c. 47. ex persona domini dicit Babi-
lonijs. Sciet & saluent te augures celi qui contēplabant lydera: sup-
putabant menses ut ex eis ānunciareturventura tibi: ecce facti sunt q̄li.

Hierony

Jeremias

Hierony.

Isaias

DE ASTROLOGIA

*Supra: Ignis combussit eos: nō liberabant animam suā de manu flā
me. Er quod in nostris libris dicitur augures cœli septuaginta inter /*
Hierony. *præces transfulerunt astrologi dicit sanctus Hieronymus ibidem. ubi
etiam ponit testimonium scđm paulo ante expressum DIS. Quā /*
*uis prophetarum testimonia sine aliqua hesitatione recipi debeant: p
iplos enim locutus est spiritus sanctus: sicut in symbolo canit ecclesia
amen aliud si habes propheticum testimonium proferas: ut quasi in
ore duorum firmitus appareat testimonium. MAG. Per Ieremiam
Dominus populo suo astrologiam interdixit capitulo decimo sic di
cens. Iuxta vias gentium nolite discere: & a signis cœli nolite metuer
que timent gentes: quia leges populorū vane sunt. sup quo loco di
uus Hieronymus ait. De his loquitur qui a cœlestibus eximant regi
humanū genus: & ex causis cœlestium terrena moderari.*

**Cur multi adhuc Astrologiæ fidem habent pro
pter paucas experientias: & non potius respu
unt eam propter innumeras fallacias: etiam iuxta
sancti Augustini sententiam instinctu demons
num inductas. Et qualiter sanctus Sebastianus
astrologiā confutandā docuit. Ca. xv. MAG.**

¶ *Erunt tamē qui astrologiæ calicem epotauere usq; ad fœces eti
am ad hæc respondent: nō esse intelligenda nisi de his que astra
colebant: & ex his omnia necessitate quadam fieri credebāt.*

DIS. *Non mouebit me hæc callida glosula: cum aperitissima sint
doctōrum & etiam domini verba. Q. uinimo si quid probabiliter ha
bere videretur astrologia hæc de qua loquimur: abijciēda m̄ esset cū
sanctis patribus sacris canonibus & diuinis scripturis visa est ad mi
nus vehementer suspecta. Non mediocriter etiā (ut ego quocq; aliud
addam) suspectam reddiderunt astrologiam: que contra mathema
ticos sanctus Sebastianus miles christi integerrima fide coram Cro
matico romanę urbis præfecto dissenuit sicut in integrā ipsius legenda
continetur. Cum enim (quamuis omnibus simulachris in domo di
cti præfecti per sanctum Sebastianū & sanctum Policarpū destructis)
Cromaticus iuxta conditum sanctorū sanari a podagra nō potuisset
donec & opus astronomicū (in quo omnis disciplinā stellarū arte
mechanica constructa erat) frangeretur: patenter ostensum est arcem
istam deo esse odibilem. Vnde & sanctus policarpus presbyter Cro
matico querenti: quid mali illi inesset cum nullo ritu sacrificiorū hoc
opus coleretur? rēpōdit. Arcem hæc esse deo inimicā: & que in opere
erant fabricata omnia ministeria esse falsę deceptionis. Sebastianus
quoq; intulit omnia ista vanissima esse & falsa christo reuelare cogno
uimus que tibi nunc manifestius aperiemus. Præcipue (inquit) hodie*

LIBRI VII. TRACTATUS II.

ad te mathesis doctorem venire: cui dicas illo tempore asperis te casibus laborasse: & inquire per quas stellas hoc tibi fuerit malum responsum eius erunt proculdubio: quod tempus tuum a malicioso Marte susceptum est: aut saturnus apostolicus siue retrogradus fuerit. & cetera quę ibi leguntur. Age nunc (inquit rursus Sebastianus pfecto) interroga alterum mathematicum cui ipsas horas in bonis tibi exuberasse casibus dicas, illico videbis tibi eum rationabilia scemata infinita offerre: quibus approbat: quia in ipsis temporibus tibi euenire debuerint bona: quę ante ille dixerat mala: circulum etenim tenet ex omni parte collectum: in quo diuersas & varias causas accipit: ex quibus occasione accipiet dicendi quod velit. Hęc sanctus Sebastianus. Pretermitto quod opponit ibidem qualiter uno naufragio duo diuersis temporibus nati perire possunt. Similiter & in uno prelio innumera/bilis multitudo prosterni: qui utiq; eandem constellationem non habuerunt. Et quidem homini christiano sola istec sufficere possunt ad confutandam vanorum astrologorum insaniam. **MA.** Nimirum: sed nequeunt febre correpti de potius differentia sane iudicare nec (ut **Quintilianus** ait) facile quid persuadetur inuitis: & ut sanctus **Augustinus** habet libro sexto de ciuitate dei capitulo primo. Nimirum: sed peruenit nulli quantuq; numeri libri satis esse possunt. Et ut preuidit regius propheta. Turbati sunt & moti sunt sicut ebrius: omnis sapientia eorum deuorata est. & apostolus. Euanuerunt in cogitationibus suis & obsecratum est insipiens cor eorum: dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. **DIS.** Quomodo autem non facile multam fidem astrologię habet qui iam dictas scripturas ignorat: & crebras experientias per hanc videt. Cum experientia sit efficax rerum magistra: **de electis** **q. si. li. 6.** **MAG.** Experientias multas apparuisse in astrologorum iudicijs inficiari arbitror neminem: sed iste comparate erroribus quibus decipiuntur & alios fallunt quasi nullę videntur. Tanta autem (ut ita dicam) hereditaria quadam successione ab Eua omnium matre: quę prima per curiositatis viciū decepta est: ad nos descendit leuitas: mira credendi facilitas: aut verius dixerim fatuitas: & prenoscendi futura cupiditas: ut multo magis mathematicis imperitis credamus quā scripturis & doctoribus sanctis oppositum persuadentibus: si vel inter centum errores unum verum ab his coniecturatum magis quam ex constellatione preuisum euenire contingat. Vnde accidit quod ait Petarcha ut sine ulla suspitione libere mentiri possint: pro eo quia semel potuerunt non mentiri. De istis autē loquor qui quotannis vaticinantur de illis euentibus qui ex causalitate celestium expectari (contradicente naturalis ratione) minime possunt. Similiter & de his qui ex natiuitatis consideratione ea quę in domo: explanatione numerata sunt: & alia fere infinita de nascentibus augurari frustra conantur. de quibus & dicit **Augustinus**: ut supra tactū est in fine capituli septimi libro **quinto** **Augustinus**

ro de ciuitate contra astrologos disputationem suam cōcludendo ait
His omnibus consideratis non imerito creditur: cum astrologi mira-
biliter multa vera respondeant/oculto instinctu fieri spirituum non
bonorum: quorum cura est has falsas & noxias opiniones de astrali-
bus factis inferere humanis mentibus atq; firmare & non horoscopi no-
rati & inspecti aliqua arte quę nulla est. Idem dicit libro secundo su-
per Genesim. ad litteram. ubi cōcludendo subiunxit. quapropter bo-
no christiano siue mathematici siue quilibet impie diuinantium maxi-
me dicentes vera cauēdi sunt: ne consortio dēmoniorū animā deceptā
pactq; quodam societatis inreant. Hec ibi.

Excusatio auctoris q̄ non magis particulariter
principia Astronomię discussit. Et quanta in-
ter Astrologos diuersitas & contradic̃tio sit.
Capitulum. xvij. DLS.

Isi epitomatis angustia urgeret sermonem ab his ad alia quę
superfunt conuertere: predbus reperitis pullarem donec prin-
cipia astrologię rationibus & argumentis philosophicis cri-
brates: ut sub paleis si quę solida latent grana apparerent. MAG.
Non deesse tibi nec quidem in hoc nisi veridica relatione añ hos di-
es didicissem quendam comitem Mirandulanum in philosophia eru-
ditissimum duodecim (ut aiunt) libris disertissimo stilo & efficacissi-
mis medijs id perfecisse. Venient haud dubium successu temporis lu-
cubraciones tam studiōse conscriptę ad manus tuas quibus animum
tuum oblectare simul & veritatis agnitione firmare poteris: mihi satis
erit de hac re quemadmodum & de alijs maiorum nostrorum & pa-
trum recte philosophantium sententias cōmemorasse quibus tamen
astrologi irasci nulla recta ratione possunt. Ipsi enim priores astrologi
am suspectam reddiderunt: dum alter alterius dicta reprehendit
& experientia aliud inuenisse testatur. Nam in diuisione zodiaci in
signa: Chaldei nominatissimi astrologi ab alijs dissentiunt: non signa
duodecim: sed imagines undecim ponentes: nec eiusdem latitudinis.
nec longitudinis. Sed nec planetis domos assignant altitudines seu ex-
altaciones tantum considerātes. Alij autē & si in signis graduumue di-
uisione conueniant: in partitione tñ domorū duodecim in pugnāt
ut cui opinioni consentias: nulla argumenti vis ostendat: nam plu-
res gradus alij in illa in altera pauciores collocandos statuunt. Ita sic
ut planeta qui ab alijs in prima domo collocatur: ab alio in secunda
vel duodecima positus inueniatur. Inde & aspectus domorū domina-
tiones ac ceterę vires multipliciter variātur. Planetā quippe quę in pri-
mā & angulari domo sōntem credunt: in duodecima viribus destitui

LIBRI.VII. TRACTATVS .II.

volunt. Et reuera mirum & philosophię contrariū: stellam in quarta sub terra plus efficacē & influxus habere in nascentem q̄ supra finito rem collocata in undecima aut duodecima domo cœli: quod nonnulli attendentes: communi traditioni contradicunt: & stellas in domibus supra horizonta fortiores credunt q̄ infra ipsum. Dicāt si possunt: & rationabiliter dicant: cur planeta circa finem noni domicilij non tantum aut plus possit q̄ circa terminū decimi vel in medio quarti. Ea propter & ipsi fluctuant: nunc illam / nunc aliam fortiozem predicant. Vnde Ptholemeus aliquando undecimā domum orienti in foris / dine preponit: aliquando contrarium sentit. Mediū cœli omnibus p̄fer: Messahala & Aboasar orientē prælocant. sed de his factis / quantum in significationibus domorū dissentiant parim tactum est cum eadē recitarem. In distributione autem facierū & terminorū miro modo discordant. nec mirū: quando & in naturis planetarū diuersa ænunciānt. Nōne venerē Abenragel & Alchibicius frigidam estimant. e regione Aboasar & Ptholemeus calidā ipsam affirmant? In mercurio nō minus dissentiunt: & nec in Luna quidē nobis proxima conueniunt. Etsi in q̄liatibus huiusmodi aberrant / danda est venia cum de bonitate aut malicia planetarū non per omnia concordant. Super omnes autem ridendi sunt: qui capiti & caudę draconis punctis pure imaginatijs efficaciam aliquā inesse credunt: ita ut etiā annis nati aliquid addant. Quis præterea unq̄ concordabit litem q̄ adhuc sub iudice est: de radiationibus / directionibus & æquationibus dieꝝ? De annis autē Fridarij ob nimiam dissonantiam piger vel modicū quid dicere. attende queso in duobus pluribusue pronosticijs annuis quot errata / quot contraria & pene nulla sine formidine de opposito ænunciata. nōne frequenter circa idem vacillant / cum dicunt mortalitatem vel belia ex malicia satumi vel martis in aliquo domicilio significari: sed benignus iupiter forte maliciā eorum mitigabit: ut quodcumq̄ æuenerit id astrologum prædixisse inuenias. Ita pariformiter cū pluuiam venturam aliquo tempore prænuntiānt: frequenter addunt aliorū planetarum radiationes: propter quas serenitas saltē in aliquibus locis æueniet. Raro præterea de domino anni concordant. DIS. Omne autē regnū in se diuisum desolabitur: & domus supra domū cadet. Dominus in euangelio testatur. sed forte contrarietatem in eorum libris esse negabunt. MAG. Qua fronte? cum nulla tergiversatione id celare possint: quin omni legenti appareat. adducere autē laus has cōtradictiones apertissimas vetat breuitas. sed lege dum vacat librū Halī Abenragel de iudicijs: qui multorū sententijs in unū colligit. & Abraam de natiuitatibus & ceteros qui in maximis principijs huius artis precipuos auctores sepius falsa dixisse libera voce prædicat: Ptholemeū scilicet Messahalā Albumasā & plures alios. Figuras etiam quas Albumasā in Isagogis suis maioribus in singulis faciebus sig-

Ptholemeus
Messahala.
Aboasar.
abenragel
alchibicius

Halī
Abraam

DE ASTROLOGIA

nō ascendere astruere: magis ridiculo q̄ veritati accedere idē Abrahā dicit: sed quid dixi lege: & nō potius luridam hanc pestē omni tempore fuges: iuxta ea quę supra patrū auctoritate phata sunt. DIS. Miror ego vehementer si ipsi inter se diuersi sunt: & sanctis doctoribus canonibus & diuinis litteris contrarij (ut dictū est) quomodo Camera censit eos cum theologia & historijs concordare potuit in libello quē de tali concordantia p̄tulauit. MAG. Titulus quidē libelli cōcor/dantiam sonat: ea vero quę ab auctore & in illo ac superaddito Elucidario adducuntur: summā discordantiā astrologorū inter se & a veritate historię ostendunt. DIS. Missa igitur hęc facientes/ reliquas astrologię partes videamus.

Quarta Astrologię pars de interrogatio- nibus. Capitulum. xvij. MAG.

Strologorū opinio est: cum animus hominis ad desiderii scē/
a de alicuius rei impellitur/ subito nō electione & consultatione id fieri: sed influxu constellationis ea hora in coelo consistentis. unde si astrologum consulat: ex figura coeli hora interrogationis re/ perita eundem astrologū de re quę sita posse vera respondere: videli/ cet si mortuus viuus ne sit amicus absens. si missus legatus saluus re/ diturus sit: & inuenturus aut expediturus prospere rem p̄ qua missus est: & innumera alia de quibus dubitare poterit humana curiositas.

DIS. Aliquando ne vera interrogantibus respondent? MAG. Etiam quāuis sæpius mentiantur & quidē inculpabiliter. nam hic in uenerunt quo errores suos apud imperitos excusent. DIS. Quo medio? MAG. Quia dicunt: si motu quodā naturali firmatq; & radicali intentione astrologū dubius quis interrogat ex natalicia constel- latione iam prouenisse ad id quod ipsa significabat. unde constellatio nē interrogationis proportionabilē fieri natalicia constellationi affir- mant: & nisi hoc cūeniat intētiōnē interrogantis nō radicalem neq; fir- mam fuisse damitant: ea p̄pter si in responsis fallant atq; fallantur nō ex defectu artis: sed interrogantis leuitate puenire excusant. DIS. Callida nimis sed inefficax mendaciorū excusatio. Nam quid Chal/ deos astrologos morabatur qui regis Nabuchodonosor somniū que- situm nedum nō dicere potuere: verū nec cuiquam mortalium possi/ bile esse dixerūt? Et quis diceret q̄ ex tam numerosa turba astrologo- rum p̄nostrationibus assidue vacantiū regis natiuitatē nullus sciret: aut quęstionem tam studiose p̄positam/ animam regis tam contur/ bante/ nō fuisse firmam & radicātā? Idem opponere possem de ægy- ptiacis diuinato ribus: qui de somnio Pharaonis similiter respondere nō potuerūt. Daniel autē regi Babilonię & Ioseph regi ægypti non tam ad somnium: sed & interpretationem liquido responderunt: nō ex constellationū aliqua inspectione: sed de omnipotentis reuelatio-

ne. ut textus sacrę historię habet: quem nuper te iubente legi atq; re-
gi. Pręterea si animũ ad desiderium sciendi p stellares influxus p mo-
rum credunt: cur nõ magis obseruāt constellationē & tempus q̄ que-
sitor desiderium tale cõcepit/ quā & cõstellationē & horam qua ppo-
sita est questio: nam si forte astrologum questurus tardius inueni-
at/ constellationem & horoscopũ unq; variari necesse est. Vnde hęc
astrologię partem cũ ea quę de natiuitatibus diuinar confutandam
execrandamq; existimo: a cõtũ autē fideliũ exufflandos qui libi ipsis
usurpant quod solius dei esse diuinę litterę sonant. ut est illud. Tu so-
lus nosti corda filiorũ hominũ. MAG. Nec pręter illũ nouit quisq;
quid sit in homine: non angelus bonus vel malus/ nisi solus spiritus
hominis qui est in ipso. DIS. Relegata igitur hac ipsa stulticia ad re-
liqua pergamus.

**Electio temporum ad iniicienda diuersa ope-
ra sub certis constellationibus: in parte cõ-
ceditur ab Augustino & medicinę diuer-
sis auctoribus. Capitulum. xviij. MAG.**

Vā sequitur astrologię pars/ eligere docet diem & horam om-
ni operi quod facere libet conuenientē: quando scq; sit bonum
seminare/ plantare/ ligna pro fabrica excidere ne tere dine per-
forentur & carie tabescant. sanguinē minuere: membra sanandi gratia
incidere: medicinā ab intra recipere: castra ciuitates & domos funda-
re: exercitum educere: hostibus occurrere: uxorem ducere. Emere/ vē-
dere/ nouas vestes induere: vindemiare ut vinũ in pace bibatur. Opus
alchimię inchoare. ad studium pueros applicare: locum mutare: iter
arripere per terrā & aquā: societate inire. cum cuiuslibet status & digni-
tatis hominibus loqui & negocia tractare. balneum intrare. nuncios
mittere: seruos conducere: ad venādum in silua aut fluminibus exire
& his similia quę nunc memorię minime occurrūt: sed i libro. Hali de
iudicijs videri possunt: ubi singulis cõstellationes suas assignat. DI.
Prętermissum est unũ iudicio meo plus cęteris necessariũ si nõ datur
regula eligendi horam & constellationē fortunatā/ sub qua bonũ &
foeliciter contingat mori: penas infernales quaderē: & coelos sydere/
os omnes transcendere. MAG. Tu eos irrides qui tanto studio quę
cõmemorata sunt inuestigant. DIS. Et Augustinũ Ianuario scri-
pisse paulo ante dicebas esse mathematicorũ deliramenta cũ derelectio-
ne irridenda. MAG. Non inficior: sed si recordaris/ etiam dictũ est
ab eodem sancto Presule: nõ usq; quaq; absurde dici potest/ ad solas
corporis differentias afflatus quosdam valere sydereos. quid autē ma-
gis corporale in actionibus q̄ agriculturā exercere: ligna dũ nondũ
supfluo humore abundant in edificia picindere: sanandis corporibus

August

1. Cor. 2.

alchibid
ruenoz
aboalan

Augusti

lib. 5. de
ciui. ca. 6.

Paulus

DE ASTROLOGIA

Augusti. Corporalibus rebus medentur. Alludit istis quod idem ad Ianuariū scribens. Non autē dicit quisq; sapiens arbitretur observatores temporū reprehendendos; qui dicūt nō p̄ficiscar hodie/ quia tempestas exorta est &c. vel si qui forte aliq; naturales effectus circa motū aeris & humoris/ ad variandas temporū qualitates ex syderū ordinatissima cōuersione notati sunt. de quibus dictū est. cū conderentur ut sint in signa & tēpora/ dies & annos. **DIS.** Planeta littera sacra habet. Vnde autē demonstrabis q; signa alia/ alias corporis partes sibi vēdicant. planetę quoq; (ut paulo ante dictū est) in diuersis signis nō eadem membra res spectant. **MAG.** Demonstrant si possunt quorū hęc dogmata sunt ego vero nihil naturale/ nihil philosophicū/ nihil deniq; rationi cōsentaneū & in his distributionibus & astrologorū argumētis cōperi. Quā imo & ipsos auctores p̄cipuos in assignatione cuiuscumq; quē ad modū & ferme in omnibus nō mediocriter digladiari inueni. Nā ut exempli causa unū cōm emorē: quid pugnatiū dici posset/ q; testes seu pubenda virgini assignari. ut Alchibitius. aut sagitario. ut Auennozia. aut scorpionī. ut Aboasar p̄ger plura talia enūtare. **DIS.** P̄gebit & me in p̄scriptis operationibus agriculturę/ medicinę & similibus signa aliq; etiā ascendentiā seu orientiā: aut planetarū dominia: p̄ter solis & lunę lumina & afflatus obseruare. Cum autē lunariis in cremētis humores augeant/ minutiones seu flebothomiā luna plena fieri: videt forte rationi naturali magis accedere. nisi obstat q; vulnērato membro/ abundantia humoris crudi solet dolorē vel tumore vel causare vel augmentare. Sed hactenus de illis: videamus & reliqua.

Eligere diem ad initianda coniugia/ comertia & his similia impium est & a fide apostatare. probatur auctoritate sancti Augustini/ & iuris canonici. Et irridentur curiosi Astrologi. Capitulum. xix. MAG.

I Alijs quę in sortē electionū receptant astrologi: videlicet ducere uxore/ emere/ vēdere: cuiuscunq; generis cōmertia facere &c. constellationes aliquas obseruare ratio naturalis nō admittit. Et diuus Augustinus libro quinto de ciuitate dei ca. vii. irridet dicens. O stulticiā singularem; eligitur dies ut ducatur uxor &c. & sermone. 63. Omnium inquit corda fidelium nō dubitant/ nullis mūdi partibus/ nullisq; temporibus prouidentiam abesse diuinā: nec de stellarum potestate quę nulla est secularium negotiorum penderē profectus: sed equissimō & clamentissimo summi regis arbitrio cūcta disponi. Concordat quod idem dicit libro tertio de Trinitate ca. iij. Erad Ianuariū ait. Non itaq; dies obseruemus & annos & mēses & tempora: ne audiamus ab apostolo. Timeo ne forte sine causa

laborauerim in vobis. Hos enim inculpat qui dicunt. non proficiscar quia posterus dies. aut quia luna sic fertur: vel proficiscar ut prospera cedant: quia ita se habet positio syderum. non agam hoc mense comertum quia illa stella mihi agit mensum: vel agam: quia suscepit mensum &c. Sacri insuper canones temporum obseruantias per his effectibus inhihent 26. q. 7. ca. non licet. ca. non obseruetis (inquit Augustinus) dies qui dicuntur aegyptiaci: aut Kalendas. Ianuarij: aut aliquot menses aut tempora/aut dies/aut annos/aut lunę solisq; cursum pro domo faciēda aut propter coniugia copulanda: qui autē talibus credunt: ad eorum domum euntes aut suis domibus introducunt & interrogant. sciant se si dem christianam & baptismum preuaricasse: & paganum & apostatam hoc est retro abeuntem & dei inimicum iram dei grauiter in eternum incurrisse: nisi ecclesiastica poenitentia emendatus deo reconcilietur. Hęc ibi. Pretermisiss illis quę ad sequentia deferuntur. & ca. sequenti quod sumptum est ex Enchyridion sancti Augustini capitulo. 78. & ex comentarijs eiusdem super epistola ad Galathas / graue peccatum ad gal. 4. ostendit obseruare tempora in finem supra expositum. Quod autē ca. non liceat. xxvi. q. v. prohibet obseruare cursum lunę & stellarum etiam propter segetes vel arbores plantandas intelligendum existimant de illis qui hęc colunt: credentes aliquid diuini numinis inesse talibus. Preter hos diuus Augustinus libro quinto de ciuitate dei capitulo. vii. etiam illos irridet qui assignant dies accomodatos ponendis vinib; uel arboribus vel segetibus credentes particulam positiones syderum illis influere: iuxta omnia quę de natiuitatibus hominum obseruant. Hoc enim inquit quā falsum sit ex eo patet quod tam multa grana in terram simul veniunt: simul germinant & exorta segete simul herbescunt pubescunt/ flauescant: & tamen inde spicas ceteris coquas: atq; ut ita dixerim congeminales alias rubigo interimit: alias aues depopulantur: alias homines auellunt. Hoc autem nequaquam fieret/ si eadem constellation sub qua seminatur/ etiam quantum ad euentus saluationis aut consumptionis influeret: quemadmodum de hominibus iudicant eorum inspectis natiuitatibus. Nec enim initiales constellationes nascētib; hominibus tantum esse signa & causas futurorum credunt: sed etiam plantis brutis & rebus inanimatis: ut puta fundadis castris: ciuitatibus & domibus & cetera. DIS. Si ita sentiunt: dicant quid cauisset quod de eodem boue homines/ canes/ aues/ reges & pauperes/ nobiles & populares comedunt. De eodem quoque vino similiter diuersi homines bibunt & de eodem frumeto pascunt &c. Si hęc ex initia li sydere habent quod aut a bestijs deuorentur aut igne vel aqua intereant aut in regios tantum cibos veniunt: iuxta ea quę de natiuitatibus hominum ventura autumant. MAG. Respondebunt proculdubio aliquid: ne victi videantur ab adolescente: si hęc & similia ipsis obieceris. nos interim quę restant percuramus DIS. Probe.

DE ASTROLOGIA

De fabrica imaginū astronomicarum: & necromanticarum/qualiter aut ad quid valeāt & q̄ nullam vim a constellatione habēt sed circa eos demon operatur: fiunt autem sub constellatione: ut impietas idololatrię magis occultetur. Desentur & astrologi miseri qui nesciunt sui misereri. Capitulum. xx. MAG

Strologię ultima pars (iuxta p̄libatam diuisionem) de imaginum astronomicarum fabrica est in quantum sub certis constellationibus sculpiuntur aut funduntur vel ad fugandum noxia vel alliciendum & promouendum utilia & concupita: nam in varios usus ordinantur. Alique in quarundam rerum destructione: ut si scorpiones a loco amouere cupiant/figurę scorpionis certę materię sculptura aut fusione imprimunt sub constellatione cōuenienti & nomen effectū significans nomen rei fugandę: & nomen signi ascēdētis & eiusdem diuersis partibus imaginis inscribunt: cum quibusdam alijs obseruantijs: quas cum modo totius operationis silentio libet transire. Pro effectū contrario contrariā constellationē & operationem obseruandam tradunt. Similiter in imaginibus quę ad amorem & inimiciā/ad sanitatē aut infirmitatem inducendas fiunt/aut ad alios effectus consequendos ordinantur. DIS. Aliquando ne huiuscemodi imagines concupiti effectus causantur? MAG. Effectus intentos multotiens ad talium imaginū multiplicationem secutos fuisse: experientia multos edocuit: & heu miserabiliter decepit. nō enim hi fiunt virtute imaginis a constellationibus recepta: sed operatione demonum, ut manifeste testatur sanctus Thomas secunda secundę. q. 97. arti. ij. in solutione secundi argumēti & in libro de occultis operibus naturę. Et contra gentiles libro tertio ca. 103. & venerabilis antistes Guilielmus libro de fide & legibus. Auerrois quoq; aduersus Algazelē scribens huiuscemodi imagines prorsus inefficaces asserit. Nam artificialia inquantū huiuscemodi nec cōlestem influxū recipiunt: nec alicuius operationis naturalis per se causa sunt. sicut patet ex naturalibus: & quantitas de genere actiuorum non est/ imago igit ex quacunq; materia fabricata sub quibusuis constellationibus nihil amplius de virtute cōlesti accipit q̄ massa non effigiata ex qua imago fit: nec omnia quę inscribuntur virtutem aliquam habent. ut in sequentibus patebit. Similiter q̄ imagines sepeliuntur in medio loci in quo operatio eorū expectatur actioni naturali cōtrariatur: quia actiua & passiua applicata fortius agunt & patiunt. Vanitatē maiorem indicat obseruariā ceterę q̄ in illis obseruant: ut cū sinistra manus

z ij

quedā nomina inscribuntur: imaginū quedam supine sepeliunt: alie
 sursum erectis pedibus capite deflectunt. q̄ omnia (uti ex doctoribus
 ante commemoratis patet) signa magis sunt occulti pacti initii cū demo
 nibus ab his qui talibus utuntur q̄ causę ad effectū naturaliter cōcur
 rētes. Sicut in imaginibus necromanticis angelorū aut potius demo
 niorum inscriptio: & aliorū nominū & characterum ignotorum. In/
 super diuersarum suffumigationum/inuocantium quoq; usus signa
 sunt manifesti pacti cum demonibus. In hoc em̄ differre dicit sanctus
 Thomas secunda secunde questione. 26. articulo secundo imagines
 astronomicas a necromanticis. In utrisq; autē tempora obseruant &
 constellatiōnes certę. **DIS.** Sed frustra: si imaginibus expectatā
 virtutē nō influunt. **MAG.** Sed ut tali fuco demonis consortiū &
 idololatrię impietas magis occultetur. unde propter manifestas im/
 pietates quę in execratione imaginū necromanticarū fiunt/ppmo/
 dum omnes/nō solum christiani: sed aliarū factionū prudentiores ab
 hominatur easdem: astrologicas vero cū nec incognita nomina ha
 beant/suffumigationes non requirant: sed a solo cōlestium influxu
 efficaciam forūū videātur: pleriq; etiam heu christiani amplectuntur
 & eo infelicius errant: quanto minus dyabolicas versutias nephādo
 operi adesse suspicantur. dimisit em̄ eos deus (ut David cecinit) secū. **Psal. 80.**
 dum desideria cordis eorū: ibunt in adinūtionibus suis. **DIS.** Heu.
 quata impietas sub ubra astrologię latitat. miseror se tē huic miser/
 rimę: q̄ sui nescit misereri. & dum alijs salutem & bona cūentura p̄di/
 cere frustra laborat: ipsa elephantino morbo tabescens: cancrū quo
 q; usq; ad interiora animę suę serpere sinit. **MAG.** Non modo ima/
 ginum impietas astrologię vim faciens/sub umbra eius se occultat:
 sed omnis pene superstitionis infelix soboles sub alas ipsius cōfugit: dū
 superuacua tempora impie obseruat. **DIS.** Obsecrō/graueis min
 me in foelicem superstitionis genologiam nominatim texere: ut cōple/
 tius videam mala quibus curiosi astrologi participant. Curiosos illos
 aio qui ex astroꝝ influxu effectus expectant: quos ratio naturalis ex
 illis prouenire nō posse conuincit: & scriptura sacra detestatur.

**De triplici superstitionis filia: & qualiter dyabolus in
 uentor illius / diuersis temporibus genus humanum
 per illas decepit. Capitulum. xxi. MAG.**

Vperstitio viciū est religioni oppositū p̄ excessum. cui⁹ ut ex
 diuo Augustino libro secundo de doctrina christiana patet tri
 plex est filia. Idololatria sc̄ Diuinatio & supuacua obseruatia
 ait enim. Superstitiosum est quidquid institutum est ab hominibus ad
 facienda vel colenda idola (ecce idololatria) vel ad cōsolationes & pa
 cta quedā significationū cū demonibus placita atq; forderata/qualia
 sunt molimina magicarū artū (ecce diuinatio) & infra. Ad hoc gen⁹

Augusti

Augu

Arist

DE ASTROLOGIA

pertinent omnes etiā ligaturę atq; remediā quę medicorū quoq; di-
 plina condemnat: siue in p̄cantationibus / siue in quibuscūq; nominibus quas
 characteres vocant: siue in quibuscūq; rebus suspendendis atq; ligan-
 dis vel etiā saltandis &c. xxvi. q. ij. ca. Illud (ecce vana obseruantia)
 Dyabolus quippe cui⁹ supbiā cōlū ferre nō potuit: diuini honoris
 percupidus / & hominī qui in locum unde ipse cū angelis suis apōsta-
 tici ceciderat sublimandus erat inuidens multiplex superstitionis ge-
 nus mortales docuit. sicut scriptū est. inuidia dyaboli mors intrauit in
 orbem terrarum. Primos equidem parētes p̄ diuinationē aggressus
 est: dū ipsis sciētiā boni & mali esu pomi vetiti promisit. Post lapsum
 generis humani ferme totum orbem idololatria deprauauit. demptis
 paucis ad ciuitatem dei pertinentibus ciuib; in statu quippe innocē-
 tię prothoplasti iusti / idololatrię facile nō cōsensissent: sed dolum ita-
 tim notassent. Post lapsum vero eorum filij peccatis obcecati / hanc mi-
 ra facilitate amplexi sunt: & firmissime tenuerunt: sed cum hanc mul-
 tiplex p̄phetarū scriptura & euangelica doctrina tandem a cordibus
 credentium hominum gradicauerunt / docuit eos vanas & supersti-
 tiosas obseruantias: tandē de falsitate minus suspectas. Et istis heu de-
 lectabiliter assensu sunt: & ita firmiter tenent: ut quotidianis sacerdotū
 clamoribus & admonitionibus radicitus extingui in christianis non
 possint. Vt autem tibi morē geram: viperina earundem sobolem bre-
 uī ac plano sermone explicabo. Primū vero nō de diuinatione quę
 origine videtur prior: sed de idololatria quę est in vidolitate crudelior
 exordiar. DIS. Perpulchre.

**De Idololatria & triplici secta gentilium de adora-
 tione creaturarum. & qualiter christiani imagi-
 nes adorant Christi & sanctorū cum distinctio-
 ne triplicis adorationis. Capi. xxij. MAG.**

Idololatria dicta est q̄si latría id est diuin⁹ cult⁹ idolis exhibit⁹ Idolola-

i Idola autē sunt statuę & imagines q̄s tali honore gētilitas vene-
 rabat: credens aliqd diuinitatis inesse illis: p̄pter rēpōsa & mi- Idola.

rabiles ac vitales opationes q̄s demon inhabitās siue assistēs opabat
 sicut fuere statuę Hermēis in megisti: q̄ mercuri⁹ dictus est: in qbus
 credebāt arte quadā sub certis cōstellationib; aīas demonū vel ange-
 lionē induci. De quibus diuus Augustinus li. viij. de ci. xxij. & sc. mē-
 tionē facit: easq; reprobāt. Nec em̄ naturalis phis cōcederet quoscun-
 q; spiritus artificialia corpora posse vegetare & substantialiter infor-
 mare. Anima em̄ ut Aristot. tradidit actus est corporis phisici id est na-
 turalis nō artificialis. q̄si nō de informatiōe: sed inhabitatiōe sentit
 qual: spiritus rebo quibuscūq; arte alligati statuīs assisterēt eque erra-
 uerunt. Non enim possunt hoīes per quascunq; res lapides / herbas

z. iij

LIBRI VII. TRACTATUS II.

Verba aut constellationes spirituum compellere bonum vel malum: ut vocatus veniat & idolum inhabiter. ut parebit in sequentibus. quoniam corporalia in incorporea agere naturali ordine non possunt. Fuere propter hos ex gentibus qui non statuis & imaginibus latriam exhibebant quasi diis: sed rebus creatis: quas deificatas credebant propter aliquam virtutem aut facinorum magnitudinem: quas statue representabant. ut puta Ioui/Herculi/Veneri & reliquis huius generis portentis. Multiplicitatem ac vanitatem omnium talium deorum sanctus Augustinus fere per decem primos libros de ciuitate dei eliminat. De quibus & Psal. mista dicit. Omnes dii gentium demonia. & iterum. Simulacra gentium argenti & aurum opera manuum hominum: os habent & non loquuntur: oculos habent & non videbunt: aures habent & non audiunt: manus habent & non palpabunt: pedes habent & non ambulabunt: nares habent & non odorabunt: non clamabunt in gutture suo. Respon-
sa autem & cetera que circa illa fiebant: demones operabantur. Non dixerant praterea qui omnes mundi partes diuino honore dignos existimabant: propter animam mundi per omnes partes eius diffusam: quam deum credebant. Sicut diuersis mundi partibus & proprietatibus deorum nomina multiplicabant. de quibus diffuse Augustinus tractat in de ciuitate dei libro septimo. Ceteri ut Platonici unum summum Deum constituentes ac honorantes: intelligentias tamen siue angelos celestium corporum animas ac demones: quos aerea dicebant esse animalia: & animas hominum ad ordinem dictorum relatas: a diuino cultu non segregabant. Illorum errores sanctus Augustinus libro octauo de ciuitate dei abunde extirpauit. Nam quod imane sit hoc vicium: ex hoc maxime perpendi potest: quod deus verus qui per prophetam dicit. Gloriam meam alteri non dabo. multipliciter id inhibuit. ait enim. Dominum deum tuum adorabis & illi soli serues. & in Exodo Sculptilia & alienos deos populo fidei inhibens ait. Non adorabis ea: neque coles. Reliquas scripturas in quibus idololatriam deus inhibuit: idololatriamque multipliciter punierit: angustia temporis cogit praterire.

DIS. Curigitur christiani imagines Christi & sanctorum non modo faciunt: sed adorant & colunt? **MAG.** Venerabiles imagines christiani non deos appellant: neque seruiunt eis ut Dominus: neque spem salutis ponunt in eis: neque ab eis expectant futurum iudicium: sed ad memoriam & recordationem venerantur eas: & adorant. non autem seruiunt eis cultu diuino: nec alicui creaturæ. ut dicit canon Venerabiles de Consecratione. dist. tertia. Fiant etiam ut in ipsis ignorantes videant quid se qui debeant: & in ipsis legant qui litteras nesciunt. Nam quod legentibus scriptura: hoc & ideotis prestat pictura cernentibus. dicit canon Perlatum de consecratione. dist. tertia. **DIS.** Quomodo eas adorant si eis cultu diuino ut dictum est non seruiunt? **MAG.** Adorationum alia simplex est: & Dulcia dicitur. qua Sanctis Dei & eorum reliquiis ac ima-

Platonici

quoniam christiani
imagines sanctorum
venerantur

Adoratio
triplex

augustinus

Psal. 46.

Psal. 134

Psal. 113

augustinus

Matth. 4.

Exodi. 20

Dama-
nus, c

Magi-
senten.

Isidorus

Thom

Hieron

Bona

ginibus honorem impendimus. Alia excellentior est & Iperdulia nominatur. qua virginem Mariam matrem Christi reliquias & imagines eiusdem veneramur. Tertia est excellentissima quae Latria appellatur. qua solum deum colimus & adoramus & Christum Iesum: cum sit verus deus eodem cultu colimus. Humanitati vero Christi per se sumptum solum deberetur iperdulia. Imagines vero Christi & crucem in qua licumque materia fuerit effigiata eadem adoratione cum Christo veneramur per accidens. quia morus adorationis imaginis (ut dicit Damascenus libro tertio) ad prothotypum id est imaginatum usque refertur. non enim illas ratione materiae colimus sed quia Christum representant: eas rememoratiue veneramur. Crucem vero in qua pependit & caetera gloriosa redemptionis nostrae arma quae tactu sui corporis & sanguinis sacrauit: secundum communiter doctores iperdulia honoramus. Videri possunt haec latius libro tertio sententiarum dist. nona in textu & doctoribus. Ceteras superstitionis partes simili compendio nunc percurrere frugient.

De Diuinatione & eius speciebus. Insuper ex quibus causis futura praedici possint. Capitulum vicesimum tertium. DIS.

Lra superstitionis filia iuxta praefatam partitionem Diuinatione dicta est. **MAG.** Haec ipsa est qua futura praenoscere miseri laborant per ea quae praenosci non possunt. ut fortuita & casualia: quae per se causas non habent. similiter ea quae dependent a potentibus rationalibus: quae se habent ad opposita secundum Philosophos. ut coenare aut ieiunare & similia. talia enim solus Deus nouit antequam fiant: qui vocat ea quae non sunt tanquam ea quae sunt. apud quem non est transmutatio neque vicissitudo obumbratio. Qui igitur talia sibi ipsis quocumque ingenio usurpant diuini dicuntur: quasi deo pleni. ut ait Isidorus libro octauo aethimologiae. diuinitate enim se plenos simulant & astucia quadam fraudulenta hominibus futura coniectant. Effectus autem qui ex suis causis ex necessitate proueniunt (nisi specialiter a Deo suspendantur) certitudinaliter iuxta naturalem cursum praedici possunt. sicut eclipses Solis & Lunae. & effectus qui ex suis causis ut in pluribus proueniunt praedici possunt quadam probabili coniectura. sicut pluuia & tempestates per Astrologos & nautas / fanitas aut mors per medicos. nec hoc ad diuinationis impieratem pertinet. ut declarat s. Thomas secunda secundae q. 95. articulo primo. Similiter prophetae praedicentes futura contingencia deo reuelante non diuinant: sed prophetant quod malum non est. Diuinatio autem ut Hieronymus testatur super Micheam & c. Iudices. i. q. i. semper in malam partem sumitur: quia in ea semper interuenit operatio daemonum. Quod uerere autem consilium vel auxiliu a dyabolo / malum magnu esse declarat s. Bonauentura libro

LIBRI. VII. TRACTATVS :II.

secundo dif. 7. q. ultima. DIS. Sobolem itaq; quam hæc superstitio-
nis filia ex dyabolo cõcipit & generat: ænumera quæso. MAG.

Diuinatio superstitionis filia dæmoni copulatur aut per inuocationẽ
ipſius expreſſam aut occultam. DIS. Quomodo per expreſſam?

MAG. Nouerunt hoc Necromãtici: qui execrabilibus ſuis exorciſ-
mis & cõiurationibus/characteribus & figuris & diuerſis ceremonijs
aut verius ſacrificijs /dẽmones certis temporibus ad danda reſponſa
aduocant: qui & varijs modis comparent/aut diuerſis formis preſti-

preſtigitium. giſ /oſis/oculorum ſenſus præſtringentes, & dicitur Preſtigitium, aut in

Somniũ. ſomnijs apparentes, & diuinatio dicitur per ſomnia. Reſpõdent etiã

Phytonia per arrepticios & phytõnas, & dicitur Phytonia. Nonnunc ad quod
vocantur prænunciant diuerſis figuris: quas miſeri homines videre
ſolent vel in polito lapide/ferro/calibe/speculo aut ungue hominis.
& frequẽter ad videndum talia æligunt virgines & pueros, & dicitur

geomãcia generali nomine Geomancia quod eſt diuinatio: quã diuinatio in ter-
reno corpore. Si autem apparitiones hæ ſunt in aqua: dicitur Hydro-

hydromã mancia, hydorenim grãce/latine aquam ſignificat. Si apparitiones

aeroman. huiusmodi ſunt in aere: dicitur Aeromancia. Si in igne: nominatur

pyromã. Pyromancia: a pyr quod ignem latine ſonat. Si in viſceribus anima/

arufpicũ lium in aris dẽmonum imolatorum apparent prædicta: dicitur Aru-
ſpicium. Si autem incantationibus videntur mortui ſuſcitari & reſpõ-

necromã, dere ad interrogata: dicitur Necromãtia, necros enim mortuos ſonat

latine. In hac peſſima ſuperſtitioẽ etiã ſanguis adhibetur: inquit Iſi-
dorus, nam dẽmones amare & diligere ſanguinem aiunt: nimirũ ga-
diuinum appetunt honorem. In lege autẽ ſanguis deo frequẽter offe-
rebatur. Ab hac ſpecie totum illud diuinationis genus/ quod expreſ-
ſa inuocatione dẽmonũ fit: generali nomine Necromancia dicitur.
In omnibus his ſolemnis proceſſus conſtellationuꝝ obſeruandã nō
negligit: quãuis interdum ſine tali fiant.

Iſidorus

De Augurio & ſacrilegio & ſpeciebus earundem. Capitulu. xxiij. MAG.

Inuatio autem quæ fit abſq; expreſſa inuocatione dẽmonum
d ſecundum ſanctum Thomam ſecunda ſecundæ quæſtione no-
nagẽſima quinta articulo tertio in duo genera diuiditur. Pri-
mum eſt, cum ad prænoſcendum futura aliquid conſideratur in diſ-
poſitionibus aliquarũ aliarum rerum. Alteruꝝ eſt quod procedit ex
conſideratione eorũ quæ eueniunt ex quibuſdam quæ ſerio ſunt /
ad aliqd occultũ ingrendũ. Primũ generali nomine auguriũ dicit. Secũ-
dum Sortilegium appellatur. vniuſq; ſunt ſpecies ſeu filiæ multæ.

Thoma

astrologi DIS. Auguriũ filij quæ ſunt? MAG. Prima eſt Astrologia: quæ
ex diſpoſitione ſyderum in hora natiuitatis futuros nati euentus diũ
auguriũ dicat. Secunda eſt Augurium ſpecialiter acceptum: quod ex garritu

aurum & vocibus quorumcunque animalium siue per sternutationes hominum futura pronosticat. Tercia est Auspicium ex motu aut volatu aurum aut quorumlibet animalium. vel saltu membrorum: coniectans per visum hoc quod augurium per auditum. Quarta Omen dicitur: quod fit dum verba hominum absque intentione dicta/ quis retorquet ad futurum quod vult pronoscere. Quinta est Chyromancia: ex lineis manuum futura predicens. chyrenim graece latine manus dicitur. Sexta est Spatulmancia ex signis & figuris in spatulis animalium consideratis/ contingentia augurians. Operosum esse singularum exempla & modos describere. DIS. Praetermissis talibus/ fortilegi filias addidit. MAG. Sors fit aut protrahendo incerti numeri puncta versa facie ad lunam/ cum caeteris obseruantibus: ex quorum punctorum collectione statuuntur quattuor figurae: quas matres vocant e quibus alias non paucas eliciunt: & nominibus planetarum/ signorum & domorum &c. nominant aspectus earundem: & caeteras habitudines quae admodum in figura coeli considerant. Aiunt enim: dum homo ex desiderio inquirendi futura puncta signat/ iam ex constellatione natiuitatis suae ad hoc peruenit: ut vis coeli manum suam dirigat/ quo nec plura nec pauciora puncta faciat quam ad iudicium intentum sufficiant. diuinatione haec Geomancia dicitur: differens ab ea quam paulo ante inter Necromancia species commemorauimus. Illa enim apparitiones factas in corporibus politis & terreis considerat: haec puncta signata in terra & lapide vel tabula pensat: & propter nimiam propinquitatem ad Astrologiam multos decipit: imo nonnullos sacerdoti tali corona insignitos obcaecauit. Fit & sors ex consideratione figurarum quae proueniunt/ si liquefactum plumbum in aquam funditur. si festucae inaequales a fortilegis tolluntur. si chartae scriptae & vacuae fortuitu ex olla leuantur. si in proiectis taxillis puncta considerantur. Si in apertione libelli alicuius quod primum occurrerit pro re dubia attenditur. si attractu ferri candentis/ aut duello innocentia alicuius probatur. Ampliorem deductionem illarum diuinationum in aliud tempus referuo. De obseruantibus nunc loquamur.

auspiciū

Omen:
chyro/
manciaSpatul
mancia

fortilegiū

geomancia

alij fortile
gi species

Quod demones rebus aut verbis a necromanticis cogi nequeunt. sed a solo Deo/ angelis/ sanctis & hominibus iustis virtute diuina. sed vocati a Necromanticis veniunt propter initum pactum. Capitulū vicesimūquintum. DIS.

LIBRI.VII. TRACTATVS .II.

Onine paulisper calamum ab exaratione obseruantiarū: do
 nec q̄ dubia videntur circa diuinationē & eius prolem paulo
 larius resoluas. MAG. Triduum totū nō sufficiet si omni/
 bus q̄ circa dicta queri possunt respondere tentauero. DIS. Non
 omnia: sed pauciora de his mouebo: tu fac ne copiosior sis in respō
 dendo. Primū quod animū meū innodauit est. Si demones necromā
 ticis exorcismis aut ceteris rebus quibus utunt̄ coartari possint: ut etiā
 inuiri cōpareant̄. MAG. Huius dubij obscuritas quāq̄ explanatio
 ne multa egeat: sufficere tñ poterit ad p̄sens responsio negatiua quam
 sanctus Thomas dat in. q. disputatis de po. dei. q. vi. art. 10. Cum em̄
 incorporeę substantię sint: corporeis rebus subduntur minime. ut de
 duci posset ex naturali philosophia: nec (ut diuus Augustinus dicit li
 bro. 12. super Gen. ad litteram) corpora in spiritus agunt. Et de demo
 ne ad Iob Dominus dixit. Non est potestas sup̄ terram quę ei com
 pareat: qui factus est ut nullū timeat. DIS. Vocati igitur sp̄s sua
 veniunt. MAG. Non oportet: nā & si terrena potestas dominari il
 lis nequeat virtute em̄ diuina coguntur. ut ait sanctus Thomas ubi su
 pra. quandoq; quidē ab ipso deo / quandoq; vero a sanctis & angelis
 & hoībus virtute diuina. Et Augustin⁹ li. 3. de tri. c. 4. ait. Spiritus vi
 rē rationalis defertor atq; peccator / p̄ sp̄m vitę rationalē piū & iustū
 regit. P̄ autē & iusti sunt sancti & angeli & homines. scriptū est autē
 quia voluntatē imentū se faciet deus. Coguntur deniq; demones in
 feriores p̄ superiores. ait sanctus Thomas. & hoc arte magica. DIS.
 Quomodo autē superiores inducuntur aut cogunt̄ ut inferioribus p̄
 cipiant: aut ipsi compareant: cū res necromāticę in ipsos actionem &
 virtutem nō habeant. MAG. Meminisse oportet q̄ in diuinatione
 pactum interuenit inter diuinos & ipsos demones: manifestū aut oc
 cultum ut p̄missū est. Vnde & necromantici libros suę sacrilegę ar
 tis demonibus consecrādos tradūt: maxime autē principibus: quorū
 nomina etiā frequenter ponūt. Hoc autē quid aliud est quā manifestū
 inire pactū cū demonibus: ut approbatis exorcismis / characteribus
 & alijs / quoties inuocātur per huiusmodi iniri pacti signa recognoscāt
 & mittant aut veniant. Vnde ut vim illis inesse maiore ostēdant / sin
 gunt se nonnunq; inuisibiliter aduentare. DIS. Cur itaq; non sem
 per vocari veniunt. MAG. Aut quia a deo nō permittunt̄. Illi em̄
 (ut Augustinus dicit libro secundo de ciuitate dei capi. vicesimosecū
 do) non omnia q̄ volunt facere possunt: nisi quantū illius ordinatio
 ne sinuntur / cuius plene iudicia nemo comprehendit: nemo rep̄hēdit
 iuste. Ad idem loquitur de trinitate libro tertio capitulo septimo & no
 no. & libro octogintatium quęstionū quęstione septuagesimanona
 Vel magis attentū in ceremonijs reddant incantantem: quasi in aliquo
 defecerit. Vel etiā ut miseris turpiter illudant. Est enim dyabolus mē
 dax & pater eius. Nec minus periculū est si occultū demonis pactū in

necromā
 ticis exor
 cismis de
 mones nō
 coartant̄.

in diuinā
 do pactū
 interuenit
 manife/
 stum.

Thomas

Iob. 41.

Thomas

Augusti

Idem

Psalmista

Augusti

1. parte c
 17. arti.
 scrip. 2. d
 7. q. 3. ar
 de po. d
 q. 6. ar.

auicenn

augusti

DE ASTROLOGIA

ter ueniat. sicut in illis qui talibus utuntur: transcribunt/ aut quopiam alio tradente discunt. Immiscet se nihilominus demon astutus alijs rebus & curiosis obseruatjs: super quibus nulli unquā pepigit. de quibus mox tractabimus.

Res corporales quibus Necromantici utuntur/ q̄s uis demones non cogant/ alliciunt tamen ut signa foederatæ societatis. Redditur etiam causā cur sub certis constellationibus/ nocturnis horis/ locis horribilibus/ pueris/ virginibus magis illę apparitiōes fiunt. Capitulū vicesimū sextum. DIS.

Es itaq; quibus necromantici utitur/ nulla vi cogunt demones: sed magis ut signa foederis alliciunt. **MAG.** Ita diuus pater Augustinus li. 21. de ciui. c. 6. sentit dicens. Alliciunt aut demones ad inhabitandū p̄ creaturas/ quas nō ipsi sed deus condidit: delectabilius pro sua diuersitate diuersis: non ut animalia cibis/ sed ut spiritus signis: q̄ cuiuscunq; delectationi congruū: p̄ varia genera lapidū/ herbarū/ lignorū/ animalū/ carminū & ritū. **DIS.** Sed q̄s nouit quibus delectent. **MAG.** audi Augustinū in eodē loco. Ut autē alliciant (ait) ab hominibus/ prius eos ipsi astutissima calliditate seducunt: vel inspirādo eorū cordibus virus occultū: vel etiā falla cibis amicitjs apparēdo: eorūq; paucos discipulos suos faciūt/ plurimorūq; doctores. neq; enim potuit nisi primū ipsi docentib⁹ disci quid quisq; illorū apparet: qd exhorreat. q̄ inuitet numine vel cogat unde magicę artes earūq; artifices extiterūt. Addere potes quā. s. tho/ mas ponit rationē. quia p̄ huiusmodi res corporales sciunt facilius posse cōplere effectū ad que inuocantur: & hoc ipsi appetunt: ut sc̄q; eorū virtus admirabilis habeat. Ea p̄pter hoc sub certa cōstellatione aduocati magis adueniunt. **DIS.** Virgines autē & inocentes pueros/ cur magis ad visiones eligunt. **MAG.** ut ex hoc in suā diuinitatis opinionē homines adducāt: quasi mundiciā ament: ait. s. Thomas. Accedit q̄ prestigia & fascinoēs illusionesq; p̄pter organorum ac spiritū tēneritudinē facilius fieri possunt: timent magis & a iudicio rectitudinis citius abstrahunt. Vnde ad alienatiōes huiusmodi inducendas: nocturno tēpore/ in biuijs/ specubus subterraneis: & simili/ bus/ & tēporibus & locis magis cōparent: in quibus horror & aura corruptēs ac spiritus pestilens sensus imutāt crebrius. **Q**uibus autē modis sensus ludificari possint. **Auicēna.** 6. naturalū abunde psequit. **Generales autē modi duo sunt.** Aut enim operant spiritus nequā aliquid extra nos. aut in nobis. quod diuus Augustinus libro. 4. de trinitate. c. 11. clare insinuat: dicens. Facile est spiritibus nequissimis p̄ aera corpora facere multa/ quę mirentur animæ terrenis corporib⁹ ag

Quō dē demones alliciant rebus corporalibus

diligunt pueri ad visiones nocturno tpe locis rectis

LIBRI.VII. TRACTATVS .II.

grauat: etiam melioris affectus. Si enim corpora ipsa terrena nonnullis artibus & exercitationibus modificata in spectaculis theatricis: ita miracula hominibus exhibent: ut hi qui nunquam videntur talia: narrata vix credant: quid magnum est dyabolo & angelis eius de corporeis elementis per aera corpora facere quæ caro miretur? Aut etiam occultis inspirationibus ad illudendos humanos sensus / fantasmata imaginum machinari: quibus dormientes vigilantes decipiat vel furientes exagitet. In libro quoque de ciuitate. li. 18. c. 18. quod narrat de conuersione sociorum Diomedis in aues: qui videntur in insula Diomedea non longe a monte Gargano qui est in Apulia. Item de socijs Vlixis quos Circes maga famosissima in bestias mutasse Varro commemorat. Et de Arcadibus qui transnato stagno quodam in lupos verti perhibentur: & in decennio si interim humana carne non vescuntur: in homines redire. Has similesque transformationes / quas ibidem recitat Augustinus: superficietenus factas ait: ut videatur esse res quod non sunt: fantasia hominis imutata: sicut & in somnijs fieri solet. Assumit hoc dictum canon. 26. q. 5. nec mirum. Et simile fieri sceleratis mulieribus retro post sathanam conuersis: qui se nocturnis horis super bestias cum alijs equitare & conuenire credunt. dicit. c. episcopiea. q. Quia liter autem permissione diuina non propria virtute / sed ex elementis in quibus rationes seminales sunt: demones veras res efficere possint nec tamen inde creatores dicuntur: forte in sequentibus dum de causis naturalium entium tractandum erit aperiemus. interim quæ restant breuius percurramus.

Varro

Schottus

Soluuntur quæ obijci possunt contra dicta.
Et specialiter verbis virtutem nullam inesse
probat. Capitulum. xxviij. DIS.

Non possum quæ adhuc restant dubia & dictis videtur contra
ria non mouere. Legi nuperrime angelum Raphaelem Tobias
am iuniorem instruxisse qualiter fumus cordis cuiusdam piscis
supra carbones posui: extricaret omne genus demoniorum: siue a viro
siue a muliere: ita ut ultra non accedat ad eos: quod Tobias experimen
to verum didicit. MAG. Non fumus ille: sed per Tobias meritum /
quod significabat fumus cordis / demonum extraxit angelus. un
de ibidem scribitur. Tunc Raphael angelus apprehendit demonium & re
ligauit illud in deserto superioris Aegypti. Ad idem facit quod domi
nus in euangelio dixit. hoc genus demonum non eicitur nisi in ieiunio
& oratione. DIS. Ieiunium & orationis verba in demones coac
tionis operationem habent. MAG. Minime. sed illis actibus me
rentur visi sancti exaudiri: ut deus ipse demones eiciat. DIS. Quid
de exorcismis quos Salomon ad demones includendos vel expellen

Tobias

actu 12.

DE ASTROLOGIA

dos confecisse legitur? MAG. Responder sanctus Thomas ubi su-
pra: Si Salomon exorcismos fecit quando erat in statu salutis: potu-
it esse in illis vis cogendi demones ex virtute diuina. si autem tempo-
re illo quod idola adorauit: ut intelligatur illos per artem magicam feci-
sse: non fuit in illis vis nisi modo dicto: scz per modum signorum alli-
cientium &c. DIS. Ita pari ratione nulla inest virtus exorcismis q
bus sacerdotes ramos palmarum/cineres cereos/aquam/sal/vinum/
&c. & infantes baptisandos exorcisant? MAG. Nulla: sed ad pro-
lationem talium exorcismorum non dubitamus diuinam virtutem quæ
poscuntur efficere. DIS. Fortasse ex inito cū ecclesia pacto? MA

Exorcif-
mo Salo-
monis

Exorcif-
mus sacer-
dotalis

Q uid ni? sed illud per scripturas dæducere theologiæ referuamus.
DIS. Salrim verbis consecrationis in canone missæ virtutem trans-
substantiandi panem in corpus Christi: & vinum in sanguinem dice-
re haud effugies. MAG. Non vim verborum sed diuinam virtutē
ad prolationem efficere quod intendit minister ecclesiæ: circa debita
materiam in sacramentis. concedit Schottus super Magistrum libro
quarto. ubi ad ea quæ contraria videntur/ responderunt. Sed ne verba ex-
orcismorum hesitationis venenum in corde tuo numiat: attende si vel
unde virtus ipsis possit inesse/ non ratione materiæ/ quæ aer est vel ar-
tramentū aut quæuis alia substantia. sic enim omnis materia eius ge-
neris virtutē habet simile: nec ratione formæ accidentalis/ quæ est di-
uersa characterū configuratio in scribendo & proferendo. Formis em̃
accidentalibus nullā inesse actionē de per se philosophia docet: & cō-
uincit ratio naturalis. nec ratione significati: qd est forma magis prin-
cipalis verbi. Alias concedere habes contra sensum. hoc nomē ignis
hanc chartā incendere. hoc nomē mors contra te prolatū mox te inter-
ficere. hoc nomē deus omne cadaver suscitare/ vel aliud secretius: qd
tetragrammaton dicunt: ab elementis quattuor quibus apud hæbre-
os non dico scribitur sed notatur: nam ipsum inominabile phibent.

Schottus

DIS. Sed fortasse ex impossitiōe habet vim aliquā. MAG. ab ho-
mine ne an a deo? DIS. Ab homine ne dixerim: q nec ipse potest
quod p exorcismos fit. MAG. A deo igitur necesse est ut virtus sit:
si quæ adesse putatur. Doceant igit ubi dominus per se vel discipulos
suos tā execrabiles exorcismos/ignotorū & dæmoniorū nomini inſti-
ruxit: cū in contrariū scriptura damitet. DIS. Nōne in euangelio di-
xit. In nomine meo eſſent dæmonia/ & cetera ad idē sonātia? MA
Ad inuocationē nominis domini in fide & charitate vera/ deus spopō
dit se virtute diuina impleturum quod petitur. Sic sanctos patres adu-
rante dæmones non inuocatos sed occurrentes historiæ tradunt. Alii
terā uero uſi nomine Ieſu exoriste quidā: ut in actibus apostolorum
legitur. non dæmonem expulerunt/ sed ab ipſo grauiter verberati sunt.
Exorcismi autē maleficorum/ & si dei nomina cōtineant: alia tamē mol-
ta habent quæ diuinam virtutē non aduocant/ sed magis abigūt: &

actū 12.

LIBRI.VII. TRACTATVS .II.

ranto grauius peccant quanto nomen dei contra præceptum decalogi inuaniunt & ad dæmonis cultum assumunt.

Quod uti non liceat diuinationibus, cum responsione ad quædam quæ videntur dictis esse contraria. Insuper q̄ verbis & exorcismis nulla inesse possit cogedi dæmones potestas seu virtus. Capitulum. xxviii. DIS.

Liud quod insidebat menti meæ dubiū ex iam dictis resolutū cerno. hēstā quippe antea si diuinatione uti liceret. MA. Minime. nā lege diuina/imperiali & canonica grauissimis pœnis est interdicta. Lex diuina dicit Exodi. 22. Maleficos nō patiaris uiuere. & Leuitici. 20. vir siue mulier in quibus phōnicus vel diuinatiois fuerit spiritus: morte moriā. lapidibus obruent eos. sanguis eorum sit super illos. & ibidē ait Dominus: Animā quæ declinauerit ad magos & auiolos/interficiendā esse de medio populi sui. Lex imperialis capite plecti iubet aut cremari. C. de male: & mathe. l. nullus. l. ne/mo & l. culpa. & c. Lex vero canonica sub quibus quibusue pœnis dicta phibeat & cōtrauenientes puniat/pater. 26. q. 5. p. tōtū. Tales etiā ut ait Augustinus si se non correxerint: ad aeternā perditionē tendūt. 26. q. 2. c. qui sine: & idem sanctus anrstes libro. 7. de ciuitate. c. 25. tales artes ante aduentū Christi in ciuitatibus gentiū seu euissima pœna & legibus prohibitas & vindicatas testat. Singularia scripturarū testimonia contra singulas supra memoratas diuinationis filias adducere non tam operosū q̄ supuacaneū esset in huius epitomatis angustia. DIS. Miror si tanta districtione animaduerti iubent qui dictis diuinationibus operā dant: cur nōnullos sanctos talibus usos fuisse scriptura cōmemorans/minime reprehendit: Ioseph patriarcha per somniorū interpretationem ad principatū Aegypti peruenit. Daniel pphetā constituitur princeps sup omnes prouincias regni babilōnici. Rursus sanctus Ioseph gubernator Aegypti fratribus suis dixit. An ignoratis q̄ non sit similis mei in augurandi sciētia? Quāto per auspicia & auguria bonæ fidei homines: futurā vel tempestates vel serenitates prædicere nouerunt. Proinde seruus Abrahæ verba Rebeccæ accepit pro omine: ex illis arguens dominū misericordiā fecisse cū Abrahā. Sortes insuper omnino iniuste interdictæ vident: cū his beatus Apostolorū chorus Mathiā elegerit. De adiuratoribus dæmonū quibus sancti usi leguntur: supra mihi satis factū memini. Sed ad hæc si quæ habes responde: nam tantos viros maleegisse in huiusmodi diuinationibus sentire nequeo: scripturis prohibentibus illa: contradicere nō audeo. MAG. Probe. iusta enim & rationalis est diuinationū inhibitiō: & pie excusabilis sanctorū in his operatio. Ad primū quod

inhibetur
diuinatione
lege diuina
imperiali
augustij⁹

Exodus
Leuiticus
Hierem
octauo
Canō
tra de
legijs
torum.

Daniel
Gen. 4
Gen. 24
actu

August
puerbi
Actu.
Iosue.
Ione. 1.
Hester
Ezech.
S. Tho
puer. 1

DE ASTROLOGIA

de somnijs opposuisti: dicendum qd somniorum causa est vel intrinseca vel extrinseca. Intrinseca ut per species a sensibilibus receptas: aut a complexione hominis causatas. Extrinseca vero somniorum causa est vel corporalis: ut influxus in corporeos sensus vel spiritualis, ut deus perse/vel per bonos angelos aut dyabolus per fantasticas & fallaces illusiones. Per hæc ultima somnia diuinare/species est superstitionis prohibita: non per alia: de quibus latius differendum erit eo loco quo de potentijs animæ interioribus tractabimus. DIS. Somnia autem regis Aegypti & Babilonis a qua causa fueret? MAG. ab extrinseca (spirituali) deo scilicet vel bonis angelis. Similiter & interpretatio eorundem facta per Ioseph & Daniele. Ad alterum respondet. s. Augustinus. hæc verba Ioseph dixisse vel iocose vel secundum vulgi opinionem. 26. q. 2. Quod ait. Ad tertium concedendum non ambigo quædam animalia in aere/terra & aquis coelesti moueri influentia: & elementorū mutationē præsentire: vocibusq; & motu indicare. Vnde & in Hieremia propheta legitur. Miluus in celo cognouit tempus suum: turtur & hyndus & ciconia custodierunt tempus aduentus sui. Diuinare autē ex motu & voce animalium/fortunam aut disfortunium effectus etiam q a libero arbitrio pendent/& a coelestibus nō causantur æque prohibetur: sicut talia per astrologia praticare. Ad quartū. lege quæ seruus Abraham egitante & post Rebecce responsionē & inuenies omen non interuenisse. DIS. De sortibus autē quid dicendū est?

MAG. Sors ut habet s. Thomas libro de sortibus. & secunda secunda de q. 95. articulo octauo triplex est. Diuisoria/qua inquitur ad quē pertineat res diuidenda. de hac Prouerbiorū decimo octauo. Contra dictiones comprimis fors/vel dignitas, de qua Actuum primo in electione Mathiæ dicitur. & cecidit super Mathiam. vel poëta. hæc deprehenditur Achon qui de anathemate aliquid sumpuerat. Iosue septimo & Ionas a facie Domini fugiens sorte deprehensus est & missus in mare. Ionæ primo. Alia est sors consultoria: qua inquitur quid agere oporteat aut quando. sic fuit fors missa in urnam: ut sciretur qua die & mense occideretur gens Iudeorū. Hæstert tertio. Tertia est diuinatoria qua inuestigatur quid futurum sit. Hac usus est rex Babilonis stans in hiuis &c. Ezechielis. 21. In omni vero sorte expectatur euentus vel a coelesti influxu: vel a fortuna: vel a Deo aut a demone. Cum autē celum nullam operationem habeat in ea quæ sorte inquiruntur/ vanū & supersticiosum est uti sortibus ea intentione: quia sic nō carent demonum ingestione: multo minus cum expectatur euentus a demone. Si autem expectatur euentus a fortuna/ut cōmuniter in sorte diuisoria super re diuidenda cum nō potest concorditer diuidi/non videtur habere (ut ait sanctus Thomas) nisi forte vicium vanitatis. Si autem in sorte diuisoria aut consultoria expectatur euentus a Deo. iuxta illud Prouerbiorū. 16. Sortes mittuntur in sinum/ sed a Domino tempe-

Somnio/
rum causa
duplex

Sors est
triplex.

LIBRI.VII. TRACTATVS .II.

rantur. Locum habet quod Augustinus dicit super Psalterio. Sors Psal. 30.
non est aliquid mali: sed in re dubia diuinam indicans voluntatē. 2. 6.
q. 1. Sors. Tali sorte usi fuerunt Patres sancti de quibus supra. Sed in
his quoq; q̄d r̄sarie viciū potest accidere (ait s. Thomas) primo si absq;
ulla necessitate fiant. videtur enim illud ad dei temptationē pertinere.
Secundo si fiant in necessitate: sed absq; condigna dei reuerentia &
præmissa oratione. Tertio si diuina oracula in sortibus expectata/ ad
terrena negotia & ad vitæ huius vanitates conuertantur. Quarto si in
electionibus ecclesiasticis q̄ fieri debent inspirante de spiritus sancti/ ali
qui sortibus utantur. DIS. Nunqd tali sorte usi sunt Apostoli in ele
ctione Mathie? MAG. Etiā. sed ut Beda dicit super hunc scripturæ
locū. nondū erat plenitudo spiritus sancti in ecclesia effusa. Vnde post
spiritus sancti missionem septem dyacones nō sorte sed electione cō
stituerūt. Sors diuinatōria semp est suspecta & mala. Ex his sanctarū
scripturarū/ Doctōrū catholicorū & canonū diuersas sententias fa
cile est concordare. quod alijs relinquamus. DIS. Probe nam ex
tra limites epitomatis me de illis inquisiuisse fateor. De duello ta
mē & iudicio ferri candentis: quæ inter sacilegia nominata sunt: & ad
quæ nōnulli militaris ordinis ac verulę quædam sapius se offerunt:
quid dicendum? MAG. Illicita sunt. patet de primo. 2. q. 5. c. Mo
nomachiam: & de secundo. c. si. de pur. vul.

**De tertia specie superstitionis que est vana ob
seruantia. Et specialiter de arte Notoria q̄ il
licita sit & vana. Capitu. ultimum. DIS.**

Obseruā Estat tertia superstitionis filia nunc describenda. MAG. hec
tia vana est vana obseruantia. vel ad scientiam acquirendā. ut in arte
notoria. vel ad imutanda corpora per extranea remedia: vel
ad præcognoscendum futura fortuna aut diffortunia: vel ad præser
uandum a malis per suspensa ad collum aut qualitercūq; portata di
uina verba. DIS. Quid per artem notoriam intelligis? MAG.
Ars noto vanam quandam superstitionem quæ habet qualidam pro qualibet
ria scientia figuras characteribus & nominibus ignotis insignitas: ac etiā
certas orationes nomina multa ignota continentes: quas dum conti
nenter ieiunijs viuens & se macerans cū certis ceremonijs dixerit / &
figuras summa attentione aspexerit: scientiam desideratam sine labo
re alio vel studio acquirere dicitur. DIS. Si illicita non est hæc ars
eam mihi tradas quęso: ut præserte reliquas philosophię scientias ad
discam. quid laboramus lingua acue/ ego discendo & tu docendo si bre
ui tempore omnes disciplinas arte notoria acquirere possum? MA.
Illicitam est hanc artem & inefficacem sanctus Thomas secunda se
cunde. q. 96. arti. primo concludit. quia utitur his quæ scientiam cau
sare nequeunt: etiam demon per eam inuocatus nec intellectum illuz

Bedai Daniel.

1. Cor. 1.
Augusti

Apostol

S. Tho

DE ASTROLOGIA

minare/nescientiā infundere potest: quis possit nonnulla scientiarū
documenta tradere. Accedit quod non inueniuntur qui ex arte ista in
scientijs præ ceteris fuerint illuminati: sed potius infatuati. Venit ad
me dum studio insisterem in Vniuersitate Friburgensi Magister qui/
dam Parhisiē. cum arte ista: ostendebatq; figuras/orationes & cæte
ra huius generis portēta. persuadebat deniq; ut hac via quas non ha
berem scientias acquirerem. Abhorui figuras caractēres & ignora
nomina: & nullam illis inesse efficaciam demonstrabam. Ipsi autem
dum in falsa credulitate remaneret obiect, quare non ipse scientias plu
rimas quas non habuit tali arte acquisiuisset. Confusus ille/ad excu/
sandas excusationes in peccatis confugit. Nec valet quod adducunt
de Daniele & socijs suis abstinentibus a cibis regijs quibus deus præ
ceteris scientiam dedit. non enim abstinebant per vanam obseruan
tiam artis notoriæ: sed ne contaminarētur cibis gentiliū contra prohi
bitionem legis diuine: ideo merito obedientiæ a Deo præ ceteris sunt
scientijs præditi. Et Salomon petens scientiam gubernandi populum
meruit eam accipere/non a dē mone sed spiritu sancto: qui diuidit lin/
gulis pro ut vult. i. ad Corinth. duodecimo. Ceteras vanę obseruan/
tię partes diuus Augustinus eliminauit sufficienter libro secundo de
doctrina Christiana: cuius nonnulla verba a principio adducta sunt.
Obseruantias autem temporū plurimas esse superstitiones & vanas/
manifestum est ex his quæ supra de electionibus discussa sunt. Incan/
tationes vero/carminationes & obseruantias aniles penē innumeras
cribrare/non est præsentis negotij. In prædictis etiam quod sufficien
ter probatum nō est: aut determinatione ecclesię vel sacre scripturę cō
trariatur: pro non dicto habere volo. DIS. Ego vero ab omnibus
illis etiam quę excusationis quandam vmbra habent /sed suspecta
videntur: sedulo abstinēbo. MAG. Prudenter. nam hoc Aposto/
lus monuit dicens: Ab omni specie mala abstinete vos. Vale & cre
bra repetitione quę de septem artibus liberalibus tradidi rudimenta/
memorię cōmenda: in his intellectum & ingenium exerceto: ut cete
ras philosophię partes celerius apprehendas & sanius intelligas.

Finis septem artium liberalium.

Sequitur liber octauus de principijs rerum naturalium.

aa q



DE PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

Liber Octauus de Principijs rerum naturalium.
De laudibus Philosophiæ naturalis & ordine tra-
dendi eandem. Capitulum primum. DIS.

Liquotiam lubricationibus / quæ tradidisti artium rudimen-
a tati in defesso labore apud me reuolui: & in quæ finem ipsarum
renderet cognitio anxio perquirens / tandem in eam quæ toti operi
promissisti philosophiæ partitione diligenti oculos conieci. Et
propter has triviales & quadriviales disciplinas / partem philosophiæ quæ de totius
us singulariumque partium mundi naturis & origine differit conspiciens: me-
mini quod dudum a te audieram: artes liberales non propter se / sed ut ad-
ministrandas in hanc quæ de naturis rerum ceterarumque philosophiæ altiores dis-
ciplinas addiscendas esse. Hanc itaque principia iam in medium ferri
promissorum ordo exoptulat. Primum autem de naturis rerum. posterius
vero de moralibus & theologicis tractandum censeo: & id quantocius
succincto familiarique sermone fieri vehementer exopto. MAG. Par-
tem philosophiæ quæ rerum naturalium principia tractat a nullo unquam docto vi-
ro neglectam / veterem ab Indis Arabibus Aegyptiis grecis & latinis
diversarumque religionum professoribus summis laboribus conquistam /
nifestum est: etiam paucis pro aut (ut verius loquar) a nullis secundum præ-
cisionem inuentam facile crediderim. Totius equidem universitatis enun-
tiationemque naturas principia & causas inuenisse quæ se iactabit? Quo-
niam pro nec tu hanc præcisionem / sed breuem apertumque sermonem ex-
postulas: tum per cupidum sciendi animum si non cibo solido / lacte ta-
men ut tanulæ ætati congruit pascam: & de thesauris philosophorum
quæ visa fuerint magis necessaria in medium proferam. DIS. Et ego
quia difficillima sunt hæc cognitu / aures diligentissimas accommoda-
bo: ut ne verbum quidem dicas quod non alta mente recodem. MAG.
Nec te diligentius auscultasse aliquando poenitebit. nam cognitis prin-
cipijs rerum: non obstabit quo minus res ipsas suo modo cognoscas.
Tunc enim (inquit Aristoteles primo physicorum) arbitramur unum
quodque scire cum causas eius cognoscimus primas: & principia pri-
ma usque ad elementa. Pleniusque tamen per effectus ad causarum noti-
ciam devenimus. Innata equidem est nobis via procedendi a nobis
notioribus (quæ sunt effectus) ad notiora naturæ (quæ sunt causæ &
principia) Hunc igitur ordinem alternatim commutabimus: & nunc
per principia causas & effectus / nunc autem per effectus sensibiles prin-
cipia & causas manifestare contendemus: ab universalioribus ad par-
ticularia descendentes. Nam & illa quoque nobis prius innotescunt, quod
in pueris liquet: qui primum omnes viros patres & mulieres matres
appellant: postea pro unumquodque specialius determinantes / hunc pa-
trem & hanc matrem dicunt. DIS. Prætermittis itaque longioribus
ambagibus / hac via rem ipsam aggredere.

aa. iij.

Aristoteles

LIBER OCTAVVS DE

De Opinionibus philosophorum circa rerum prima principia. Capítulum secundum. MAG.

Opiniões
de mūdo

Vnc quem inhabitamus visibilem mundum / quidam philo-
sophorū semp fuisse & fore astruūt. ut sunt peripaterici. quorū
princeps Aristoteles fuisse legitur. Quidā ipsum non semp fu-
isse sed genitū & nunquā desinere affirmat. ut Acadēici: quibus Pla-
to p̄erat. Sequentiū autem multi ip̄m & incepisse & interitū scrip-
serunt ut Stoici Trismegistus & Sibyllē. Rursus quidā unū tm / ut Py-
thagoras: quidā innumerabiles mundos & gigni & dissolui p̄dicabant.

Opiniões
de mat̄ia

ut democritus & Anaximāder. Nec solū de mūdi duratiōe & unitate
verum etiā de ipsius & singularū rerum in eo cōtentarū principijs / di-
uersa sensere. Nā ut refert Augustinus octauo libro de ciuitate dei. c. 2.
Thales Milesius unus illorum septem / qui sapiētes appellari sunt:
Aquā putauit renē esse principiu: & hinc oīa elementa mundi / ip̄m q̄
mundū & q̄ in eo gignuntur existere Anaximāder eius auditor singu-
larum rerum principia credidit infinita. Anaximenes v̄o quē discipu-
lū reliquit: omniū rerū causas infinito aeri dedit. Cui succedēs Anax-
agoras dixit ex infinita mat̄ia / q̄ constaret dissimilib⁹ inter se p̄iculis
rerū omniū genera p̄ modulis & speciebus pp̄iis singula fieri. Dyo-
genes quoq; alter Anaximenes auditor: aerē diuinē tamē rōnis com-
potē / rerū esse mat̄iā opinatus est. Archilaus q̄ Anaxagorē successit
in mat̄ia rerū a magistro suo nō discessit. Archilaū Socrates audiuit.

Socrates

Hic primus uniuersam phiām ad corrigēdos cōponendosq; mores
inflexisse memorat. Sed discipulū reliquit platonē: qui omniū mat̄i-
am sp̄m inuisibile: sinum informē: potentiā: naturā: mat̄em mun-
di nutriticē formā: subiectū: receptaculū: infinitudinē: siluā: hylen &

aristotel.

originē nominabat. Huic succedēs Aristoteles. qui nō modo memo-
ratos / sed etiā Pythagorā mat̄iā / numeris maxime aut dualitati assi-
milantē: & Empedoclez qui oīa ex quattuor elementis: Zenonē stoi-
cum: q̄ ignis substantiā per aera in aquā conuersam: & in eo quēad-
modū semē in foru cōtentam / a qua cetera posthac gignerent asserē-
bat. similiter & Epicureos singula ex atomis asseuerates / refellit. sed
forte (ut multis visum est) nō tam scite q̄ arroganter / nō in re ipsa / sed
verborū cortice quosdā ex iam dictis Philosophis carpit. Heraclytus
autē materiale principiu / quod Thales aquā dixit mare nominauit.

Opiniões
de princi-
pio effec-
tuo

DIS. Num aut qui in materiali principio dissentiūt in effectiuo cō-
cordant? MAG. Fortasse ip̄a & si nō nomine. nam Thales mun-
dum dei facturū & Deū antiquissimū dicebat. Hunc Stoici verbum /
mentē suę Iouem nomināt. Pythagoras monaden. Anaxagoras di-
uinam animū. Diogenes diuinā rationē. Archilaus mentē. Plato cō-
ditoriū intellectū & eius patrem deum. Alij primam causam. aliqui
primā intelligentiam. Aristoteles autem principem: primum motōrē

PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

& gubernatorē omnium appellat. sed nusquam ab eo mundū factū concedit quoniā eum primo motori coeternum credidit. Præter hos autem fuere alij q̃ plures quorum positiones tanquam obscuriores silentio transimus. DIS. Sed quoniam illorum veritati magis appropinqua ueritas. MAG. Id facile uidebimus si prius Moſen prophetam theologū simul & philosophum de hac re audierimus. DIS. Quid hic ait?

Positio Moſi de rerum principijs & origine.

Capitulum tertium.

MAG.

ambrosi⁹
li. i. hexa.
c. secūdo.
Genes. i.

Psal. 148.

Hierony.

augusti⁹

Psal. 32.

Os es eruditus in omni sapiētia Aegyptiorū: ut ait Ambrosius. Moſes non tñ in pſuatione humane sapiētię: nec in phie ſimulatorijs. disputantibus / sed in ostēſione ſpiritus & veritatis tanq̃ testis diuini opis: ausus est dicere. In principio creauit deus coelū & terram terra autē erat inanis & vacua: & tenebrę erant sup facie abyſſi: & ſpiritus dei ferebatur super aquas. Quid hac aſſertione uerius quā ſpiritus ueritatis edocuit? In principio ingit deus oīm conditor creauit id est de / vel poſt nihil in eſſe prodire iuſſit (nā dixit & facta ſunt) coelū ſc̃z empyreū: q̃d mox creatū angelis eſt repletū. & terrā hoc ē materiā oīm. Sed q̃lis hec fuerit oſtendit dicens. Terra autē erat inanis. & vacua. uel ut alia habet tranſlario: inuiſibilis & incōpoſita. Nō erat em̃ hec prima oīm materies / formis saltē cōpletis & ſpecificis diſtincta: sed cōfuſa & talibus priuata. unde ſubdit. & tenebrę id eſt formas priuationes erant sup facie abyſſi: hoc eſt materię cōfuſe. nā ut teſtatur s. Hieronymus ſup epiſtolā ad Hebręos: informē & p̃iacentē materiā quā greci hylen chaosq̃ uocauerūt: Moſes abyſſū dicit. Sup factam autē dixit & non in abyſſo. priuatio equidē nō eſt de materię ſubſtantiā uel eidē inſima: cum ſit nihil. Materia uero illa & ſi prope nihil non tñ ut Auguſtinus ait libro cōfeſſionū. 12. omnino nihil erat. ideo & de ea dictū eſt. deus creauit terrā. De priuationibus autē quas p tenebras intelligim⁹: nō dicitur create ſunt: sed erāt (ſequit̃) & ſpiritus domini ferebat ſup aquas: q̃d ſupra terrā inane & uacuum / ſimiliter & abyſſum dixit: hica quā appellat. In ſup & in eodē uerborū contextu Moſes totius uniuerſi unitrinū effectiū principiū inſinuat. Patre: cū ait deus. Filiū: cū dicit in principio (Chriſtus em̃ in euangelio ſe p̃cipiū noiauit dicens. Ego ſum principiū q̃ & loquor uobis) Spiritū ſanctū: cum ſubiūgit. & ſpiritus dñi ferebat ſup aquas. Idem etiam regius propheta his uerbis enundat. Verbo domini coeli firmati ſūt & ſpiritu oris ei⁹ omnis uirtus eorū. Audiamus quod ſequitur. Dixit quoq̃ deus fiat lux: id eſt forma: quæ tenebras / hoc eſt priuationes. expellat. & facta eſt lux: q̃a dictū impleuit effectus. Et uidit deus lucē q̃ eſſet bona: nō eſſentialiter ſed p̃icipatiue. oīa em̃ bonitate creatōis p̃cipiant: cuius ut exēplata exēplari imaginē gerunt. Et diuiſie

aa iij.

LIBER OCTAVVS DE

lucem a tenebris. nō em̄ simul esse possunt forma & eius priuatio. Appellauitq; lucem diē: id est cōpositū quod a forma denotatiōem accipit. & tenebras noctē: id est materiā priuatiōibus formatū obfuscatam. Factūq; est vespere & manes: id est ex potētia & actu materia scz & forma. Dies nō primus: quia ibi ordo nō attenditur: sed unus id est cōpositum qd per se unitas necessario comitat̄. Ex his autē q sequitur in libro Geneseos elementorū distinctiō/natura & ordo colligitur & ex his mixtorū origines (quas sextuplici differentia post hęc enodabimus) nō sine velamine insinuantur. de quibus ad præsens (pro epitomatis nostri lege) silendū existimo: ne in igne rephēsiōis incalcant fortius: qui etiam dicta calumniari haud desinent. Tum quia expositiō non singulis eo locutionis genere quo nutriti sunt: videat̄ appropriatē cōuenire. tum etiā quia sacrorū eloquiorū sentētiās mytico sensu pgnates: philosophicis narrationibus immiscuerim: quibus nō ego: sed diuus Augustinus in duodecimo confessionū libro ac deinceps satisfacies. ad reliqua pergamus.

Augusti

De concordia dictarū opiniōnū. Capi. iij. DIS.

Opinio/
num con
cordia.

D quę pergis? **MAG.** Ad cōcordandas p̄memoratas phōz de reū principijs sentētiās: nō em̄ ideo existimādi sunt inter se plū cōtrarij in materiali reū principio: quia legimus Materiā omniū ab alijs ignē/ aerē/ aquā/ chaos/ infinitudinē/ sinū in formē & ceteris q cōmemorata sunt noībus appellatā: cū & ipsam a diuino phō nūc terrā inanē: nūc abyssum: nūc vero aquā cōstet esse nūcupatā: q em̄ in potētia erat ad omniū formas/ nimirū singulorū noībus potuit noīari. Conuenientius autē his quibus informatē cōfusiōnē aut fluxibilitatē ipsius intelligimus: ut sunt terra inanis/ abyssus & aq quę Moses cōmemorat. Quid em̄ terra inani (q & elementorū infinitum & sex censet) difformius? Quid abyssus infinita confusius? Quid deniq; aquis oculo corporali videtur fluxibilis? Et rursus terra dicē: quia materiā dat formę fusiōnē. Abyssus: quia recipit a forma distinctiōnē. Aqua verō: quia ad formā appetitū habet: & continuā fluxibilitēq; tendentiā. Nec in effectiuo principio diuersitas nominum opiniōnū arguit diuersitatē: sed hoc: alijs diuinū intellectū/ alijs diuinā mentē: alijs conditorē intellectū: alius primā causam: & si quę sunt talia nomināt. Moses autē & Ioannes euangelista principij. Deū spiritū/ verbū/ alpha & o: & innumeris alijs noībus appellant: ut insinuarent ipm̄ innoīabile. & non modo noīa q ab intellectu inponunt verū etiā intellectū & omne quod noīari potestoge sup̄gredi de quibz hic nō est differendi locus. ad ppositū redeamus. At verō formale reū principij quod Moses lucē appellare voluit. Plato & Aristoteles actū formā & speciē noīabant: nec aliq tale principium negaure: qui ex una materiā singula constitui asserēbāt. Non em̄ sunt singula: nisi

Augusti

Augu. li.
soliloqui/
orū. ca. 31.

Apora

PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

quia singulis formis actiua sunt & discretæ: quæ in materia erant cõfusa. Illud autẽ quod Moses tenebras Aristoteles vero priuationem dixit: alij expõssio vocabulo designare nõ curauerũt. eo q̃ essentialẽ rei cõpositionẽ minime ingrediat: necessarium tñ est: nisi em materia careret forma: ipsam nõ appeteret: nec p̃ eiusdẽ introductione agens motum cõcitaret. nõ em q̃ habemus: sed quibus caremus appetim⁹ & ut ea habeamus diuersis modis utimur.

Epilogus dictorum numerũ & conditiones principiorum enumerans. Capitulum. v. DIS

Volita principia rerũ astruĩs: materiã & formã: e quibus tota earũdẽ substantia intrinseca cõpositione cõsistit: quorũ primũ dicitur nõ p̃ agẽs creatum: sed verbo creatoris exordiu sumpsisse referaris: alterũ vero dictis motu interueniente p̃ actionẽ nature de potentia materia educi. Priuationẽ autẽ ut motus fiat aĩs necessario concurrere: substantiã tñ cõpositũ minime ingredi: cum nihil sit. MAG. Scite ex dictis tria rerum principia cõcludis. Materiã sc̃q̃ formã & priuationẽ. Hæc cum prima sint ex alijs nõ fiunt: nec ex alterutris cõstituntur: sed omnia alia ex ipsis. Formã autẽ de potentia materie educi dicim⁹: nõ quia aliquid ipsius in sinu materie lateat: sed quia sine materia tali ut subiecto agens naturale eã nõ p̃duceret. Rursum ex his q̃dam sunt cõtraria: quia in eodẽ se cõpati nõ possunt: & sunt forma & priuatio. Forma vero & materia ex quibus est totum cõtrariari non possunt. DIS. Verissima quidem hæc sunt. si em principiorũ essent principia iam ipsa nõ prima principia: sed essent principiata. Et nisi q̃dam essent contraria: inter ea motus nõ fieret: si vero oĩa essent opposita cõpositũ substantiã nõ integrarent. Sed de his singillatim disserere non erit inutile.

De principio effectiuo non facto: & mundi æternitate. Capitulum. vi. MAG.

Mnes qui suo tempore irrefragabilis auctoritatis fuere philosophi: principiu effectiuum primũ: unũ atq̃ ingenitũ crediderunt. si em factũ genitũ uẽ esset: ab alio utiq̃ priore esset q̃ propter iam primũ nõ esset: sed p̃cederet illud a quo esse suum haberet. Ab illo igit̃ primo & ingenito principio Plato mundũ & q̃ in mundo sunt ṽsibilia & inuisibilia facta meminit. Idem testat̃ Moses ut paulo ante dictum est & euangelista Ioannes. Omnia inq̃ p̃ ipm facta sunt: facta quidem nõ necessitate nature (ut habet philosophica traditio) sed libera: & incõmutabili voluntate: ut probat catholica sanctorũ patrũ assertio dicente psalmista. Omnia q̃cumq̃ voluit dñs fecit in celo & in terra. q̃ autẽ Aristoteles mundum ingenitum & incorruptibilem esse dixit: hui⁹ possimũ innixus argumento: quia motus & tempus

Tria rerũ naturalium principia

Priuatio

principia contraria

LIBER OCTAVVS DE

Positio - Aristote-
lica. line quibus generatio & corruptio mundi nō fieret: eterna fuere &c.
nihil euidenter concludit. Successio equidem que in motu est quem
tempus mēsurat: aperre arguit motū & tempus & quæ mouent eter-
na nō esse: cū eternitas sit actū simul id quod esse potest. Facit ad idem
quod beatus Augustinus de ciuitate dei. li. iij. ca. scribit his verbis. Ex
ceptis inquit pphetiis vocibus mundus ipse ordinatissima sua mu-
tabilitate & mobilitate & visibilitū omniū pulcherrima specie qdāmō
factus & factum se esse: & nō nisi a deo ineffabiliter ac inuisibiliter ma-
gno & pulchro fieri se potuisse pclamat. & infra ca. vi. Proculdubio
inquit non est mundus factus in tempore: sed cum tempore. Multa
etiam de hac re idem sanctus pater li. xij. confessionum disseruit. Re-
fractionē vero mundi per circuitus (ut quidam voluerunt) ipse idem
doctissimus vir libro. xij. de ciuitate diuerso medio refellit. Sed hæc
interim. Ad materiale principium sermonem vertamus. Et q̄ inanes
atq̄ pueriles sint alię Aristotelis rationes de eternitate mundi ut ma-
nifestum breuitatis gratia transcamus.

August.

**Declaratio definitionis materie primę: & quomodo
intelligitur esse ingenerabilis & incorruptibilis: crea-
bilis autē & annihilabilis. Capitulū. vii. DIS.**

Materia Ateria quid est? MAG. Primū subiectum unicuiq̄ ex quo
fit aliquid: cū insit p se: & nō scdm accidens: & si aliquid corru-
pitur: in hoc abibit ultimū. DIS. Partes dilucidatione egē

Primum MAG. Materia est primū subiectum: quia nullū ea prius: ut visum
est. vel primū hoc est principale: unicuiq̄: sc̄ rei generabili & corrup-
tibili. subiectum dico nō in quo totum cōpositū subiectatur: sed ex
quo fit aliquid: id est cōpositum: cum insit q̄ cōposito p se: & id est nō
scdm accidens: quēadmodum priuatio: quę & si sit p se terminus mo-
tus p quē cōpositum generat: cōpositū in substantiā nō ingredit̄. Et si
aliquid sc̄ cōpositum vel generatū corrumpit̄ id est in sua principia
resoluitur: id abibit ultimū id est finaliter in ultima resolutione in hoc
sc̄ subiectum. Eadē em̄ sunt principia resolutionis q̄ & compositionis.

Vnde omni & substantiali & accidentali forma sublata: ultimo rema-
nere materiā primā necesse est: quā & intellectus taliter negatiue vi-
det: dum corpus aliquod incorporee & sine forma intelligit. Hęc peri-
patetici & qui mundum ingentū volunt: similiter & ingentā & incor-
ruptibilem austruunt. Si em̄ aiunt materia prima fieret: vel ex se utiq̄
vel ex alia esset: cū ex nihilo nihil fieri possit: nō autē ex se fit: quia esset
anteq̄ fieret: nec ex alia: cum ita prima nō esset. idem argumentū ad p
bandā ei⁹ incorruptibilitatē assumunt. Sed Moses & qui eum sequun-
tur doctores catholici: materiā nō ex se: nec ex alia sed ex nihilo: id est
post nihil: vel nō ex aliquo a deo creatam in principio constāter affir-
māt: qui & eandē si uellet non quidem corrumperet (quia cōposita

Aug⁹ li. 2.
confessionū
anshelm⁹
libro 110.
nologis
capi. viij.

PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

non est) sed penitus annihilaret. Quod vero vulgatum gentilium principium assumitur. Ex nihilo nihil fit. locum habet in potētia creatura: non in creatore: qui solus potest res creare. ut testatur Augustinus libro. iij. de trinitate. Ignoravit hoc vas eloquentiæ Cicero de natura deorū disputans: qui materia p̄fuisse opationi diuinę attestatus est.

Ex nihilo
nihil fit

Si materia prima fuerit/ aut possit aliquando esse sine forma/ & si omnia creata ex materia sint composita/ & si cœli & terre sit eadem materia. Capitulum. viij. MAG.

Ed plurimā difficultatem apud nonnullos ex nostris habere videtur: si materia formis possit esse priuata? Cum enī actus/ si ne actu qui forma est/ nihil omnino esse possit materia priuata formis quomodo actu erit? Huius argumentationis nodulus facile quidem dissoluetur si actum duplicē discernere nouerimus: quorū primus est entitatiuus: quo scz unūquodq; (quā ens est) in uniuersitate existentium subsistit. Tali actu materia prima informis/ de qua & mundum factū constat: anteq; formaretur & distingueretur (facta utiq; erat) subsistebat quē & si ppe nihil erat: ut ait Augustinus libro confessionum: quoniam adhuc omnino informis erat: non tamē omnino nihil erat: cum esset quod formari poterat: formari autem quod non est: non potest. Secundus actus est formalis/ completus & spe

act⁹ enti/
ratiuus
materia ē
informis

diffinitus a forma specifica. quale est rationale hominis ab anima in reflectiua. Illo materia prima actuata non erat: quia inanis vacua: & informis erat. DIS. Non erit itaq; impossibile aliquid sine forma esse. MAG. Augustinus hoc videtur affirmare: dicens. esse utiq; aliquid non formatum potest. Hoc autem de forma absoluta accipiendum est: nam & in materia nuda adhuc forma esset respectiua: relatio scilicet qua ut creatura ad deum refertur: sed hæc quoq; materię est eadem. Similiter & aptitudinalis extensibilitas: quam commentator Auerrois dimensionem interminatā vocat. Actuale autē extensionem dimensionem terminatā dicit: sed hæc cum sit trina dimensio: quantitas est & realiter a materia diuersa. dimensio autem interminata est materię cogua. DIS. Materia igitur prior forma erat.

actus for/
malis

MAG. Prior erat aīdem/ non tempore: sed origine. sicut sonus cantu. Ipsam autem & tempore a formis denudari: & in actu primo (quem entitatiuum dicimus) posse subsistere per diuinam potētiā ex dictis manifestum est: & demonstrari posset amplius. Sed hæc relinquentes: alia transcurramus: magnorum equidem opiniones de his videntur diuersæ. Sunt enim qui materiam hāc in principio sub quadam forma generali perstitisse volunt. DISCI. Omnia ne circa hac participant? MAGISTER. Minime. Substantiæ namq; incorporæ (quas intelligentias/ angelos/ demones animalq; rationales dicimus) ex materia nō sunt: nec tamen omnino simplices sunt

Materia
prior for/
ma

Hugo de his videntur diuersæ. Sunt enim qui materiam hāc in principio sub quadam forma generali perstitisse volunt. DISCI. Omnia ne circa hac participant? MAGISTER. Minime. Substantiæ namq; incorporæ (quas intelligentias/ angelos/ demones animalq; rationales dicimus) ex materia nō sunt: nec tamen omnino simplices sunt

substantiæ
immateriales

LIBER OCTAVVS DE

(quod soli deo competit) sed ex realitatibus duabus constat: quarum una est ut potentia/altera ut forma. hæc autem compositio non p[re]sens/sed metaphysicè considerationis est. Accidentia quoq[ue] eod[em] genere simplicitatis continent[ur]. Sola aut[em] substantia corporea ex materia est composita: nec ex alia cœlū & ex alia terra/sed eadem informitas per inuisibilē terrā insinuat[ur] unde fieret cœlū. ut ait Augustinus. & terra visibilis atq[ue] composita & aqua speciosa/& quidquid deinceps in cōstitutione huius mundi non sine diebus factum cōmemoratur.

De Forma. Capitulum nonum. DIS.

Forma f. Orm[en] aut[em] quā affers definitionē? MAG. Formā quā exēplū/speciē/ratiōē & actū dicunt: varie definitā inuenio. Vnde ait qui sex principia describit. Forma est compositioni contingens: simplici acinuariabili essentia consistens. Contingens quidē est compositioni: non quia ex alijs integratur/sed quia materiē in cōpositione totius unitur. Simplex autem dicitur: quia ex alijs non cōponitur nec in alia resoluitur: nec addita subiecto maius facit. Inuariabilis autem est in latitudine sua quam nō transit/sed intra terminos illius per gradus indiuiduales variatur/intenditur & remittitur. Habet enim forma graduū latitudinem/ex quor[um] uniformi & difformi configuratione nōnulla quædam secretiora naturæ inuestigantur. præcipue vero in accidentalibus. ut partim videre est in libro de uniformitate & difformitate formar[um]. DIS. Hæc alio loco & tēpore expectam: nunc reliquas formę descriptiones adducas. MAG. Forma est q[uo]d diuinū optimū & appetibile. Diuinū quoddā dicitur forma: est sic participata similitudo vel imago dei/dans esse composito: per q[uo]d seip[su]m ut potest deo assimilat: clarius quidē in homine/obscurius in lapide/mediocriter aut[em] in animalibus & plantis. Optimū v[er]o est non simpliciter/sed inter res principia. Priuatio enim nihil est omnino: & materia pro se nihil: quę p[er] appetitū formę habēdæ in continuū cōpositū machinat[ur] maleficu[m]. Vnde & forma est ens a materia appetibile: nā ipsam materia ut femina virū/turpe bonū & q[uo]dcunq[ue] imperfectū sui perfectionē appetit: appetit[ur] non q[uo]dem rationali aut animali/sed naturali. Alia subiungenda est descriptio formæ & substantiālē & accidentalē complicans. DIS. Quæ? MAG. Forma est quæ dat esse rei. esse quidē substantiale/si forma fuerit substantialis. ut anima hominis. aut accidentale/si forma sit accidentalis. ut albedo albo. Verumtamen Forma quæ inter principia rerum naturalium cōnumera ta est/accidentalem non cōprehendit. Materia enim & forma ex quibus naturales res fiunt/substantię sunt: nō accidentia: nec tamē per se & directe sed reductiue in genere substantię ordinabiles. De formis ali qua in sequētib[us] tractābimus. nunc Priuationem discutiāmus.

De Priuatione. Capitulum decimū. DIS.

LIBER OCTAVVS DE

Augusti.
anhelm⁹
magr sen

Priuationē definias. MAG. Priuatio cū nihil sit nec differentiā habet: & ideo definiri nequit. Priuationē vero nullam rem esse Augustinus contra Manicheos affirmat dicens. Non em̄ tenebrę aliquid sunt: sed ipsa lucis absentia. sicut silentiū non aliqua res est: sed ubi sonus nō est: silentiū dicit̄. Conuenienter ergo priuatio describitur. Priuatio est carentia formę alicuius cū aptitudi-
ne materię ad ipsam. Primū patet de silentio quod absentia seu carentia soni est. Vltimū vero necessario additur. nisi em̄ materia nata esset recipere formam: cuius carentiā habet: ea nullatenus careret. nō em̄ alius carere dicitur ratione quā ex primordiali sui conditione aptus non est recipere. sic nec lapidem cecum audemus affirmare. **DIS.** Priuatio itaq; non est materia. MAG. Non utiq; hęc enim non alia qua res est: materia autē nō omnino nihil est: unde & in aduentu formę priuatio eiisdē amplius non est: sed materia recipiens formā est de q̄ priuatio ita negatur: quę rursus forma separata de eadem affirmatur. cum em̄ nihil sit ad introductionē formę nō corrumpitur nec ad separationē eius pducitur. **DIS.** Sed quomodo fieri potest: ut materia quę actu contrarijs priuata est formis earundem in se habeat priuationes p̄ni foras se formarū contrariarū priuationes cōtrarię non sint. MAG. Quinimo priuationes eodē modo opponunt̄. priuatiue quo & formę (quarū priuationes sunt) opponuntur positivę. Si cut autē solę formę immediate contrarię. simul in eodē subiecto se nō cōpatiuntur: sed eidem vicissim insunt: nec his ambabus simul caret sic nec ambarū priuationes (quę eodē genere priuatiue opponuntur) simul recipit. Hęc autē de priuatione formaliter dicta accipienda sunt. fundamentaliter em̄ priuatio a materia priuata nō distinguitur. Nō nulla etiā libro secundo supra tractatu de Categorijs de priuatione differuim⁹. Superest ut in sequētib; res naturales quarū principia vi dimus: pro modulo epitomatis nōstri transcurramus.

Priuatio

priuationes
contrarie
simul ma-
terię inesse
nō possunt

De Re naturali & natura. Capitulum. ij. **DIS.**

Res naturales intelligo quę ex principijs naturalibus: materia videlicet & forma naturali existunt. ut lapis: arbor: & his similia. MAG. Optime. Materia namq; & formę naturę sunt: ex his igitur cōposita nō ab re naturalia dici possunt. **DIS.** Natura quid est? MAG. Naturā esse manifestū est. nec demonstrat: sed rationaliter definitur. Natura est principiū & causā motus & quietis eius in quo est primū: per se & nō secundum accidens. **DIS.** Definitionis partes facias clariores. MAG. Natura principiū est primū id est principale & immediatū. Nam & si q̄litates ad motū & quietē cōcurrāt nō tñ immediate & principaliter: sed ut instrumenta. ideo nō entia naturalia aut naturā habentia: sed entia scđm naturā sunt: quia accidunt enti habenti naturā. Sequitur (&) pro id est causā (ut idē noīe principij & causę intelligas) motus & quietis: q̄ eidē insunt (eius) scz cōposita

Res natu-
rales.

Natura

Entia scđm
dū naturā

LIBER OCTAVVS DE

ei in quo natura est p se. accidit em artificiali bo inquantū talia ut mouē
antur ab ea q̄ est in ipsis natura. ut cū statua cadit: accidit ei q̄ sit lignea
aut lapidea. Excludunt etiā hic causē p accidens: quibus etiā cōnu/
merant casus & fortuna. q̄ vero additur (& nō scdm accidens) artes
excludit: q̄ q̄ncq; principia sunt motus subiectū in q̄ sunt: nō autē p se
sed accidentaliter. Accidit em sanandi seipsum ut sit medicus: cū ab alio
sanari possit. Natura igitur principiu est & causa mot⁹ & quietis &c.
id est natura est id p quod res in qua est inclinā ad receptionē mot⁹
vel quietis aut formē alterius. Res em naturalis eadē natura p quā est
nata est recipere omnes passiones huiusmodi naturā consequentes.
Forma autē quia nō tm inclinā ad has: sed etiā actiue concurrir: ideo
a phisicis dicitur magis natura esse: eo q̄ ratio principiandi formē p/
fectior sit q̄ ratio principiandi materiē. utraq; tm in genere principij
passiui concurrunt. Principiū vero actiuū motus & quietis cuiuslibet
non semper est intrinsecum. ut infra parebit.

Forma est
magis na
tura.

De generibus causarum Capitulum. xij. DIS:

natura est
principiū
passiuum

Causa
Intrinseca
extrinseca

Efficiens
principalis
instrumē
ralis.
Intrinsecū

N explanatione definitionis / causarū diuersitatē insinuare vi/
deris: cū aliā p se: aliā vero p accidens distinguas. ne igitur gra
ueris de his latus tractare. MAG. Principiū in definitione na
ture p passiuo nō actiuo accipiendū esse ostensum est: ne naturā non
causam p se: sed p accidens dicamus. mobili nāq; in eo q̄ mouet ac
cidit habere in se principiū sui mot⁹. sicut medico sanati seipsum: acci
dit habere in se suę sanationis principiū: inclinari autē ad motū & ad for
mā inducendā p se inest mobili. Causa autē generale nomē est: intrin
secū & extrinsecū principiū cōplectēs. Est em causa ad cuius esse sequi
tur aliud ut ad esse solis sequitur lumē. DIS. Causa intrinseca q̄ est?
MAG. Illa ex qua cōpositi substantia integrat. ut sunt materia &
forma. de quibus supra. DIS. Extrinseca q̄ est? MAG. Q uę ad
rei constitutionem cōducit: sed substantię eius pars nō est. ut sunt effi
ciens & finis. DIS. Efficientē quā dicis? MA. Eam a qua primo
fit motus: & hęc quidē principalis est. ut domifactor. Q uę vero mo
ta mouet / instrumēralis dicitur. ut securis mora a domifactor. Rursus
autē efficiētū quoddā intra substantiā eius qd efficit cōtinetur: & ra
tio seminalis nonnunq; appellari solet. Et est vis insita rebus ex simi/
libus similia pcreans. ut vis granī reducēs ipm in arborē. De hac aut
eo loco quo de plantis agemus enucleatius disserendū erit. Hęc non
nulli inchoationē formę pducendę astruunt: ut ex ea operatione na
ture / forma pficiat: sed an forma uniuersalis aut particularis cēsenda
sit nec ne disputāt. Q ui vero inchoationē formę in materia non
admittit / rationē seminale qualitātē / formā feminis cōcomitantē: &
ad formā generandā dispositiue agentem esse dicunt: nec illam: nec
feminis formam actione nature in formā generandā cōuertī astru

Bonaue
tura li. 2.
distin. 18.
Schoia
libro. 2.

PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

unt: sed potius abijciendam esse affirmāt. Aliud efficiens extra substantiam eius quod operatur existit. ut celorum influxus: & rerum artifices. qui cum secundum intellectum & voluntatem agunt cause exemplares possunt appellari. In mente enim artificis sunt exemplaria eorum quae producta in exteriori materia. Cum vero semper materia una a prior sit alia in nulla exemplaris forma fingi potest sicuti est in artificis anima: sed manet similitudo & imago eius quae est veritas in mente. Est igitur forma rei in anima artificis archetypa & veritas: & dum in potentia ad actum deducitur motus est: in materia autem iam producta est similiter & imago. Has rerum formas in mente divina ideas dicunt. Sunt autem ideas (ut ait divus Augustinus libro octoginta tertio questionum. q. 46) formae eterne & immutabiles in mente divina. Et ut asserit Schottius li. i. dist. 3. Sunt res obiective cognitae ab intellectu divino. **DI.** Ideas cum sint eterne: non nisi deus esse possunt: quia plura eterna non sunt: & omnium rerum sunt: quia omnia a deo obiective cognita sunt. **MA.** Sane hoc enim testatur evangelista Ioannes dicens. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil: quod est in ipso vita erat: quod autem in deo vita est utique deus est. Ideas itaque in deo & si plures sunt (alia enim ratione ut ait Augustinus conditus est homo alia equus) omnes tamen unus deus sunt. Hoc expressius libro sexto de trinitate cap. ultimo edocuit dicens. Primus ac summus intellectus est ars quaedam omnipotentis atque sapientis dei plena omnium rationum vivens incommutabilis: & omnes unum in ea: sicut ipsa unum de uno cum quo unum est libro soliloquiorum cap. 31. Tu es deus meus & dominus omnium quae creasti: & apud te omnium stabilium sunt cause: & omnium mutabilium apud te immutabiles manent origines: & omnium rationalium & irrationalium atque temporalium sempiternae vivunt rationes. Vnde & divus Boetius libro tertio de consolatione in libro nono. tu cum cetera superno Ducis ab exemplo: pulchrum pulcherrimus ipse mundum/mente gerens similique imagine formans. Sed quorsum sermo noster defluxit/prima rudimenta philosophiae perquirentes: ad arcanam quaedam theologiae ascendimus. **DIS.** Ad instituta ergo regradiamur.

De Causa finali: & causarum coincidentia. Capitalum. xij. **MAG.**

Ocasione efficientis extrinseci nonnulla de forma exemplari tractavimus: restat ut secundum praemissa extrinsecae cause partitione de fine differamus. **DIS.** Finis quid est? **MAG.** Duplex est scilicet finis gratia cuius: & finis quo primus est gratia cuius alia sunt: ideo etiam causa causarum dicitur: & ab ipsa primo efficiens ad operandum movetur: motu quidem metaphorico & intentionali: quia scilicet ab efficiente desideratur, reali autem motu movere non

PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

potest: quia frequenter in re realiter nondū est: sed solum in intellectu & voluntate. Dicitur tamen causa realis denotatione extrinseca quia effectus realis est ad quem appetendum mouet appetitum: & spiri-
tualiter inclinatur. Ethic est finis generationis. Secundus finis est quo ad primum peruenitur. ut virtutibus beatitudo attingitur: & euacuatio / ne nociui humoris sanitas reparatur. In naturalibus etiā sepius con-
tingit: finem primum cum forma & efficiente coincidere. In numero quidem: ut anima petri: finis est generationis petri: & forma eiusdē. In specie autem: ut forma ignis a. efficiens est formę ignis b. & hæc fi-
nis est generationis ignis b. Formę autem ignis a & ignis b. eiusdem speciei sunt. Et deus dictarum causarum causalitatem complicat. Est enim tricausalis. Efficiens: omnia ex nihilo pducens. Formalis quia exemplar est omnium formas in se continens. Et finalis: in quē om-
nia tendunt. Materię autem causalitatem quę est pati / nō supplet: nec actione phisica efficiens cuius causalitas est agere cum materia coin-
cidit: immo materia nec in specie: nec in numero cum alijs causis co-
incidere potest.

**De causa uniuersali & particulari complexa &
incōplexa per se & per accidens in actu & in
potentia. Capitulum. xiiij. MAG.**

Causa
uniuersal'
particula-
ris cōple-
xa incom-
plexa p se

Reiter has autem quas diximus alię sunt causarum diuisiones.
p DIS. Q. uę. MAG. Causarum quedam est uniuersalis
ut sol homo. quędam particularis. ut hic homo. Et rursus cau-
sarum quędam est complexa. ut petrus scriptor. quędā incōplexa
ut scriptor. Et amplius causarum: quędam est per se causa: quę scilicet /
certēdū propriam naturā & non per aliud sibi accidens causat: cum
quo unum per accidens constituat. ut ignis generat calorem in aqua

p' accides

DIS. Num ignis calorem in aqua per sibi accidentem caliditatem
producit? MAG. producit. Sed caliditas ignis cū igne non unū per
accidens constituit: nō em̄ se habent ut determinatio & determinabi-
le quemadmodum paries albus. Causa per accidens per oppositum
manifesta est. ut musicus scriptor. Accidit em̄ scribenti librū ut lit mu-
sicus. Inter has etiā casum & fortunā infinitasq; alias nominare pos-
sumus. Infinita ienim sunt quę unicuiq; accidunt: non simpliciter &
in eodem genere. In quolibet enim causarum genere status est. ut di-
citur secundo methaphisice. Rursus autē quęlibet harum siue uniuers-
salium / particularium / cōplexarum / incōplexarum / per se vel per acci-
dens: duplex est scilicet in actu & in potentia. DIS. Causam in actu
quam dicis? MAG. Q. uę actu effectū causat. ut scriptor actu feri-
bens. Et hæc simul est & nō est cum suo effectū: nō quidem iam com-
pletus: sed in fieri actuali constituto. Idem tamen de fundamentis & re-
lationibus verificari potest. DIS. Causa in potentia q̄ est? MA.

Causa in
actu.

In poten-
tia.

Aristot.

DE PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

Quæ cum actu sit nihil causari: causandi tamen potentiam habet. ut scriptor dormiens: vel q̄ actu esse nō habet: possibilis in est ad esse & causare: ut antichristus causa est in potentia futurę persecutionis ecclesię.

Si unius effectus plures p se cause: aut unius cause plures effectus possint esse. de causarum cōnexionē & causandi necessitate. Et quomodo cause sibi inuicem sunt cause. Capitulum. xv. DIS.

Reverea v̄to quæ dicta sunt de causis / aliud me mouet forasse p sciri nō indignū. Est autē ut breuibus edicā: si unius effectus plures per se cause esse possint. MAG. Recte arbitris hoc scitu nō indignū: eo nāq̄ cōgnito nō minime in philosophia questionēs patebunt. DIS. Tu ergo quid sentiendū sit edicito. MAG. Vniuscuiusq̄ quod creaturę nomine censetur plures esse p se causas generum diuersorū facile declarabitur. nulla em creatura a seipsa est nulla em omnino res est (ut ait diuus Augustinus libro primo de trinitate) quę se ipsam gignat ut sit. omnis igitur causam efficientē habet. Rursus autē teste Boetio in omni eo quod est circa primū / est hoc & hoc id est quod est & quo est potentia & actus. primū rationē materię alterum vero rationem forme habet. Eius autem quod factum est utiq̄ aliquis finis est. Sumus em & nos quodāmodo finis omniū dicit Philosophus. Cuiuslibet igit effectus quattuor causas esse alio loco affirmat. DIS. Intelligo. Sed cur dicis generū diuersorum?

MAG. Nam quanto methaphisicę concluditur unius effectus plures cause unius generis esse nō possunt nisi sint essentialiter sub ordinatę aut partiales. Exemplum primi est. Sol & homo generant hominem. Sol quidē ut causa uniuersalis: homo vero ut particularis / uniuersali subordinata: ambę tamen in genere efficiendis. Exemplum secundū. motus ipsius nauis / partiales cause possunt esse decem homines: aut equi trahētes. Sic visionis videns & visibile. Intellectionis intellectus & intelligibile. Sed in his forasse potentia animę est causa principior: de quibus in sequētibz. DIS. Cause essentialiter sub ordinatę q̄ sunt? MAG. Quarū secūda in causādo dependet a prima in cuius virtute agit. Prima autē ut dicit prima ppositio libro causarum plus in effectū influit q̄ secūda. ut sol & homo. In his em quoniam create sunt: prima quantum ad intimitatē plus influit: ad formam autem effectus nō potest deuenire nisi per formā agentis proximi & quantum ad hoc minus influit. Cum vero secūda nō dependet a prima in causādo (& si in essendo) cause accidentaliter subordinant. ut auus & pater petri. nam & si pater petri esse habeat ab auo petri in generatione: tamen esse petri ab auo nō dependet: cum ipsum generare postea uo premortuo. In essentialibus autē philosophi causandi neces

unius effectus plures p se cause p se generū diuersorum

unius effectus eiusdem generis nō pnt esse plures cause

Cause essentialiter subordinatę

accidentaliter subordinatę

b b

LIBER OCTAVVS DE

*unū est cā
diuersorū*
 Citatem ex earundem conexione posuerunt: ita ut in secūda agente &
 prima necessario agat. Ex q̄ sequitur effectū causę naturalis simplici
 esse necessariū: talis autē destructio causa eius destrueretur: ita causa pri/
 ma nō esset oīno independens & destrui posset: quod dicere quis au/
 debet: dicendum igitur: primā causam causare cōtingenter. Causa igitur
 secunda a prima cōtingenter est: necessario autē causat si sit natu/
 ralis: nō autē si fuerit voluntaria. Voluntas em̄ in actione sua est li/
 bera. Sed hæc alterius sunt speculationis. Quæ ad p̄sens attinent ter/
 minemur. Sicut em̄ unius effectus plures causas esse ex dictis mani/
 festum est: sic unius causę plures & diuersi effectus: diuersa tñ ratione
 reperiuntur. Nauta em̄ quī sua p̄sentia causa est salutis, nauis: absentia
 sui causa est periditationis nauis. Similiter & sol lutum indurat: & ce/
 ram dissoluit. Sed hæc diuersitas rationis in materia nō in sole est re/
 quirenda. Nonnunq̄ etiā causę sibi inuicem causę sunt, ut laboris: qui
 causa effectiua est sanitatis: ipsa quoq̄ sanitas est causa finalis. Omni/
 um autē effectūz causas in unius summi dei voluntatē ut causam pri/
 mā reducere Augustinus in trinitate libro tertio nō obscuro exem/
 plo declarat. Omnium em̄ deus causa est imediata, quēdā tñ causat cū
 alia particulari causa: nō ex indigentia sed liberalitate summa: quę re/
 bus nō modo esse dedit: sed operationem indidit.

Aug⁹. c. 3
 & quanto

De casu & fortuna secundum opinionem genti/ litatis. Capitulum. xvi. DIS.

*descriptio
fortune*
 Inter causas per accidens casum & fortunam dum numerates
 patula aure ausculabam. multam nanq̄ vulgus his tribuit
 causalitatem: verebar autē: quia ad alia festinas, ne harum tra/
 ctatum preterites. MAG. Plurima pretere rite necesse est: nō em̄ pre/
 sentis disceptationis est omnia limare excoquere. Has autem causas
 casum dico & fortunam non oportet silentio transire: cū quias cō/
 tingit damnabiliter errare. Vnde quondam Romani fortunam diui/
 num quoddam numen existimabant: quod pro libitu suo / hominū
 meritis non consideratis: alijs bonatalijs, vero mala largiretur. Ad
 quod designandum / simulachrum eius in specie muliebri in medio
 rotę quasi eam verteret continue constituebant: cuius facies dextera
 lucida / sinistra obscura: utraq̄ vero ceca apparebat: quia splendidi
 sunt quos fouet: obscuri autem quos persequitur. Cęcitās vero indif/
 ferentiā eius designabat ad honos & malos. Similiter quia eos quos
 fouet excecāt. Huius autē prodigij mutabilitatē rota volubili ostēda/
 bant: cuius qui summā tenerat cę, p̄sperisq̄ fructu successibus mox in
 opinato casu ad ima delicē. Rursus autē q̄ in imo cōsistebat ex oppo/
 sita rotę p̄e locū celsitudinis cōscēdit. Quę & si cō ordinē in mortalium
 actibus quænant: impium tñ & fidei nostrę inimicū: principijs etiam
 philosophicis omnino contrarium est ea alicui: preterq̄ providentię.

PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM



b5 n

LIBER OCTAVVS DE

diuine ascribere: quę iustis occultisq; iudicijs secunda & aduersa cō-
municat pro ut voluerit. quod Augustinus in de ciuitate per multos
libros: & Boetius in de consolatu philosophico latissime ostendunt. De
cultura vero fortunę a romanis. Augustinus de ciuitate del libro quar-
to capitulo. 18. & nono differit. Colebant em̄ fortunā publicam: quę
sem publicam defenderet. Fortunam vinilem & muliebrē: ut est apud
Ouidium de fastis li. 4. & li. tertio de tristibus. Nempe dat & quodcū-
q; libet fortuna rapitq; Cyrus & est subito qui modo Cresus erat. &
libro quinto. Passibus ambiguis fortuna volubilis errat: Et manet in
nullo certa tenaxq; loco: sed modo leta venit/ vultus modo sumit acer
bōs: Et tantū conitans in leuitate sua est. & Boetius de cōsolatione li/
bro secundo prola secunda. Hunc cōtinuū ludū agimus: rotā volubili
orbe verſamus. Infima summis/ summa infimis imurare gaudem⁹.

Augusti.
Boeti. li. 5

Ouidius

De casu & fortuna secundum opinionē philoso- phorum. Capitulum. xvij. DIS.

On ingrata fuit hæc narratio vanitatis gentilium. Sed quid
philosophi de his senserint quæſo edicto. MAG. Philoso-
phus libro. ij. naturalis philosophię. Casum & fortunā volens
definire: præter eas quę in superioribus digessimus: causarū partiti-
ones alias & gentium & effectuum adducit. Quarū partitionum pri-
ma hæc est. Agentium quędem agunt scđm. propositum & delibera-
tionem. ut homines rationis compotes. quędam vero nō agunt a p/
posito. ut infantes: bruta & inanimata. Effectuū autē quidā sunt sem-
per. ut solis ortus & occasus. quidam frequenter. ut calor in estate: &
frigus in hyeme. quidam extra semp & frequenter/ siue raro contin-
gunt. ut inuentio thesauri. Amplius eorū q̄ sunt quędā sunt ppter
finem determinatū. ut fossio sepulchri propter sepelire mortuum: &
quędam alia non intenta annectuntur illis: & accidunt. Ex his defini-
tio fortune: manifesta erit: qua dicitur. Fortuna est causa p accidens
eorū quę sūt propter hoc in his q̄ agunt scđm. ppositum extra semp
& frequenter. Similiter & descriptio casus parebit qua dicit. Casus est
causa p accidens eorū q̄ sunt ppter hoc in nō habentibus ppositū ex-
tra semp & frequenter. DIS. Exempla horū adiungas. MA. Ex
emplū fortunę est in eo qui ad sepeliendū mortuū sepulchrū fodit: &
fodiēdo inopinatū thesaurū reperit. Exemplū casus est. Si equus fra-
bulū repetens saluat a lupo: & tripodā deorsum cadens apta sedes effi-
ciat. Veniamē nōnunc effectus fortuitus casualis appellat: exten-
to noīe casus ad fortunā & casum pprie dictū. Sic & improprie Plutar-
chus lapides pauimēto substratos infortunatos dicebat q̄s autē ad cō-
stituendas aras deorū applicant fortunatos dicere solebat. His em̄ re-
uerentiā: alijs autē cōtumeliā attritione pedū fieri cōtingit. DI. Pro-
prie itaq; fortuna respectu illorū est: q̄ nobis a pposito agētib⁹ accidit.

Agentiū
varietas
Effectuū
varietas

Fortuna

Casus

Plutarch⁹

DE PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

Casus autē respectu illorū quē nō utentibus ratione: aut utētibz sed pposito nō agentibus ēueniunt. MAG. Optime. DIS. Sed nōn dū q̄ res sic fortuna aut casus accipi. MAG. Fortuna (ut aiunt nōn nulli philosophantiū) est voluntas agentis a pposito; Casus autē est natura eius qd agit nō a pposito. DIS. Nū voluntas & natura sūnt causę p se ē. MAG. Voluntas causa p se est effectus intenti: qui ēuenit a pposito. Et causa p accidens (quā fortunā dicimus) effectus nō intēti qui ēuenit pter ppositum. Vnde in dato exemplo sepulchrū est effectus intētus & inuentio thesauri est effectus fortuitus; Sic & in casu. Casus tripodę deorsum/ effectus est naturalis a natura & grauitate eius: sed q̄ facta est apta sedes effectus est casualis. Verūamen nī/ hīl sic ēuenit fortuite aut casualiter quinedā ēueniat a causa per se in/ tendente hoc fieri. Nam ut Plato assēuit: nihil est cuius ortum nō p̄ cesserit legitima causa. DIS. Quę sūnt causę tales? MAG. Au/ gustinus de ciuitate libro quinto ca. nono aperuit dicens. Nos eas esse causas: quę dicuntur fortuitę: unde etiā fortuna nomē accepit: non dicimus nullas sed latentes: easq; tribuimus vel veri dei vel quorūlibet spiritū volūtati: ipsaq; naturales nequaq; ab illius volūtate se iū gimus qui est auctor omnis conditorq; naturę. Nihil em̄ sit visibili/ ter & sensibilibz (inquit libro tertio de trinitate) quod nō de interiore inuisibili atq; intelligibili aula summi Imperatoris aut iubeatur: aut p mittatur scdm ineffabilem iusticiā p̄miorū atq; p̄narū gratiarū & retributionū: in ista totius creaturę amplissima quadā immensa q; re publica. DIS. Hunc igitur effectū fortuitū aut casualem dicere pos sumus: cuius p se causā & p̄pinquā non videmus. MAG. ita Augu stinum de acadēmicis quęstionibus dixisse paret. Cum ait. nihil ali/ ud in rebus casum vocamus: nisi cuius ratio secreta est. nomine autē casus fortunam comprehendit. Idē Aristoteles de fortuna bona scri bens affirmat.

De duplici fortuna bona & mala: & unde unus alteri fortunatior sit Capitulum. xviij. DIS.

Vid Aristotelem de bona fortuna scribentē cōmemoras? an quia nō oīs fortuna bona est? MAG. Etiam fili. Nam si p/ ter intentiōē agens a pposito bonū consequat: aut malū fu giat: eufortunius seu bonā fortunā dicimus. Si autē tali agenti malū ēueniat pter intentionē: aut bonū effugiat/ diffortunius seu malā fortu nam dicimus. Idem est si quid salū accidere potuit: quod em̄ parū deest nihil distare videt. bonū autē tale aut malum/ nō modicū: sed notabile esse debet: ita ut si agens ipsum cognosceret ad fugā: aut con secutionē eius ageret. Hinc etiā de numero eorū quę ppter hoc fiunt effectus fortuitus esse dictum: non quia ab agēte intēdit (quia latet) sed quia intēdere ē si cognosceretur. Requiritur amplius: ut talis esse

Eufortu/ nium
Diffortu/ nium.

bb iij

LIBER OCTAVVS DE

ctus non semel tantum nec semper sed in pluribus acciderit. DIS. Sed dic queso unde huiusmodi effectus magis uni q̃ alteri eueniunt? MAG. Huius quæstionis nodulū si philosophice soluere temptabimus a positione Aristotelis non discedendum arbitror: quia dicitur impetum quendam inesse quibusdam: quo mouentur ad aliquid q̃ consequuntur bonū non igneum. DIS. Huius impetus causa quæ est? MAG. Si de intrinseca quæris: natura est non quidem specifica (quia nō omnibus inest) sed indiuidua Vnde dictum est bene fortunatus bene natus Est em̃ in his dispositio quædam nō in anima (quia ut ait ubi maximus intellectus ibi minima fortuna) sed in corpore; consequens ipsius cōplexionē naturalem. Causa autē extrinseca concursus est causarum extrinsecarū talem ppter huiusmodi dispositionē magis q̃ aliū nō ita dispositum mouentū ad aliquid operari dum: q̃d bonū non intentū consequit̃. ut puta eo loco vel tempore fodere sepulchrum. tale autē mouens cœlum & moticē eiusdem intelligentiā dicunt. Hęc autem originē habere videntur ex radice constellationū in natiuitate: quaz̃ libro septimo dictis doctorum catholicorū suspectam ostendimus. Similiter & de fato & fatalibus quid veritas abhorrere testigimus. Magis igitur huiusmodi causalitatē voluntati diuinę & iusticię eiusdem attribuamus secundū ea quę Augustinū paulo ante in libro de trinitate & ciuitate dei cōmemorasse notauimus.

Demonstruosis & miraculosis effectibus a quibus fieri possint. Capitulum. xix. DIS.

Mnium itaq; causalitatē in deum si referimus s̃m Augustini prefatam sententiā: nihil est quod vel fortuitū / casuale monstruosum aut miraculosum dici possit. MAG. Prorsus nihil. Nā & cū multa talia cōmemorasset Augustin⁹ de trinitate libro tertio c. ij. Nihil inquit horū sit nisi voluntate dei: sed plerūq; nō apparet. Itaq; licuit vanitati phōz etiā causis alijs ea tribuere vel veris vel pximis: cū omnino videri nō possent supiorē ceteris omnib⁹ causam. id est voluntatē dei. vel falsis / & ne ab ipsa quidem puestigationē corporaliū rerum atq; motionū: sed a superstitiōe & errore prolatis. DIS. De fortuitis & fatalibus satis luculenter / quantū epitomatis ratio admittit dissentit̃ censeo. Sed de reliquis pauca saltē aperiri exopto. MAG. Monstra dici cōsueuerūt ea quę pter solitū naturę cursum euenire solent. Agentia em̃ & si semp sibi similia pducere conentur: nōnunq; tamē vel ppter materię supabundantiā / defectū / corruptiōem / qualitātū discōueniētiā / aut aliqd aliud impedimentū dissimile generant; & hoc naturales monstrū dicunt ipm̃ definiētes taliter. Monstrū est peccatū illius q̃d fie ppter aliqd. aut durius. Monstrū est difformitas quædā in pauciorib⁹ cōueniēs entibus naturalibus: eueniēs pter solitū cursum naturę: discōueniēs illis ex qbus maxit̃ originē. ut cū hermafrodit⁹: aut duob⁹ capi

Monstrū

PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

cibus homo nascitur. ita pariformiter & in alijs rebus exempla affer-
ri pat. DIS. Monstrū igitur pter intentionem naturę agentis gñat.

august. MAG. probe si de natura piculari intelligis. nam oīa talia quę ad
modū & fortuita & casualia a deo / q̄ est natura ulis omniū intēdunt
nec cōtra naturā fiunt. Q. uō est em cōtra naturā (ait Augustin⁹ de
ciuitate dei libro. 21. c. 8.) qđ dei sit voluntate? cū voluntas tantū uicē
cōditoris conditę rei cuiusq; natura sit. & seipm clariorē faciens: sub
iungit. Portentū igit sit nō cōtra naturā / sed cōtra quā est nota natura.

DIS. fiunt itaq; portenta ex causis naturalib⁹ sed nobis incognitis

MAG. Optime. unde & li. x. c. 16. ait Interuallis tpm / oculis ipsi
us causis mūdi verumtamē sub diuina puidētia cōstitutis & ordina-
tis monstruosa conringūt: quales sunt inuitati partus aīaliū. simul
itaq; & causę p quas & ppter quas fiunt nos latē: nō em frustra fiunt
unde ait monstra dicta sunt: qā aliquid significādo demonstrāt. Ostē

ra quia ostēdunt Portenta quia pōtēdunt. Prodigia qā porro dicunt
id est futura dicunt. Vñ & ex his humana ingenia nōnunq; futura p
dicunt. DIS. Quid autem de varijs monstris / quę historię in di-
uersis mundi partibus: maxime autem in India esse comemorant?
quorū quidam unū oculum habere in fronte mediā: quibusdā plan-
tas uersas esse post crurā: quosdam sine ceruice oculos habere in hu-
meris: quosdam cynocephalos: id est canina capita habentes & simi-
lia innumera describunt. homines ne sunt & ab Adam originem trax-
erūt? MAG. Hęc & alia monstruosa hominū genera / Augustin⁹ de
cui. dei de libro. 16. c. 8. enumerat. & creatorē omnium talia effecisse

Monstra
Ostenta
Portenta
Prodigia



bb illj.

LIBER OCTAVVS DE

propter decorē uniuersi: nec errasse dici posse ostendit: & in fine cōcludendo ait. Aut illa auralia q̄ de q̄busdā gētib⁹ scripta sūt: oīno nullā sunt: aut si sunt/homīnes nō sunt: aut ex Adā sunt si homīnes sunt

De miraculis. Capitulū vicesimū. MAG.

h qm̄ quæ raræ sunt ipsa sunt mira. inqt Augustinus li. 21. de ci. august⁹
c. 4. & 8. & de tri. li. 3. c. 2. 8. & 10. Sed assidue experiri pau-
latim subtrahit admiratiōis incitamentū: & ibide. c. 8. dicit. Vnde &
ipsa q̄ in rerū natura omnibus nota sunt/nō minus mira sunt: effēq;
stupenda cōsiderantibus cunctis si solerent homines mirari nisi rara.
Miracul⁹ Proprie autem miracula sunt quorū similia a natura produci possunt
mō in oīno alio: ut natura in generatiōe vitā tribuit: & est naturale. de
us iam e mortuo corpe subito vitā refundit: & est miraculū. & quide;
magis proprie miracula sunt hęc & signa/si ad aliquid diuinitis an/
nunciandū nostris sensibus admovent. Si yō aliqd fit cuius simile na-
tura facere nō potest: nec ordinem ad hoc habet/mirabile dici debet. ut
est humanā naturā diuine in unitate suppositū uniri. corpus aniale pu-
trefactū in terra gloriosum resurgere. Psalmissa
DIS. Nō miracula a prima Exodi
causa fiūt? MAG. a sola. dicēte propheta. Qui facis mirabilia ma-
gna solus. scz potestatiue & principaliter. nam pmissiue etiā magicis
artibus fiunt. Nā & Exodi. 7. Magi Pharaonis ranas serpentesq; august⁹
cerunt. DIS. Sed unde hæc possunt? MAG. p aereas potestates
inquit Augustinus: magicę artes possunt quiddā possunt: nec ille va-
lent nisi data desup potestate. ideo scyniphes facere non potuerūt Pha-
raonis magi. Nō autē solis malis deus hęc pmittit: sed & bonis ange-
lis & hominibus frequēter talia agere concedit: sed differenter. uti est
videre p Augustinū li. 83. q. 80. DIS. Cur autē deus peccatoribus
angelis seu dēmonibus hanc potestātē dat? MAG. Respōdet Au-
gustinus li. 3. de tri. ad fallendos fallaces: & ad mouendū fideles ne ta-
le aliquid facere pro magno desiderēt vel ad exercendā / pbendam
manifestandāq; iustorū paciētiā. ut patet in Iob. cōsimiles rationes
assignat de ci. dei li. 2. c. 23. & alias addit libro. 7. c. ult. DIS. Creato-
res sunt itaq; maligni spiritus talia operātes? MAG. nequāq;. nā;
huiusmodi nō de nihilo / sed p̄iacenti materia: corporeis scz mundi ele-
mentis: in quibus occulta q̄dam rez semina latent: pducunt: q̄ & na-
tura interuallis tempōz producere posset. Ipsi autē nouerūt celerrime
debitas materias & causas applicare. ut idem in tertio de tri. c. 5. & li. 4.
& 11. luculenter declarat. Nedū autē malis sed & bonis angelis huius-
cemodi potestātē creator cōmunicat. ut iam dictum est. Sed quēad-
modū (inquit Augustinus li. 3. de tri. c. 10.) hęc faciunt angeli vel po-
tius deus: quemadmodū hęc faciat p angelos suos / & quantū fieri ve-
lit cū p angelos: siue sinendo siue iubendo siue cogēdo ex occulta se

PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

de altissimi sui: nec oculos acie penetrare nec fiducia rationis exuere
are nec prouectu mentis comprehendere valeo. DIS. Satis sit ergo
nosse omnipotentiam creatoris non ita causis naturalibus alligata: ut per
ter consuetum earundem cursum & ordinem ex eadem corporali materia per
se vel ministros suos diuersos effectus cum voluerit non possit efficere.
Sed diutius expositioni harum partium definitionis nature immorari: cum
dicitur: principium & causa per se & non secundum accidens / totum ferme diem
transigimus: breuius igitur hoc quod in definitione additur (motus &
quietis) transcurramus.

**De motu qualis res sit. & si distinguatur a ter
mino ad quem. & declaratione definitio
motus. Capitulum vicesimum primum. MAG**

In his itaque ambagibus posthabitis / motus natura per defi
nitiones venari temptabimus. DIS. probe. Definitio nam
que ut in dialecticis audiui ratio est indicans quid est esse rei.

MAG. Motus igitur (ut Aristoteli visum est) actus est entis in po
tentia secundum quod huiusmodi. id est secundum quod est in potentia. Pro uberio
re autem huius intelligentia animaduertendum. mobile antequam mouetur
esse ens in actu existendi (nisi enim esset / moueri non posset) & in pote
tia subiectiua & receptiua ad actum / quem motum dicimus: similiter
& ad formam per motum acquisibilem. DIS. Mobile itaque antequam
mouetur in duplici potentia esse videtur: scilicet in potentia ad actum
qui est motus: & ad formam per motum introducendam. MAG. Op
time infer. DIS. Sed qualis entis sit ille actus quem motum dicis
nondum accipio. MAG. Si motum materialiter siue fundamentali

Motus

rer considerabimus / forma est fluens de esse imperfecto ad esse perfec
tum: cuius gradus post gradum successive in eo quod mouetur acq
runtur. DIS. eadem ergo res est actus quem motum dicis & forma
motum terminans? MAG. eadem. Motus tamen dicitur dum actu
fluit & gradualiter acquiritur: terminus vero motus est dum actu
in eo quod mouebatur subsistit. presentibus enim habibus in materia
cessat motus. Formaliter autem si motum accipimus: ipsum passionem
successiuam esse de genere transmutationis: ex commentatore super ter
tio physicorum: & Aristotele libro. 5. cognouimus. Ab hac forma quod abso
luta non est sed respectiua (uti in categorijs determinatum est) mobi
le formaliter moueri dicitur. Vnde in motu alterationis: qui exempli
gratia pre ceteris declarandus est: quem diximus luce clarius patebunt
maxime autem in ea qua aqua frigida per ignem calefit. aqua namque frigi
da actu quidem existit / sed in potentia est ad calefactionem: quam hic mo
tum dicimus: & ab eadem formaliter calefieri denominatur: & per hanc ad
caliditatem tendit: cuius gradum post gradum continue acquirit donec
in eam compleatur. tunc enim motus qui est calefactio definit: nec aqua iam

Motus p
fundame
to.

motus for
maliter

Auerrois
aristotel.

LIBER OCTAVVS DE

Motus

calefieri: sed calefacta siue calida a forma acquisita denominat. Ex his secunda motus definitio intelligitur facillime qua dicitur. Motus est actus mobilis in quod mobile.

q^d motus nō est mobile: sed est accidēs in mobili subiecti ue. Et de his q^d ad motū necessario cōcurrūt. Ca. xxij. DI.

Lana quidem hęc videtur: sed & motū quoq^{ue} siue materiale
p siue formale nō ipsum mobile: sed rē aliā ab eo realiter distin-
ctam & in eadē subiectatā intelligo. MAG. Sane. Mot^{us} em
formalis respectus est extrinsecus adueniēs mobilis ad mouēs: quē
passionē formale in categorijs diximus. Huius autē correlationē re-
spectu agentis siue mouētis ad mobile seu passum: actionē formale
docuimus & hāc in potētia actiua īmediate; & mediate in agente. illā
vero in potētia passiua īmediate; & mediate ī mobili subiectari intelli-
gimus. Formā vero fluentē & gradualiter acquisibile actionē passi-
onē & motū materiale dicim^{us}. Actionē quidē dū est ab agēte: passio-
nē dū recepta est in passum & motū dū in fluxu est noīamus: & hanc
nō in agente: sed passio siue mobili q^d p eodē sumimus: subiectari dici-
mus. DI. Motū formale rē respectiua de gñe passionis aperte af-
feris: sed cuius gñis rēs sit motus materialis nōdū exprimis? MA.

Ad motū
requirita

Id eo loco quo de termino ad quem motus differere ceperimus: no-
tum faciemus. DIS. Ad motū igitur q^d aut quot concumit. MA.
Sex videlicet, Mouens: mobile; terminus; a quo; terminus: ad quē;
tempus; & locus. Hęc in dato calefactionis motū discerni possunt. Est
em ignis mouēs/aqua mobile; frigiditas aquę seu carētia caloris est
terminus a quo. calor in aqua pductus est terminus ad quē; mora autē
calefactionē hāc mēsurās/tps ē: mobile autē gaens est naturale sine
loco nō est. DIS. Aperissima est hęc demonstratio verūm de oībus
singillatim differere oportū esse existimo. MAG. Bene existimasti:
sed paucis ut exposulas oīm horū intricatos nodos dissoluere facile
quis poterit? DIS. Saltē cōmuniora in mediū ferre haud graueris.

De mouente immobili. Capitulum. xxij. MAG.

Mouēs ī
mobile

Fferā q^d memoria exlectis & auditis referuās exhibere digna-
bitur. Primū autē naturā mouētis & mobilis: dehinc aliorū cō-
ditiones eo ordine quo enumerata sunt pcurremus. Sunt autē
a (ut rē ipsam aggrediamur) mouentiū duo gñā. Quoddā nāq^{ue} cū/
cta mouēs oīno immobile pmanet. DI. Fortasse ipm est quod in su-
periorib^{us} principiū effectiui dicebas. MAG. Idipm est de quo &
Boetius li. 3. metro. 2. philosophicę cōsolationis exclamat. O qui ppe
tua mundū ratione gubernas: Terrarū cōliq^{ue} fator qui tps ab quo ire
iubes: stablilq^{ue} manens/das cuncta monen. Et ppheta regius. mura
his ea & mutabuntur: tu autē idē ipse es. Iacobus quoq^{ue} in canonica
sua ait. Apud quē nō est transmutatio nec vicissitudinis q^dumbratio

Boetius

psal. 10. 1
Iacobi. 1.

PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

Malachi. Sed qd alioz eget testimonijs? qui de seipso dicit. Ego dñs & nō mu-
tor Malachi. 3. DIS. Nū id rōe cōvinci pōt? MA. Vtq nō ūna
Augusti. sed pluribz. ut est videre li. 5. de trinitate Augustini. li. 1. & Aristoteles. 8
Aristotel. phisicorū imutabilitatē prīmū motoris inuestigare conatus est. Primū
equidē resz principiū si moueret/utiq; ab alio: aut a seipso. nō ab alio
quā iā primū nō esset cū id a quo moueret ipm pcederet qd rursus
quā imobile nō esset ab alio moueret: fieretq; in mouentibus & mo-
tibus pcessus in infinitū: quē plūa respuit. A seipso autē si moueri di-
catur in partē p se mouentē: & partē p semotā diuidi necesse habet: &
forma p motū acquirēda carebit: quod de summa simplicitate & pfe-
ctione sentise qd turpius. Omnino igit imutabilis est: q eternus imē-
sus/simplicissimus/& pfectissimus esse nō dubitatur. Vnde in eo mo-
tū in tpe aufert eternitas q tota sū est. motū in loco imēsit: qā ubiq;
est. motū ad formā sumā pfectio & simplicitas: qā nullius eget. Verū
tñ substantiā dei (ut ingt Aug⁹ li. 1. de trini. ca. 1.) Sine ulla cōmutatio-
ne mutabilia facientē: & sine ullo tpali motu tpalia creatē tueri & plene
nosse difficile est. Ideo & nos q in primis phē elemētis & lamur id theo-
logiē referuabimus. DI. Optē. aliud igit mouētū gñs pcurramus

De mouentibus mobilibus. Et quod mouens per se/ quod per accidens. Capitulū. xxiij. MAG.

Augusti. Xtra hunc quēcunq; sunt: quia nō de illo sed de nihilo facta
sunt/mutabilia sunt. inquit Augustinus. li. 12. de ciui. dei ca. 1.
unde simplices in rebus creatis substantiē/quas philosophi
intelligētiā: Theologi autē spiritus angelos & animas dicunt (pter
eam mutationē qua ex bonis mali facti sunt: quam ibidem latius p/
sequitur) mouentur & mouent alia. Omnes enim si de angelis loqui
mur administratorū spiritus sunt mihi/ propter eos qui hereditatē
ad heb. 1. capiunt salutis ait Apostolus ad hebreos. Missi autē utiq; mouentur

Damasce cum nō sint simul in cōlo & in terra cum mittuntur. ut vult Damasce-
nus. Mouētq; eos ad quos mittuntur. Sed hec quoq; enucleatius ex-
quirere theologiē est: nō nostri epitomatis. Præterea igitur nōnulli eorū
loz orbes quibus p sunt sine pœna & fatigandē reuoluūt. ut visum
est li. vij. supra. Si r & aīz corpora quoz formē sunt: mouēt. Rursus
autē cōlestia corpora ab intelligētijs mota: hec inferiora mouēt. Vñ
& hūc mundū scz elemētārē necesse est esse cōiguūlationibz superiorū

Aristotel. bus. ut tota virtus eius inde gubernetur. ait phūs Metaphis li. 1. Inter
partes autē mūdi inferioris cōtinuā & mutūā mutationē esse: qd est q
nō facile assentiat. DIS. Nullus qui sensum nō negat. MAG.
Querere rationē & dimittere sensum debilitatis est intellectus. Am/
plus mouentiū quēdā mouēt per se: qdā per accidēs. Per se mouēt q mouens
nō rōe cuiuscūq; alteri⁹ extrinseci mouēt. ut aīa corpus & man⁹ lapi per se
dē. Hec rursus bipartita sunt. Quoddā em mouet p se primo. i. scz m se

Motus
angelorū

mouens
per se

LIBER OCTAVVS DE

mouens
p accidens

totū & quālibet fui partē & dicitur mouens principale. ut anima mo-
uet corpus. Aliud mouet nō p se primo ad sensum datū: sed scdm ali/
quā fui partē. ut homo mouet lapidē pede & baculum manu. **DI.**
Mouens p accidens qd dicitur. **MAG.** Quod mouet p aliqd sibi ex
trinsecū siue p instrumentū. ut causę superiores p inferiores: & forme
substantiales p dispositiones qualitatuas. & uniuersaliter artifex per
sua instrumenta. **DIS.** Ad mobilia pergamus.

De mobilibus & motu naturali animali & violen- to & huius speciebus. Capitulum. xxv. **MAG.**

mobile
per se

Est ut quid p̄ nūc temporis insinuare velis edoceas. MA. Nunc siue int̄as temporis inquit Aristoteles: Est mēsurā eius quod fertur: scđm q̄ fertur. Id est: nunc est mēsurā mutati esse in motu mobilis. Sicut em̄ totus motus/ toto tempore metitur: sic indiuisibile motus quod est mutati esse/ indiuisibili tempore notificatur. DIS. Nunc igitur cū indiuisibile sit pars temporis esse nequit ex his q̄ de natura continuorū digesta sunt. Si r̄ & mutati esse pars motus nō est. MAG. Scite. unde sicut punctus in linea sita nūc in tempore: & mutati esse in motu sunt. DIS. Infinita igitur sunt? MA. Eo modo quo supra. DIS. Quomodo ergo accipiendū erit: quod Aristoteles unum & idē nūc scđm substantiā/ sola ratione differens in tempore pbare conatum aiunt? MAG. Fortasse eo sensu: ut unū quodq; nunc de pluribus consideratū scđm se: idem sit in substantia: consideratum vero ad partes temporis: pręteritā sc̄ & futurā quas continuat/ ratione distinguitur: alia em̄ ratione est finis pręteriti: alia inītiū futuri. sic & de mutato esse in motu. DIS. Num & id sustineri posset quod dicunt nunc unū & idem suo fluxu in continuū: causare tempus? MAG. nequaquā. Sicut nec ex fluxu puncti in longū lineā: nec ex fluxu lineę in latū sup̄ficies: nec ex fluxu sup̄ficies in pfundum corpus generatur. continua em̄ ex indiuisibilibus esse nō possunt. at tamē illis imaginationibus manuduci consueuerunt ea ingenia q̄ mathematicas entitates intelligere nequeunt.

De quo & eternitate Capitulum. xxxix. MAG.

Restat tempus autē (quod est mēsurā motuū: & eorū q̄ dum actu manent/ habent existentia variabilem) ponitur quum quod est mēsurā eorū q̄ dum actu manēt habēt existentia inuariabilem aut saltem non variatā sicut sunt angeli & intellectiōnes eorundem & ceterę substantię creatę. At vero quum realiter ab angelo

pus sine
aita nō est

Nunc

nūc nō est
pars ipis

axum

LIBER OCTAVVS DE

Eternitas non distinguitur: nec nunc aui ab quo realiter separatur. Est & tertium quod soli deo attribuitur: & eternitas dici solet. **DIS.** eternitas qd est. **MAG.** Eternitas (ut inquit Boetius li. 1. philosophice consolationis prola sexta) est interminabilis vite tota simul & perfecta possessio dicitur autē perfecta possessio: ut excludat dependentiā & participationē oīno em deus independens est nullius princeps. de cuius plenitudine oēs accepimus. & additur tota simul. ut successionē semoueat. Successio nempe in eo locum habere nequit qui semp est: nunq̄ defuit: nec aliq̄n deest: apud quē etiā / ut Iacobus testatur non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. de eo autē scdm nos (inqt Aurelius) bene dicit fuit: quia nunq̄ defuit: erit: quia nunq̄ deest: est: quia sp̄ est. un̄ sequitur definitionē. vite interminabilis. solus em (ut inqt Ap̄s) De⁹ habet immortalitē. sed de his tractatum uberiorē theologiē referuare equius est. **DI.** Breui igit sermone locum percurramus: quē inter ea q̄ ad mortum cōcurrunt ultimo ordine commemorabas.

De Loco & eius speciebus. de Vacuo. quō corporalia in loco sint. & si idē corpus simul esse possit in diuersis locis: aut duo corpora in eodē loco. Capi. xl. MAG.

Locus **I**tem Aristoteles definiens ait. Est ultima superficies corporis continētis immobilis primū. ut est superficies cōcaua aeris circūdantis me. & hæc quidē est locus materialis. Formalis autē est respectus fundatus in locatē & terminatus ad locatū. quēadmodū in categoriis de ubi visum est. **DIS.** Immobilitatē autē loci qualē intelligis. **MAG.** Eam q̄ motui locali opponitur. Si em locus moueretur localiter p se vel p accidens: ipsius essentialis locus: & rursus illius alius in infinitū. Insuper & quiescens moueretur: cū circa ipsum locus localiter mutaretur. moueri em localiter est successiue aliū & aliū locum habere: mobilis n̄ est locus corruptiue p accidens ratione subiecti. verū tamen qui succedit est idē prior: nō p realem identitatē: sed p equiualentiā p cōparationē ad motū localem. sic fit ut q̄ localiter est immobilis: scdm equiualentiā est etiā incorruptibilis. **DIS.** Locis si quę sint species subiungito. **MAG.** Locus in p̄prium & cōm diuiditur. **DI.** Proprius q̄s est. **MA.** Quis cōm se & nō ratione alicui⁹ contenti in eo: continēt unū locatū cui adequatus est. ut superficies aeris circūdantis me. **DIS.** Adequatū cur dicis: cū locans necessario locato maius sit. **MA.** Corpus locās q̄dem maius est locato: nō aut superficies locatīs q̄ loc⁹ dicit: hæc em cū spissitudine nō h̄eat: addita locato mai⁹ nō facit. **DI.** Loc⁹ cōis q̄ est. **MA.** Qui cōtinēt locata plura nō scdm se: sed ratione locorū p̄p̄iorū in eo cōtētorū. sic cōli ultra superficies locus est oīm. verū diuersitatē essendi in loco nullaten⁹ si letio p̄terire oportet. nō em oīm idē est modus essendi i loco: aliē em corporalia: aliē spūalia in loco dicim⁹. **DI.** Corporalia quē f. **MA.** Circū

PRINCIPIIS RERVM NATVRALIVM

scriptiue siue omēsuratiue: talia egdē cū q̄nta sint: ita a superficie s̄p̄r q̄nta
 corpus locātis circūscribūt: ut totū locatū: totū loco omēsuret: nec tñ to
 tū cuiuslibet p̄ti: s̄ pars locati/pari loci: ita determinate ut (sicut dixim⁹)
 locus locatō sit eq̄lis. Q̄ uia v̄o locata corpa naturalia sunt: in locū p̄
 p̄tiū naturalit̄ ferunt: in q̄ & gescūt & seruant: ob v̄turē q̄ndā natura
 libi locis a celesti harmonia insitā: in aliena aut̄ loca nō nisi cū violen
 tia mouētur: & detinetur. plana sūt hęc in grauib⁹ & leuib⁹ quorū al
 terū naturalit̄ deorsuz/sursuz alterū fert. DI. Num corpus huiusce/
 modi sine loco esse posset: aut locus sine corpe? MA. Posset utiq; vir
 tute diuina: si de⁹ aliqd̄ taliū extra cōclū crearet: ubi locus nō est: aut in
 cōclō annihilato aliq; corpe/spaciū vacuū relinq̄ret. Vacuū em̄ dicit vacuum
 locus nō replet⁹ corpe: ap̄ius tñ repleti. id natura creata tñ abhorret ut quid sit
 grauita sursuz ferri cōcedat: ne vacuū fiat. pater ī aq̄ductib⁹. Sic & ī cly
 p̄dra sup̄iore foraminē obstruēto aq; p̄ inferiora nō effluit: s̄ suspēsa de
 tinet̄ donec aer sup̄iore ap̄to foramine subeat & locū aq; repleat. DI.
 Ita esse experientia didici. Sed dic q̄so: unū ne corpus p̄tib⁹ in locis esse
 pōt? MA. Imaginatio q̄ locū & locatū facile segregare neq; contrariū
 clamitat: qd̄ etiā multū astruere conati sunt. doct⁹ autē Hugo de sac̄to
 victore li. de sacra. pre. 8. ca. 2. id oī potētiē dei nō adimittit. Qui se
 citur unū corpus esset in uno loco/ fecit quō voluit: & si alit̄ voluisset
 alit̄ facere potuisset. Rationes huiuscemodi possibilitatē pbāt: si liber
 a Schotto. li. 4. di. 10. regras. nōnulli enā qd̄ de s. Ambrosio. legitur ī te
 stimoniū assumūt: qd̄ dū Mediolani sacris altariib⁹ assisteret: s̄p̄ etiā se ru
 rone exequis s. martini interfuisse testat⁹ est. DIS. difficillimū hoc
 videtur intellectū: simul em̄ tale corpus in uno loco calefieret: in aliō.
 frigereretur: in uno cibaretur: in aliō esuriret: in uno sanum p̄sisteret: in
 aliō egrotaret: in uno viueret: in aliō deniq; moreretur: in uno cōbu
 ri posset: ī aliō saluari. Sic si alimētū diuersis s̄p̄ in locis esset: s̄p̄ ab hoīe
 & cane sumeret: s̄p̄ forma hoīs & canis īformaret: & oīa q̄ absur
 da sint nemo est q̄ nesciat. MA. Absurdissima sūt: s̄ ad positiōnē eius
 dē in diuersis locis mīme sequūtur. prius qp̄pe essentialit̄ ad variatiōnē
 posterioris nō mutat. Quēcūq; igit̄ absoluta corpi adueniūt in hoc
 loco eidē inenit̄ ip̄o s̄p̄ p̄stituto in loco aliō. un̄ si hic comedit alibi n̄ esu
 rit: si hic sanū est alibi nō īfirmat̄: si hic viuūt alibi nō morit̄. & de alijs
 Q̄uod si contraria agētia ī diuersis locis patiē. utpura hic ignē: alibi fri
 gus: idē fit ac si illa corpi in uno loco tñ existēti applicaretur: nā ab
 utroq; patiē: nisi alterū alteri fortitudine sua īpedimēto fiat. Sic p̄for
 mit̄ dicēdū de alimēto ī diuersis locis ab hoīe & cane omēsto. cui⁹ em̄
 stomach⁹ ī digerēdo fortior iuenit̄ plus de cōi alimēto accipit si eq̄r su
 mūt: quēadmodū si duo stomachi ī uno eodēq; loco eēnt. DI. illud
 ne possibile videēt? MA. possibile. Replere em̄ locū effectus ē p̄leq̄ns
 dimēsiōnes. effectus autē cum alius sit a cā: potent p̄ diuinā potentiā
 auferri ea manēre: quēadmodum scripturē testatur factum ī igne q̄
 p̄iectis in se tribus pueris nihil molestie intulit: neq; illos contritiuit

LIBER OCTAVVS DE

qm̄ quantū ad illos deus calefaciendi vim suspendit igne p̄manente
unde idē ignis ministrōs regis quos reperitante fornacē qui eā incen-
derunt cōbussit. DIS. Scripturis assentior facillime. proferas igit̄
ex his testimoniū de coexistentiā duorū corporū in eodē loco / & satis
mihi factum de hac re fatebor. MAG. Mariā virginē in partu &
post partū / sicut & ante partū credis? DIS. Nihil firmitus. MA.
Simul igit̄ fuisse corpus Iesu p̄uuli & virginālis uteri parietes in na-
tuitate eius necessario credis? DIS. Firmiter. MAG. Dominū
clauso sepulchro resurrexisse ecclesia fatebitur: & ex euangelio argui po-
test. Et cū sero clausę essent fores ubi erant discipuli cōgregati propter
metū iudeorū: intrauit ad eos Iesus & stetit in medio eorū. testat̄. Ioā
nes. DIS. & huic fidē habeo. de locatiōe spiritali pauca subiūgas

De mensuratiōe locali spiritaliū. Cap. vlti. MA.

Piritualia creata: q̄ sunt spiritus beati angelicę sc̄s substantię ani-
mę humane & spiritus desertores q̄ sunt dyaboli / in loco sunt
nō circūscriptiue siue cōmensuratiue: cū quantitatis dimensioes
nullas habeāt: sed p̄sentialiter & definitiue p̄ exhibitionē suę p̄sentię
sibi q̄ non alibi. Cū em̄ sint virtutis limitate (q̄a creature) ubiq̄ esse
nequeunt: nec in locis pluribus simul / nisi deo iubere & facere. Vnde
cū angeli sunt in celo / nō sunt in terra. inq̄ Damascenus li. i. Nec po-
test angelus esse in loco quācūq̄ magnō: eo q̄ non in infinito sed
determinato & finito: & forasse in indiuisibili: nisi daret ratio eūdens
tur se p̄sente exhiberi possit diuisibili & nō indiuisibili. DIS. Plures
ne sim? esse possūt? MAG. Ita Richard⁹. 4. de tri. habere videt̄: ad-
ducēs qd̄ in euangelio legim⁹ de obfesso p̄ legionē dāmonū. legio au-
tē continet. 6666. Auctoritates si quę angelo locū negare vident in-
telligendę sunt de loco circūscriptiūo. Quęstiones ceteras cū opini-
onibus multis nunc discutiendas nō suscipimus. De anima v̄o quō
insit corpori in sequētib⁹ loco suo pandet̄. DIS. De increato autē
spiritu quē deū intelligimus: quid astruis? MAG. Ob sui infinita-
tem ubiq̄ est. ipso testātē p̄ Ieremiā. Caelū & terrā ego impleo. Et p̄
pheta regius de ipso loquens ait. Si ascendero in celū tu illic es: si de-
scendero in infernū ades. & ut Apostolus Atheniensibus in contiōe
dicebat. Deus non longe est ab unoquoq̄ nostrō. in ipso em̄ viuim⁹
& mouemur & sumus. DIS. Forasse nō multū ab hac veritate ab-
erat Poeta cū diceret. Iouis omnia plena. MAG. Nemo sapiens ge-
tium philosophos omnino a vestate alienos existimat. nā diuus Au-
gustinus li. 4. de tri. c. 15. dicit nōnullos eorū potuisse acie mētis ultra
omnē creaturā transmittere: & lucē incōmutabilis veritatis quantula-
cūq̄ ex parte contingere. Sed de his alio loco. nos qd̄ cōpimus p̄-
sequamur. DIS. probe. verū ne huius libri imoderatius progredi-
atur longitudo / quod reliquū est / ab alio volumine cōmodius ordie-
mur. MAG. ut lubet: presto sum. Finis octauilibrī.

Ioan. 10.

Damascenus

Richard⁹

Ieremi⁹

Actuū

Vergili⁹
augustin⁹



LIBER .IX. DE ORIGINE

Liber nonus De origine rerum naturalium. De difficultate huius partis phis. Ca. i. DIS.

In breuitatis ordine dum naturā definis: definitionis particu-
m las singulas: singula quęq; (uti sponduas) rerum naturalium
principia causas atq; elementa/insuper mutationis species/ &
quę ad has necessarię sunt temporis & loci cōditiones: breuibus qui-
dem sed pregnantibus sententijs explicasti. Nunc itaq; promissorū or-
do expostulat: ut ad modū quo cunctę uniuersi species inesse pdeat
ac persistant: particularius descendas. MAG. Omnium uniuersi spe-
cierum primordia particularius describere/ non est inuentionis huma-
nę sed donū eius qui omnia verbo virtutis suę ex nihilo creauit. Hoc
donū Sapiēs se a deo accepisse commemorat dicens. Ipse em̄ dedit mihi Sapiē-
tiā hōrū scientiam verā quę sunt: ut sciam dispositionē orbis terrarū: & vir-
tutes elementorū inuēi & cōsumationē & medietatē temporū vicissitu-
dinū pmutationes & consumationes temporū & morū mutationes:
diuisiones temporū: anni cursus & stellarū dispositiones: naturas ani-
malium & iras bestiarū/ vim ventorū/ & cogitationes hominū: differētiās
virgultorū & virtutes radicū. & quęq; sunt absconsa & iprouisa didici.
Sed unde didicerit ostēdit dicens. Omnium em̄ artifex docuit me sapiētiā.
Qui vero id aggredi proprijs viribus conati sunt defecere: & post la-
bores innumeros nō tam certa q̄ diuersa posteris legenda conscripse-
runt: quorū multitudo si in unum congesta fuerit rudem animum de
sperationis iaculo cōfossū/ inanem/ ieiunū/ aridumq; retrocedere cō-
pellit. & dum alter alterius sententiās aut veritatis amore (quod rarissimū est)
aut arrogantię inuidięq; stimulis agitatus (quod plurimum fieri solet)
carpit: lectorē quē iuuare debuit/ ab eo cognitionis gratiā
quē nō sine sudore conscenderet: deicit. Fitq; ut nobiliores scientiā
anilium fabularum numero supputatę/ pfectores suos nō (ut olim)
laudibus efferant sed contumeliā affectos deliros exhibeant. DIS.
Manifesta quidem hęc. Sed nec mihi hōrū disceptationes curę erunt
si pauca haurire possū: quibus animum meum simul & oblectare &
ad altiora conscendentem fūlcire valeam. laborem igitur istum sub-
ire haud graueris velim.

De origine ratione/ nomine & numero elemen- torum. Capitulū secundum. MAG.

Reator oīm de⁹ gloriosus volens res ab æterno cognitās p̄dicere
in esse/ eandē unā in principio materiā informē creauit: quā ut
p̄misimus Moyses terrā inanē & vacuā/abyssū: & aquā: Ana-
xagoras vero chaos cōfūsum appellat: ex q̄ ut idē astruit diuino sup-
ueniente intellectu/ quattuor p̄dicere elementa: q̄ oīm mixtorū de quib;
bus nūc agimus: materialia sunt principia. Ex his em̄ mutua actione

RERVM NATVRALIVM

Aristotel

nunc elementorum partes: nunc mixtorum diuersae species grupunt. Primum autem de illis: de istis vero posterius differendum. prius autem quod elementa & horum naturas commemorare oportet. DI. Sane. MA. Elementi definitionem a Philosopho. s. media. dilucidata si attendimus: non multa sed unum tantum elementum inueniemus. ait enim. Elementum est ex quo aliquid componitur primo in existente indivisibili specie in aliam speciem, tale autem quid aliud est / nisi prima omnium materiae quae cum non sit ex specie hoc est forma in specie: id est forma dividi nescit. Ceterae definitionis partes. li. i. ca. de materia enodatae sunt. Extenso autem vocabulo quattuor sunt quae elementa vocantur / ignis / aer / aqua / & terra: quorum quodlibet in materiam & speciem siue formam resolui potest. Sunt enim eadem principia resolutionis & compositionis. Horum in universo ordine distinctionem naturalisq; li. 7. cum de Astronomia nobis sermo esset explanauimus. Hic autem ipsa in qualitatibus primis & secundis & communicare & differre nosse oportere est.

Elementi

Elementa
quattuor sunt

De qualitatibus primis & secundis. Ca. iij. DIS.

Qualitates primae quae sunt. MA. In genere tangibilium (de quibus ad praesens sermo est) sunt calidum / frigidum / humidum & siccum. Harum primae actiuae: reliquae vero passivae dicuntur / eo quod istae maioris actiuitatis & resistentiae minoris. Illae autem e contrario actiuitatis minoris & resistentiae sunt maioris. Omnes in suo modo & agunt & patiuntur. DI. Si habes harum descriptiones addas. MA. Calidum est quod homogenia id est entia eiusdem naturae congregat: & eutrogenia id est diuersarum naturarum entia segregat. Vnde si pugillus minerarum auri / igni utatur actione caloris auri partes confluunt. & ab his cupri portiones separantur. Huius est materia ad generationem mouere. Frigidum homogenia eutrogeniae conglutinat. unde hyemali tempore / lapide terram aquam lignumue in unum congelata conspicias. Huius est materia motum in suis perfectionibus sistere. Humidum termino proprio male alieno autem bene terminatur. unde aqua in terminis suis non quiescit: sed donec continetis latera attingat fluit: & his ex omni parte coniungit. Hoc in aere: & si sit verum non tam manifestius. Huius est formarum figurarumque impressiones facilius recipere. Siccum termino proprio bene claudit: alieno autem male terminatur. Vnde lapis aut terra in suis terminis stabilitur: continetis autem lateribus non omni parte coniungit. Huius est formarum configurationes conseruare. DIS. Qualitates secundae quae sunt. MA. Quae a praedictis generationis originem accipiunt / quarum decem annumerabimus: ad quas si quae aliae sunt reduci possunt. Sunt autem haec lubricum / aridum / grossum / subtile: durum / molle / asperum / lenum / graue / & leue. DIS. Num & colores qualitates sunt. MA. Colores / soni / sapores / odores / & ceterae de quibus in categoriis determinatum est qualitates quidem sunt: sed de genere tangibilium non sunt.

Qualitates primae
quattuor

Calidum

Frigidum

Humidum

Siccum

Qualitates secundae
decem

dd ij

LIBER .IX. DE ORIGINE De qualitatibus elementorum & eorum trans- mutationibus. Capitulum. iij. DIS.

Vnc quas nosse oportet elementorum in qualitatibus cōuenien-
tias & differentias edicito. MAG. Vnunquodq; elemento-
rum ex primis qualitatibus duas continet: quæ primam sibi
in summo (per naturā possibile) determinat. Vnde ignis calidus est &
sicurs. Aer humidus & calidus. Aqua frigida & humida. Terra sicca
& frigida. Scinter hæc ignis calidior. Aer humidior. Aqua frigidior.
& terra comprobatur siccor. Et rursus ignis in calore aeris in siccitate
vero terre simbolisat: id est cōuenit. In utraq; autē aque opponitur.
Aer in calore ignis in humiditate aque congruit: & in utraq; a terra se-
ternitur. Aqua in humiditate aeris in frigore terre copulatur. in utraq;
vero igni dissingitur. Terra in frigore aque in siccitate igni similatur.
In utraq; aeri contraria reperitur. DIS. Simbola itaq; sunt ignis &
& terra in frigore. nō simbolisantia vero sunt ignis & aqua: aer & ter-
ra. MAG. Scite confudis. In his autē transmutationis ordo talis est.
In simbolis quidem transitus sit faciliior: in nō simbolis autē difficiliior
& hoc tunc verum est dum resistantiā attendimus. In his em̄ una qua-
litas in illis autē ambq; resistunt. Si autē actiuitatē considerabimus:
utrobique eiusdē facilitatis transitū inueniemus: nā in simbolis una t̄m
qualitatū agit: sic & una solū resistit. In non simbolis vero & duæ agūt
& duæ resistūt. ut ignis siccitate agit in aerem: & aer humiditate resistit
ignis caliditate & siccitate agit in aquā: & aqua frigore & humore ob-
stat. Qualitatū vero alterationes: & formarū substantialium genera-
tionis ordinē superioribus tetigimus. Ratione autē secundarū qua-
litarū quæ sunt grossum & subtile: hoc interest: ut ex uno pugillo ele-
menti grossionis decem generentur pugilli elementi proxime subtilio-
ris. unde fit ut ex uno pugillo terræ generent decē pugilli aquæ: & ex
elemento uno aque decem aeris: & ex uno aeris decem ignis. Sic ex uno pugil-
lo terre centum aeris: & mille ignis generantur. nec tamen de materia
plus sub uno pugillo terræ q̄ sub decem aque: centum aeris aut mille
ignis continetur. unde si elementa de materia quæ participat: & dicto
ordine in raro & denso se excedūt. Sphera autem ignis in millecupla
quantitate superat necesse est. Hac viā adiunctis his quæ libro sepi-
mo de orbium celestium distantia posita sunt totius machine mūdi
mirabilem quantitatem imaginabimur. nam ut ait diuinus Augustinus
libro. xi. de ciuitate. visibilium omnium maximus est mundus: inuisibi-
lium deus. Et li. xxi. maximū mirabilem est mundus. DIS. Faci-
le his assentio. Sed quo pacto aerem aqua humidiorē accipiendū
ut nondum video aqua equidem sicca humectat & ignem exstinguit

Ambro-
hexame-
li. 3. ca.

elementi
rum trans-
mutatio

Augusti

RERVM NATVRALIVM



dd iij.

LIBER .IX. DE ORIGINE

Aer vero & humida exicat & ignē conseruat. **MAG.** Hæc ita esse
 Q uo aer nō est qui hēsit. Sed sunt qui causas querunt. Q uod enim humida
 est humi/ in aere exicari conspiciamus nō ab aere sed vento qui est exalatio cali
 dior q̄ aq̄ da & sicca: & stellarum luce gūenit. aer autē ab his seūctus humectat
 & plus quidem intrinsecus q̄ aquam ppter sui penetrabilitatē. aqua
 autē magis extrinsecus humectat ppter densitatē/virtus em̄ unita for
 tior est. Vnde si decem pugilli aeris in quantitatē unius pugilli aque
 redactę p̄ condensationē fuerint: magis humectabūt/q̄ aque pugil
 lus & ignē exinguerent: quē iam propter raritatē conseruant. Est in
 præter hæc in aere unctuositas ignis palatiua. **DIS.** Sic fortasse ca
 lor ignis in sphaera sua corpus si quod ascenderet facile non exureret
 sed hæc missa facientes/ad mixta sermonem vertamus.

De mixti productione. Capitulum. v. **MAG.**

Icut unū elementū in aliud transmutatur: si id qd agit/passum
 in substantia & virtute multū excedat: sic ex concursu multorū
 elementorū mutua se se actione alterantiū mixtum generatur:
 in quo elementorū & qualitatibus & formis substantialibus deficien
 tibus materię confluunt & mixtionis formā substantialem cū suis quali
 tatibus recipiunt. Est autē hæc forma elementorū formis actualior at
 q̄ perfectior formarū elementariū pfectiones in se cōplicans: quā &
 qualitates qualitatibus elementorū cōsimiles: sed & pfectiores conse
 quuntur: p̄ quas etiā actiones similes actionibus elementorū pducit.
 Ex his mixtionis definitio manifesta est: cū dicitur. Mixtio est misce
 bilium alteratorū unio. Patet amplius elementa in mixto nō pmane
 re formaliter: nec in esse intenso nec remisso: sed virtualiter ad sensum
 datum. Similiter & materialiter manent cū materia mixti ex materijs
 elementorū sit aggregata. Animaduertendū autē pter qualitates actu
 ales in mixto alias quas virtuales dicunt reperiri: nō autē in elemen
 tis. unde piper virtualiter est calidum/ & plumbū frigidum. Hę quali
 tates secunde/qualitates proprias mixti aut verius ipsas formas sub
 stantiales mixtorū consequuntur: & (ut aiunt quidā) ab influentijs cę
 lestibus secreta actione innascuntur. Hinc herbas/gēmas p̄ciosas: simi
 liter & metalla principalioribus stellis fixis & erraticis Hermes trime
 gistus ascribitur. Has etiā Raymundus Lulij in lapidario suo excipere
 in p̄dispositas materias edocet. Sunt etiā qui omniū terrenascencium
 speciales cœli stellas esse volūt scdm̄ q̄ in Iob legitur. Nunquid nostri
 ordinem cœli: & pones rationes eius in terra? Quę utiq̄ concedi pos
 sunt iuxta ea quę li. septimo de astrologia disputata sunt. **DIS.** Her
 bis gēmisq̄ occultas inesse virtutes vulgatum est puerbium: sed dic
 quęso si ex uno elemento mixtū generari possit. **MA.** Nequa q̄: si
 dicta sane intellexeris. Accedit ad hoc qd ait Phūs. Mixta ex eisde nu
 ex elemento sed plumbus pasci manifestū est. **DIS.** Cur dicis manifestū: cuius

Forma
mixti

Mixti
defini.

qualitat
virtuales

mixtū nō
generatur
ex elemento


In mixto
quō sint
elementa

Hermes
Raymun
dus
Iob

26. q. 5.
nec mirū
Aristotē

RERVM NATVRALIVM

ad sensum patet oppositū in pisce: qui in solo viuit & nutritur elemen-
to aquę. MA. Quę apud nos est aqua/elementū nō est sed mixtū
nā & in distillatione ab ea terrestreitas facile separatur: cui & unctuosi-
tas quidam aerea admixta cōspicit & eidē ignis quiddā inesse haud am-
bigitur. pars autē aquea p̄dominat. Ideo scriptura sacra pisces de aq̄
productos cōmemorat dicens. Producant aquę repubile alie viuentis.



Augusti. Salamandra quodē & si in igne viuere possit: ut recitat Augustinus
li. 12. d. ci. de ciuit. dei. ab igne tñ nō pascitur: sed ut quibūda vssim est de rore coe-
Plinius li aut imbre nutrit. Et ut Plini⁹ testat. li. x. specul. naturalis. animal est
lacente figura: ignē tactū ut glacies extinguit. De plāis autē q̄ sine pia-
cete semine ex nuda terra pullulare cernim⁹ post hac laus p̄quirēdū.

De distinctione mixtorū & mixtis primę & secundę de compositionis. Capitulum. vi. MAG.

T si omnū mixtorū principia vn̄uersalia & remotiora eadem
e s̄nt illis tñ alia & alia p̄portione cōcurrēbus diuersa mixta est
ciunt: quorū etiā nōnulla/ alijs mixtis p̄fectionibus causę
pingores existūt. Et ut dari⁹ q̄ dicēda sunt capias: mixtorū diuersitatē
lex generib⁹ gnodabim⁹. primū autē ea q̄ primę cōpositionis cēsēt.

DI. O. uē sunt hec. MA. Vapores & exalationes virtute solis &
aliorū astrorū ex terra & aq̄alijsue corpib⁹ resolutę/ quas tñ nōnulli
Phōz quintū elementū/mediū inter aerē & aquā opinati sunt. In eo
hec duo differūt. nā vapor calidus est & humidus. ut est fum⁹ tpe plu-
uiali de mōris vertice alcedēs. Exalatio autē calida est & sicca: unctuo-
sa tñ humiditate nōnunq̄ imbuta. ut est vent⁹ in ventre animalis ge-
neratus. Rursus autē si ista alterata fuerint multorū & in aere & in ter-
ra apparentiū causę erunt. DIS. Quot. MAG. Impressionum
ignitarū/aquosarū/ & medio modo se habentiū. Ignitarū quidē ut sūt
ignis p̄pendicularis: cādela accēsa: lancea ardens: scintille euolantes:
alubascēdens: alubdescēdens: caprę saltantes: stelles cadētes: ignis p̄ce-
dens: draco volās & q̄ sunt huiusmodi naturę. Aquosarū autē ut sūt
grando/grādulę/nix/pluuia/pruina/ros/fōtes/ & flumina. Medio
dd iij

LIBER .IX. DE ORIGINE

modo se habere videntur/ventus & terremotus Hæc omnia (si vapores & exalationes gen^o primæ cōpositionis constituunt) in genere secū de cōpositionis locabimus. nam de horum ordine & generationis modo potius q̃ de essentiali distinctione tractabimus.

De materia efficiente & locis impressionum ignitarum. Capitulum. vii. DIS.

Intersticia
aeris tria
Supremū

d Ignitis igit primū te absoluas. **MAG.** Ignitarū impressio-
num materia est exalatio. causa effectiua calor inflammans.
locus autē regio aeris: quā tribus intersticijs diuisam accepi-
musque sunt supremū/mediū & infimū. **DIS.** Supmū qd dicitur

Medium

MAG. Illam aeris partē quæ igni est vicina & cōigua: trāquilla:
ab igne & stellis calida/pura/rara/ & lucida ad montē ignis (unde &
magis calefit) circūducta & hæc pars aeris estus dici solet. ibi nec ven-
ti: nec pluuiæ. ut experientia docuit eos qui in altissimis montibus pul-
ueri characteres inscripserūt: ac eosdē reuoluto anno illos inueniunt

Infimū

DIS. Mediū aeris intersticiū qd est? **MA.** Aeris pars a regione
ignis remota: nec terrę proxima frigida/tenebrosa/tempestuosa/ac de
montē siue aerii potestati habitatio caliginosa. uti libro septimo di-
ctum est. Est autē frigida: quia ab igne remota: & stellarum radij a su-
perficie terre reflexi ad eā nō pertingunt. hinc etiā obscura est & tur-
bida. **DIS.** Infimū quod dicitur? **MAG.** Aeris pars sup̄fici aq̃
& terrę cōigua: a radijs reflexis calidā & illuminatā. Hoc tū diuer-
sis anni temporibus nō eodē modo contingit. Nam sol in signis septē
trionalibus terras nostras directius respicit: radij ad angulos mino-
res reflectuntur: hinc & calor fortificatur ut nō nunq̃ exalationes cō-
sumat. Sole autē meridionalia signa perustrāte oppositum accidit: &
quādoq̃ frigus constrictiuum fit qd terræ poros ne qd exalare possit
constringit. In vere autē & autumnō dum sol equinoctio appropiat
hæc temperate se habent. ideo tunc ignitę impressiones magis genera-
ri possunt modo quo sequitur.

De generatione impressionum ignitarum. Capitulum octauum. MAG.

Ignitę re-
gionis su-
perioris
impressio-
nes.

c Vm itaq̃ virtute solis & aliorū astroꝝ a terra alij sūt terrestribus
corporibus eleuata fuerit exalatio: Si quidē in calore abūda/
uerit: ad supremū usq̃ aeris intersticiū ascendit. Huius (si in
subtilitate equalis nō fuerit) pars grossa & multa inferius cōglobata
subtilior autē in modū candelę eleuata consistit: & accensa ad instar p-
pēduli q̃ lapide utunt̃ apparet. & ignis ppendicularis nominatur.
Si vero pars grossa pauca sit: dicto modo impressio gñatur: quam lan-
ceam ardentem/ob similem figurā dicimus. Exalatio autem ad hanc
aeris regionē eleuata: si eque subtilis in omnibus partibus fuerit: sed

RERVM NATVRALIVM

rara pars post partē inflāmur & euolat. ad modum scintil-
larum a fornace euolantiū: unde & nomē accipiunt. Si ve-
ro huiusce exalatio multū cōpacta: & equalit̄ extensa inflā-
matur: impressio fit quā candelam accensam dicunt. nā & si
eiusdem longitudinis sit cuius & altitudinis: ob nimiam tamē
distantiam oblonga ad instar candelę apparet. Si autē talis
exalatio ob materię paucitatē equaliter extendi nō possit: in
flāmara sursum tendit. & generali noīe asubascendēs noīa-
tur. hę sunt q̄ in supmo aeris intersticio impressiōes generā-
tur: mediū pcurramus. Vnde si exalatio mediocriter calida
fuerit: mediā aeris regionē nō transgredit: sed in eadē subli-
stis p̄ frigus circūstans fortificatur: & accensa fit impressio
quę asubdescendens appellat̄. inflāmata em̄ descendere vi-
detur: qm̄ a nube frigida deicit. nōnunq̄ etiā in descensu a
nubibus frigidis extinguit̄. qñq̄ donec unā p̄transeat occul-
tatur: rursumq̄ apparet. Ad inferius aeris intersticiū descen-
damus. Exalatio em̄ debiliter calida: in aere qui circa terrā
est subsistit. quę si multa fuerit & dispersa: p̄ frigus noctur-
nū circūstans impellitur: & se fortificando inflāmat: & pars
inflāmata sursum salit. unde & capra salrans dicit̄. apparet
em̄ ac si stupa accensa p̄ cannā sufflaretur. Si autē exalatio
hec continua sit & nō multa: accensa ad instar stelle decidit &
quādoq̄ post se vestigiū relinquit. Si vero multa sit & bene
cōpacta accensa in aere stat: & hoīem transeuntē: aerq̄ im-
pellentē aut sequitur aut p̄cedit. Hęc autē ignis fatuus dicit̄
& frequentius circa patibula: cēmiteria: aut cognas ubi visco-
sitas multa est videt̄. Si vero exalatio multa fuerit & īqua-
lis in subtilitate: in utroq̄ extremo: quod subtilius est ascen-
dit: grossius autem in medio similitudinē facit ventris: cuius
unū dictorū extremorū caput: aliud cauda iudicat̄. & si circa
unū extremorū nubes frigida fuerit: ipsū ex nubis humore
fumat: totaq̄ hęc impressio dracovolans ignē aut fumū spirās
appellat̄. Per hęc si q̄ alię ignitę in aere conspiciant̄ impres-
siones facile diiudicari possunt: nec loca earundem ita determi-
nasse volui: ut alibi generari nō possint. Ex his etiā q̄ in eo-
dem intersticio fieri habent quędā in suprema eius partē q̄
dam in medię alię in inferiore generantur.

De materia efficiente loco & tempore impres-
sionum aquosarum. Ca. ix. DLS.

Citū dignissima hęc sunt: quibz eorū q̄ vulgo appa-
rent mirabilia rationes naturales assignare possum⁹
Ad aquosās igit̄ sermonē vertas. MA. Aquosarū




regionis
ignitę me-
die

regionis
ignitę in
fime

LIBER .IX. DE ORIGINE

impreſſionum materia eſt vapor. Cauſa effectiua remota calor ſolis & aſtrorū .propinqua autem actio qualitarū primarū. Tempus eſt hyems ſi frigus conſtrictiū in ea non abundauerit. Locus eſt aeris in terſticium medium & inſimū: ſimiliter & uenter terrę in quo cauerna & meatus varj ſunt: in quibus induſi vapores fontium & fluminum cauſę ſiunt. ut infra declarabitur. nunc modū generatiōis aquoſarum tangamus. **DIS.** Probe.



De Grandine. Capitulum decimum. **MAG.**

Impulſio & **Grando**
aquorū in
ſpeciali in aquā uertere & inſpillare incipit. Frigus aut quoniam magnū eſt: partes iam in guttas verſas & fluētes cōgelat: & grandinē magnā vel panuam: ſecundū frigoris & vaporis diuerſitatē generat. Nonnunquē etiā vapor in media aeris regione in guttulas conuertit. q̄ cadentes in infima regione per antipīſtūm (eo q̄ hac regio calida ſit) cōgelant: tūc grando angularis & ex multis guttulis cōgelata cernit. imagines autē aut hominū aut beſtiarū in grandine ſi quādo reperiunt: ab influentijs ſtellarū cauſate ſunt. Pili autē in eo reperiunt: in uapore eleuantur. Quę autē alij gnāt angulos p cōfricationē in defectu amittit & rotunda cōſpicit. Figura tñ naturalis grandinis ſcricularis eſt: eo q̄ frigus circūſtans magis ad latera uaporē contrahit q̄ ſuſum aut deorſum.

Figura
grādinis. **DIS.** Cur hęc impulſio in uere frequētius quā alijs anni tēporibus

RERVM NATVRALIVM

generatur MAG. quia ver calidum est & humidum: gñationi & elevationi vaporis aptissimū. Estas aut calida & sicca: vaporē exiccat. Hyems frigida: similiter & autūnus multotiens ab inferioribus vaporē resolui nō sinunt. Est em vapor materia grādinis multū calidus: ideo rarus & a frigore circumstante citius penetrabilis & cōuertibilis: unde etiā fit: ut aqua calida hyemis tempore, frigori exposita citius congelerur q̄ frigida.



De Granulis & Niue. Capitulum undecimū. DIS.

Granula.

Ranula aut q̄ in madio & aprilis p̄ius cadunt unde gñantur. MAG. ex eadē materia ex qua generatur grando minus tñ calida: in mediū aeris intersticiū eleuata / in loco tñ balliori q̄ sit locus grādinis / per frigus in guttulas cōuersa: quę ante earundē casum aut cōfluxū extrinsecus ad modū grandinis cōgelant: intrinsecus autē ppter frigoris defectū molliores ad instar niuis pmanent / & rempōib⁹ dictis in climatibus sexto / septimo & principio octauī cadūt ppter q̄litatē cōueniennā. DIS. nix vero unde fit. MAG. ex vapore calido & humido virtute solis & astroꝝ ad infimā ptem mediū intersticiū aeris eleuato / quē ppter sui raritatē / circūstans frigus ingredit / in aquā resoluit / & simul tempore ad modū lanę carptę cōgelat. Accidit autē istud frequētius tēpore hyemali remisso frigore / unde & talis aeris humidū qd calidius est & viscosum non expellitur sed niui mollicie & ouibus alimentū prestat. Sepe etiā nix dum p infimā aeris regionē descendit calore ibidē exiēte in aquā resoluit. unū qd in vallib⁹ pluuia / sup montū iuga nix eodē tempore cernitur.



De Pluuia, Capitulum duodecimum. DIS.

Pluuia

p Luuia autem quo modo generatur? MAG. Cum virtute so-
lis & astrorum vapor calidus/humidus/fumofus/& grossus
ad supremā partem infimi aut inferiorē partem medi intersti-
tū aeris eleuatur/a frigore circumstante in nubē & nubes in aquam
resoluit/& ob grauitatē cadit. Guttatim vero ad terram usq; peruenit
Imber que si cum impetu ceciderit imber dicitur. guttē autē maiores q̄ non/
nunq; sole lucente cadunt bassius in aere generantur. DIS. unde
Pluuia ru- est quod aqua pluuialis nōnunq; rubea videt? MAG. ex adusta
bea. & sicca terrestri terra: que vaporibus tempore calidiore pmiscetur.

DIS. Sed vermes in imbre decedentes unde gñantur? MAG.
nōnunq; minuti & imperfecti virtute solis in vaporib⁹ eleuanti & in
nube actione celsiore perficiunt/interdū autem ex materia secunda
& gñationi vermiū apta/ eleuata cum vapore in nube cooperatibus
lumine & calore cœlesti procreantur.

¶ mes cū
pluuia ca-
dentes

De Rore. Capitulum tredecimum. DIS.

Ros.

r Oris generatio que est? MAG. Ros generatur ex vapore
debiliter calido/grosso & humido non multū a terra in infima
aeris parte eleuato/per frigus nocturnū cōdensato/& in aquā
resoluto, uti in simili videre est in vapore de vase distillatiōis ascendē-
te/qui in alembico supposito in aquā ratione frigoris conuertit. Ca-
dit autē frequentius circa crepusculū. tunc enim aeris infima regio est
fugidior. DIS. unde est q̄ nōnunq; (ut aiunt) oues irroratis herbis
paste moriunt. MAG. Cum vapor de humido aereo quod visco-

RERVM NATVRALIVM

Manna
Laudanū

Alber. ma
gnus tra
ge phig.

fuma est & dulce multum habuerit/in rotem resolutus & herbis adhe
rens/ adueniente solis calore decoquitur/ aquositas consumitur/ reli
quū ad modum farinę albę aut zuccari in follis relinquitur. & man/
na dici solet. per easdem etiā causas laudanū in aere generatur. oues
itacē dulcedinis auidę plus q̃ naturę conueniat comedunt. unde
& fel in ipsis nimia cholera (cui⁹ ille ros fōmētum est) repletur nim
pitur & effusa cholera intestina roditea unde & ouis moritur/nōnunq̃
etiam ex tali rore epar opilatur & sic mors ouibus accidit. horū ex/
perientias se uidisse Alberthus magnus testatur.

oues d' ro
tis dulcedi
ne mori/
uncur.

De Pruina. Capitulum decimūquartū. DIS.

Ruinę generatio qualis est? MAG. Talis ferme qualis & ro Pruina
p ris. DIS. Ferme cur addis? MAG. Nam ad generationē
pruinę requiritur frigus intensius / q̃ sic frigus in generati/
one roris ut vaporem calidum non modo in aquam resoluat: sed &
resolutum congelat. Huius generatio ad sensum patet tempore hye
mis/veris/aut autumnū circa pilos animalium: ex vapore calido/de
ore aut corporibus eorundem exeunte. DIS. Aperissime & igni
tas & aquosas impressiones descripsisti/ad reliqua p̃gamus. MAG
Siste paulisper/nam nondum omnes quę in superioribus in aquo
sarum ordine numeratę sunt transcurrimus. DIS. Quas non?
MAG. Fontes & flumina. DIS. Verum quidem: sed hęc me/
mori exciderant.



LIBER .IX. DE ORIGINE

De Fontium & fluminum origine & perpetuitate, Capitulum .xv. MAG.

locus ori
ginis & æ
manationis
fontis

de perpetui
tate & de
fuit fontis

fontes fiunt
frigidio /
res in æsta
te & cali
diores in
hyeme
un fontium
diuersitas

Enter terræ ut præmisimus / concauitatibus & meandibus quæ
si visceribus plenus est / in quibus (quoniam vacui esse non
possunt) vapores sunt eleuati a terra: qui cum in lateribus ca
uernarum in aquam resoluuntur guttatim distillant / riuulos efficiunt
qui undiquaque in loco bassiore confluentes / tandem ærumpentes fon
tem faciunt. DIS. Decliuior itaque est locus æmanationis &
originis. MAG. Etiam naturaliter autem in valle opposita ascen
dere possunt atque fontales ad altitudinem loci generationis. Altius autem
si artis instrumento scandunt violenter fit: ne in natura vacuum re
linquatur. ex eadem quippe causa nonnunquam in iugo montis / fons
scaturire cernitur: cuius aque per cauernas quasi per cannalia quæ ar
te fiunt in sublime feruntur. DIS. Sed unde est quod quosdam semper
æqua mensura manare / quosdam vero hyeme crescere: reliquos autem
æstate minui aut penitus deficere cōspicimus? MAG. Id ex dispo
sitione montis seu loci originis & qualitatum mutationibus accidit.
Montes equidem solidiores quorum cauernas aer exterior facile in
gredi non potest perhenniores aquas æuomant / prioribus etenim
vaporibus in aqua resolutis: ne sit vacuum mox resoluuntur alij /
quibus rursus in aqua conuersis semper alij succedunt. Montes ve
ro porosi vapores non cōuenient. & aerem exteriorem (maxime autem
æstatis tempore) exiccant recipiunt cum calore exiccante: ut nec va
pores: nec frigus conuertens retineant. accedit ad hæc actio influen
tiæ exiccatiuæ: quæ nunc in illo / posthac in alio prædominatur loco / ex
rotatione celorum. unde etiam paludes in terram fertilem conuertunt.
hyemis etiam tempore cum pluuie multe sunt accidentaliter hi fontes
augentur. DIS. Sed calor in hyeme & frigus in æstate fontis unde
æueniunt: cum potius contrarium accidere deberet? MAG. Causa
huius ex fortificatione frigoris cauernarum terræ accipitur. Hyemis
equidem tempore cum perexterioris frigoris pori terræ constricti sunt:
exalationes calidæ exitum non inuenientes / clausi resistunt & vapo
res: simul & resolutas aquas calefaciunt in quarum ægressu & exalare
videntur. In æstate vero pori aperti sunt & exalationes respirare po
ssunt. Frigus autem cauernarum propter exteriorem caliditatem per
antiparistatim fortificatum fontales aquas in frigidat. Eadem causa
etiam celaria æstate frigescunt & hyeme calefiunt. DIS. Assensio.
sed dic quæso unde thermis tanta caliditas & fontibus tanta diuersi
tas in colore: sapore: & varijs effectibus innascitur? MAG. Thermæ
calefiunt quia circa mineras sulfureas & accensas fluunt. Fontium autem
diuersitas est / ex varia primarum qualitatum permixtione influentiarum



concurſu: minerarum quoq; & terrarum per quas tranſeunt diuerſi-
tate. Eorum vero quæ mirabiliſſima videntur rationem particularẽ
reddere difficiliſſimum. Eſt enim ut recitat Aurelius Auguſtinus lib.
21. de ciuitate Dei fons apud Garamantes in die tam frigidus ut bi-
bi non poſſit: in nocte autem tantę caliditatis ut tangi nequeat. Eſt &
alius in Epiro qui accenſam faciem extinguit: extinctam autem accẽ-
dit. horum ratio ut aiunt viſ eſt naturæ: aut potius voluntas dei.
DIS. Hæc igitur tranſeamus. quos autem pro uſu noſtro meliores
eſtimas edicito. MAG. Meliores ſunt (ut philoſoſi aſtruunt) leuioreſ
in pondere/putiores in ſubſtantia: nõ ſtantes/ ſed continuo ſuper lu-
to puro ad orientẽ profluenteſ. DIS. Ecce in fontium naturas di-
greſſi/ cauſas fluminum tranſiuimus. MAG. Fluminum cauſe eẽ
dem ſunt q̃ & fontium. Flumen equidem fontium cõcurſus eſt. un-
de ex fontibus Ior & Dan q̃ ſunt ad radices Libani: fluui⁹ Iordanis
e quibus & nomẽ habet efficitur Idem de fluminibus terrę noſtrę in
prompto eſt videre. DIS. probe. Sed q̃rſum flumina iugiter la-
bentia pueniũt. MAG. Oĩa liberioris aquę maris ſc; ſinus intrant

Fõtes me-
lioſes

generatio
fluminũ.

LIBER .IX. DE ORIGINE

ait Sapiens. **DIS.** Mare igitur ex his auctum terminos proprios transgredietur: contra id Psalmigraphi. Terminum posuisti quem non transgredientur neque conuertentur operire terram. & Dominus ad Iob. Quis condulit ostijs mare & infra. Circumdedit illud terminis meis & posui vestem & ostia & dixi. usque huc venies & non procedes amplius & hic confringes rumētes fluctus tuos. **MAG.** Propter hæc quidā flumina aliqua per oculos terre meatus a mari exire / rursus in alia parte illabi affirmat. Nonnulli vero mare fluminibus auctū rursus continuo Solis & aliorum astrorum feruore per eleuationem vaporum minui asserunt. & utrumque sustineri potest. Ait enim scriptura. Omnia flumina intrant in mare: & mare non redundat. ad locum unde exeunt flumina reuertuntur: ut iterum fluant. Quæ autē per se adducuntur scripturę: testantur diuini id esse operationis / non nature: quod maxime in eo apparet / quod fluctus undosi maris tanquam montes aquarum insurgentes impetum suum ad litus illidunt & constitutos terminos custodiunt.

Psalm. 103.
Iob. c. 18.

Ecclesi.



De maris falsedine / fluxu & refluxu. Capitulum sedecimum. **DIS.**

Via ad mare sermo noster defluxit: causas falsedinis / quotidiani fluxus & refluxus eiusdem / si in promptu sunt pandas. **MAG.** Salsedinē maris puenire ex p̄mixtione sicci terrestris adusti virtute solis eleuati atque vaporibus humidis maris incidentibus p̄mixti: vulgatum est. ex simili equidē causa aqua per cineres colata amara

RERVM NATVRALIVM

fit. Accedit ad hoc qd ardor solis dulciores leuioreſq; aquas continuo
 eleuat terreſtre ita vbi reſiſtis; hæc equidem ſeparata debite aquas
 maris dulces relinquunt. ſicut nouerunt qui p vas cereũ clauſum miſſum
 in mari aquam dulcem per poros inſtillantẽ recipiunt. Flumina quo
 q; ſi que de mari egrediuntur / per arenam & terrã colata / nō amara
 ſed dulcia ad nos perueniūt; & dulcia continuo reintranda reſiſtunt / ne
 mare ſemp amariuſ & magis ſalſum fiat. Sunt tñ qui ipſum a primor
 dio amarũ creatũ aſſerunt. DIS. De fluxu autẽ & refluxu maris
 qui eodẽ die curantur his aut quater fieri ſolet: quid aſſerſ? MA.

Mare fit
 dulce.

Macrobi⁹

Huius cauſa ad lunã humidorũ dominatricẽ referẽda eſt: ad ipſius eg
 dem cremenũ & decremenũ humores pene vniuerſorũ mutari certũ
 eſt. unde luna ſub ſole currente (quod in nouilunio euenit) lumen vtrũ
 uſq; impeditũ aerẽ ſubũſare nō poteſt: qui ingroſſatus in aquã verũ
 fitq; maris cremenũ in ſubſtãtia. qd effluxus neceſſario cõmittitur.
 Luna vero in oppoſito ſolis conſiſtẽte qd in plenilunio contingit totũ
 lumẽ ſuũ inferioribus trãſmittit: nec ſolis lumẽ quo minus maria re/
 ſpiciat. phibet. Hinc aqua maris: q ob ſui groſſitiẽ vapores cõdinet ra
 reſcit / aſcẽdit & effluit ad inſtar lactis calefacti. Eſt autẽ hoc cremenũ
 non in ſubſtãtia ſed accidẽte p rarefactionẽ. In quarũ autẽ interpoſi
 tis nũc creſcit & nũc diminuit ex cauſis ſiſtibus. unde in prima quarta
 lunationis decreſcit mare in ſubſtãtia. in ſecunda augmentat accidẽta
 liter rarefactionis via. In tertia rarefactio decreſcit ppter luminis de/
 cremenũ. in quarta q iã ſoli appropinquet rursus ſubſtãtia maris auge
 t per aeris inſpiſſationẽ. Quãtũ autẽ ad qrtas diei naturalis / mare lunę
 motũ imitat. Dũ em luna ſup orizonta verſus cõli mediũ aſcẽdit: cre
 ſcit & fluit mare. luna vero a medio cõli ad occaſum declinãte decre/
 ſcit mare & refluit. Rursus luna ab occaſu verſus angulũ noctis pgre
 diente / mare creſcit & fluit. ipſa autẽ ab angulo noctis verſus orientẽ
 aſcẽdente / decreſcit & refluit. DIS. Si fluxus maris motũ & lumen
 lunę imitat / maria ſupra orizontẽ a q incumefcũt & fluunt / luna ſub
 orizonte gradient? MA. Sequunt motũ ipſius lunę concurrente lu
 mine a ſtellis & parte cõli oppoſitis reflexo. ea autẽ ſupra orizonta mo
 tũ idẽ ſit lumine directo & modo fortiori. virtutes em reflexę debilio
 res ſunt virtutib; directis / q; ab origine ſunt magis elongatę. DI.
 Ex hoc ergo ratio patet: cur nũc fluxus diurni / nocturnis ſunt fortio
 res: nũc debiliores: & ecõtrario. MA. Non tñ ex iã dicto: huius cau
 ſa ſumĩ põr cũ reflexum lunare lumẽ tãtũ vigoris non ſit: ſed ex pãctis
 de cremenõ ſubſtãtiali & accidẽtali. Inſup & ex diſtãtia aut ppinquã
 te maiore. unde luna exiſtente in auge ecẽtrici & epicycli / fluxus de
 biliores ſunt: eo q tunc maxime ſit elongata a terra. In oppoſitis ve
 ro partibus terre maxime eſt ppinqua: ideo tũc fluxus ſunt fortio
 res. Similiter ſi luna in circulo meridiano ipſi zenith fuerit magis pro
 pinqua. Cooperantur ad hoc ſtellę fixę quibus luna coniungit ſimi


Flux⁹ &
 refluxus
 maris.

LIBER .IX. DE ORIGINE

liter & planetarū concursus & mora super horiſōta. Vnde ſi taliū plu-
res cauſe coierint/ nōnunq̃ diluuiū periculate efficiūt. Sic & nonnulli
diluuiū generalis cauſas assignare conati/plurimorū planetarū concu-
rum in Cancro calculatiōibus ſe inueniſſe dixerūt:at vero illud ſine ra-
tione/cū huiuſcemōi cōſtellationē ducētis & amplius annis diluuiū p-
ceſſiſſe compertū ſit. DIS. Vnde autē eſt cū dictę cauſe non rātū mare
ſed etiā cetera flumina reſpiciāt:ea tñ intumeſcere nō faciunt? MA-
p̃ter dictas cauſas accedit etiā aquarū diſpoſitio: q̃ eſt ſpiſſitudo/ſalſe-
do:& in uno loco ſtatuſ tepore longo, p̃ ſpiſſitudine aq̃ ſpiritus con-
ceptos fortiter retinet & in ſpumam vertitur. a ſalſedine generalē ha-
bet calorem & a ſtatu in uno loco multorū per ſolem recipit ſpirituū
generationē. Hęc quia nō in omnibus maribus eque fortia ſunt/nec
in fluminibus dulcibus repiunt/ideo fluxus & reſluxus in maribus
non eſt equalis:& in fluminibus aut nullus/aut ita modicus ut pci-
pi facile nō poſſit. Sic & mare mortuū p̃pter nimiam eius groſſiciem
a lunę influentijs moueri nō poteſt, dicit Albertus. Horizon autem
quia ubiq̃q̃ locorū variat̃ accessus & reſceſus in marib⁹ variari ne-
ceſſe eſt. Sunt autē q̃ morib⁹ oceani alias ab his q̃ poſitę ſunt rōes af-
ferūt, aiunt em̃ in mari abyſſu, pfundiſſimā: de q̃ rupi ſunt fontes
abyſſi &c. Iuxta quā & cauem⁹ nō p̃uēt in quib⁹ de ſpiramēte aquarū
venti concipiunt. qui aquas maris p̃ patentes terrarū cauernas in aby-
ſſum attrahūt:& ea exundante rursus magno impetu repellūt. Hos
autē ventos: ſpūs procellarū intelligūt/q̃ ab inſluxu lunę/& ne vacuū
ſit in natura frequētius mouent̃, alias cauſas breuitatis gratia tranſeo

Albertus

Plinius



RERVM NATVRALIVM

De terre motu. Capitulum. xvij. MAG.

X his etiam tremore terre prouenit. Cū em̄ in visceribus terre va-
pores obstructi exēdi locū nō inueniūt: in die p̄ radios solares
calefiūt & subleuant̄: rursus aut̄ p̄ nocturnū frigus ingrossant̄
& utroq; mō mori exitū querētes latera terre & cauernarū cōcutiunt/
nōnunq; etiā rumpūt: & terram tremere faciunt. sepius aut̄ in nocte.
Quod si exitū nō inueniūt: nōnūq; terrā ad modū mōticuli aut collis
gleuāt: quā si rumpūt cineres & lapides eijciūt. Foveas magnasq; vo-
ragines causāt: q̄ si circa flumina eueniūt: ripa ad distantiā aliquā tota ab-
sorbēt. Si aut̄ in alueo exierit hī indulsus spūs aquā extra terminos riparū
efficiētes p̄ticulare diluviū efficiunt. DIS. Sane. sed ob quā causam
nōnunq; pestis terremoto cōmittat̄? MAG. Spūs hī indulsus si ve-
nenosus fuerint: exētes aerē corrūpūt & inficiūt: ex q̄ pestilentia p̄ticu-
lare saltem in locis ubi hęc accidūt sequi necesse est. DIS. Fortasse il-
lius ecclesia meminit in b̄ndictiōe salis & aquę: cū dicit. nō sit tibi spūs
pestilēs & aura corrūpens. MA. nimis: cū & p̄ates tenebrarū his
s̄bitibus multoties utantur: aut ut homines ledant in corpore: aut
sensus alienent & visionibus decipiant. Ab his nōnunq; oculi & vul-
tus eorū qui subterraneos specus aut antra ingrediunt̄: immurantur
maxime autē eorū qui a demonibus responsa accipiunt: quæ in hu-
iuscemodi antris dare solent. Sed hæc eo loco satis discutienda sunt
quo necromanticorum figmenta confutabuntur.

colles fiūt

diluvium
p̄ticulare.
pestis seg-
tur terræ
motum

De Ventis. Capitulum. xvij. DIS.

Vm & a talibus cauernis montiū venti egrediunt̄? MAG.
nō omnino inficior. Vētus em̄ ut parebit exalatio est calida &
siccā: quā etiā in visceribus terre ḡnari certū est: q̄ egressa & late-
raliter circa terrā mota vētus nōiatur. DIS ad hoc fortasse alludere
videt̄: q̄ Virg. Aeolū cuspide laterib⁹ mōtis infixa educentē ventos
scribit. Et illud dauidicū. q̄ p̄ducit vētos de thesauris suis. Sed edictio
cōtem vētorū originē. MA. vētus ut p̄missum est Exalatio est calida
& siccā lateraliter circa terrā mota. Cū em̄ calida sit aeris regio: &
trāsire nitit̄: frigus aut̄ medię reḡiōis obuians eā deñcit: q̄ (ratione ca-
loris q̄ fortius in ea p̄pter terrestreitatē teneē) reascēdit: & rursus a fri-
gore cū impetu versus terrā deñcit: p̄pter calorem aut̄ q̄ semp in altiora
tendit: s̄p̄ & p̄pter aliarū exalationū occursum nō directe versus faciē
terre sed lateralit̄ mouet̄ & vētus / spūs / seu flatus dicit̄. Dauidis aut̄
dictū glosa exponit de oculis causis. DIS. Cur aut̄ hęc exalatio cū
calida sit non ut hęc e gbus ignitę fiunt imp̄ssioēs accendit̄? MAG.
p̄pter unctuositaris carentiam de qua si quiddam habuerit nōnunq;
accendit̄ & vētus fit quē gr̄ci Τυφων a πο Τυφω id est incē
do nominant. Hic fit dū exalatio terrestris unctuositaris nō omnino
expers: in nube conclusa per foramē egreditur: & pars egressa a ter-
ra resiliens: rōne caloris reascendens: p̄ alteri descendenti circulariter

Ventus

Virgilius
æneid. 1.
psal. 34.

Typho

ec h̄

LIBER .IX. DE ORIGINE


involuitur / arbores quādoq; eradica: testa atq; edificia alta deſcēda
& inflāmata ad inſtar rotæ ardentis apparet. Si vero exalatio tota ſit
Ethnephias aut villas cōſumit / & a vulgo diluviū ignis: & ab alijs ethnephias dici
as ſoler. Cum autē duo venti oppoſiti & que fortes cōcurrunt: aut unus
membris originaliter descendere intelligimus. Manifestū ramen in
supflua eius pmissiōe corpus totum debilitari/ ac tandē emori: quod
heū multis euenit: qui facti sunt sicut equus & mulus quibus non est
intellectus. Cum em sit ex substantia alimentī ultimi utilis & vitali p-
fusa spirituum eius inordinata deiectione alimentū membrīs & vita cor-
pori subtrahitur. Multū itaq; coeuntes citius deficiunt & moriuntur
ut patet in passenibus. Eunuchi vero teste Galieno diutius viuere pos-
sunt. Sed de hac re post hęc si placuerit: medicorū libros diligentius p-
spicias: nunc quod cepimus sub breuitate percurramus.

De formatione corporis humani in utero materno. Capitulum. xxxviij. MAG.

formatio
corporis
humani

Eminibus itaq; viri & mulieris decisis/ & in matrice formellę re-
ceptis/ uniuē uniuē uirtute & actiōe qualitātū alterant. & ut
philici dicunt: diuus quoq; Augustin⁹ li. 8. q. q. 56. testat: in
primis sex diebus totū quasi lactis aut spumę formā accipit. sequēti-
bus tribus est inceptio lineaz & punctorū vesicularū. post hęc dieb⁹
sex penetrat in toto sanguinitas. Sequētib⁹ duodecim solidatur in
carnē & extendit humiditas nuche. Deinde post dies nouē separatur
caput ab humeris & extremitates a lateribus & ventris: & usq; ad p-
fecta mēbroꝝ lineamenta format: ut q̄tuor sequētib⁹ diebus sin-
gula discerni possint. Primū tamē membra principalia formantur q̄
sunt cor/ epar/ cerebrū & serueria. ut umbilicus: stomachus: testicu/
li: de hinc his propinq. ultimo manus pedes & reliq. Constat em hu-
manū corpus multis diuersisq; mēbris videlicet: venis: neruis: arterijs


Therē
Ienucha

Gene. 1.

2. philic
Aristo
de gener

Galienus

RERVM NATVRALIVM



LIBER .IX. DE ORIGINE

lacertis/musculis/ollibus/cartilaginibus/adipibus/carne. cute in/ super & quatuor humoribus: quibus Sanguis: Flegma: Cholera & Melancholia. Ex his autē cetera quibus sunt cor: epar: cū alijs in humana effigie cōspectis: constant quā creationes p virtutes quas quidā digesti uā/ formati uā/ assimilati uā & cōcauti uā nomināt: speciali⁹ distīnguere epitomatis breuitas fastidit. Verū tñ hoc silētio trāsire nō licet q̄ organificatiōis motus sūt & partus tēpora variant / si est calor fortior & cōplexio melior. Vñ corp⁹ viri citi⁹ format corpe mulieris. Sed rursus i utroq; est diuersitas. Nā masculū corpus ad minimū in .35. diebus format. & in tali motus vitalis incipit die septuagesimo: partus vero in mense septimo explet. Si vero corpus q̄dragesima die formatum sit: motus est die octuagesimo & partus in mense octauo: & illi frequentius moriunt. Quod si corpus in .45. cōpleatur die: mor⁹ erit die nonagesimo/ & ptus mense nono. Corpus autē foemelle nunq; añ q̄dragimū diem/ sed cōmuniter q̄dragesimo quinto cōpletur: & in tali motus die nonagesimo/ & ptus mense nono sequitur: qui est cōmunior & partui cōuenientior. Vñ in .2. Machia, c. 7. legamus matrē seprē fratrū unū dixisse. Fili mi miserere mei q̄ te in utero .9. mēlibus poraui. sic Sapiens ait decē mēsiū tpe coagulatus sum in sanguīe. sapiē. c. 7 Si autē corpus .50. die pfectū sit motus in cētesima/ & ptus mense decimo sequit. Natū tñ foemelle corpus citius q̄ masculū cremētū pfectū attingit. Patet itaq; iuxta Macro, doctrinā de somno Scipiois quō dies qui sunt ab hora conceptionis usq; ad diem motus triplicat/ natiuitatis mensem indicant: mēsi cūlibet .30. dies tribuendo. habent enim omnia aīalia certū pariendi tempus scribit Aristot, homine dempro,

Machia

Macrobi

Aristo. 3. de aīalib

De nutrimento foetus in utero materno. De Secūdina & venenositate sanguinis mēstrui mulieris. Capitulū. xxxix. DIS.

Forus in utero unde cremētū sumit? MAG. In muliere grauida cōceptū/ mēstrua cōsuetā fluere desinūt: & in tres partū untur ptes quā: una ad mamillas transiit: in quibus in lacteā substantiā decoquit. Secūda in epate matris pfecte digerit. Tertia q̄ supfluitas est stat donec hora veniat ut expellat. De prima infans natus pascitur/ de secūda in utero foetus a die motus cibari incipit & augetur/ nō tamē eam p os/ sed p venas q̄ in umbilico sunt quib⁹ & materiū iunctus est: sumit. Cū autē hic sanguis mēstrualis optime sit digest⁹ supfluitates nullas/ nisi urinales paucas in alendo foetū relinquit: q̄ inter pelliculas circa secūdinā recipiunt: & in natiuitate simul expelluntur. DIS. Secūdinā quid dicis? MAG. Folliculū in quo foetus cōtinetur & sequēdo cū eo nascitur/ unde & nomē sortitur. hic per cotilidones matri alligat. Est & alijs pāniculus cui nomē biles: qui dimidiā ptem foetus circūdans/ recipit aquositatē urinalē ex vena

secundina

Biles

Hier
sup

Ger

RERVM NATVRALIVM

umbilicali. Est & tertius pāniculus quē abgas nomināt: qui totum fē Abgas
tum circūdat. Neceſſarius eſt autē hic folliculus pter alia: ut fētū a no-
cuius cuſtodiat: maxime vero a ſanguine menſtruo indigeſto: q̄ ſi nu-
dum fētū attingeret: ſtatim necaret. cū & mulieres menſtruoſe ſolo
viſu ſpeculū nouū macula rubea depingāt: & tenerum infantē inſpicere
poſſint. unde & nōnunq̄ guttulę q̄dā ex eo infantē cōtingētes / macu-
las rubeas in ipſo cauſant: quas nec enī p cutis excoſiationē deleri cō-
tingit. Hic ſanguis in viris ppter calorem fortiore ſupflua digerentē nō
eſt: & ſi quod reliquū eſt in pilos tranſit.

De Gemellis / monſtris / & abortiuis ſce- tibus: Capiſulum. xl. DIS.

Vcē dārius q̄ volui tradidiſti. Sed reſtat ut cauſas diuerſitatis
1 ſexuū / gemelloꝝ / monſtroꝝ / & abortiuoꝝ edoceas. MA.
Audidiſti ſeminū cōceptionē eſſe in matrice. hęc autē (ut aiunt)
ſeptem diuiſa eſt interſticijs: quoꝝ tria ad dexterā / tria ad ſiniſtrā / &
unū in medio collocatur. dextera autē ſiniſtris calidiora ſunt: ſimiliter
& ſemen teſticuli dextri / ſemē teſticuli ſiniſtri in calore ſuperat. Si itaq̄
ſemen teſticuli dextri in unā ex cellulis dextre partis ceciderit maſ / ſi
autē ſemen teſticuli ſiniſtri in unā de cellulis ſiniſtre partis recipiatur
femella generatur. Si vero ſemē teſticuli dextri in partē ſiniſtrā cecide
rit: virago concipitur: & cū ſemē teſticuli ſiniſtri in partē dexterā tranſ-
fertur: vir effeminaſ nāſcetur. In mediū vero interſticiū cū ſemen
recipitur: fētus ex utroq̄ genere pmixtus nāſcetur: quē hermaphro-
ditū dicimus. Si autē ſemen ſit multū / & in duas cellulas diuiditur ge-
melli nāſcuntur qui ſi quandoq̄ ſed raro / duplici coitu cōcipiuntur
Similiter ſi ſemen plus debito aut deficiat: aut abundat: aut in debito
ordine cōcipiatur: aut diuerſę ſpecies cōmiſceantur. velet itaq̄ ſi coitus
ſup coitum ſecū dum iteratur / fētus mōſtruoſus nāſcetur. Fētus autē
nōnunq̄ ex inordinato motu / ſaltu / cibo / potu / vehemēti terrore ma-
tris: alijs quoq̄ pluribus cauſis ante aut poſt completā organiſationē
interficiſtur: qui eiectus a matre abortus ſiue abortiuus dicitur. Lepro-
ſi
Hierony. ſi vero & elephantici (ut ait Hieronymus ſup Ezechielem) tunc nāſcū-
ſup ezech. tur: cū vir cum muliere tempore menſtruoꝝ cōmiſceſtur cauſas alias
ſi q̄ ſunt non excludit. DIS. Eſt & aliud cuius cauſa pandas quaſo
unde ſcilicet infans nōnunq̄ plus uni parentū q̄ alteri: interdū vero
nulli aſſimilatur in effigie. MA. Huius rei cauſam non oēs eandem
aſſerunt. Sed ſi rē ppenſius conſiderabimus: aſſimilationis cauſas / vir-
tutem generantis calorem / fortitudinē / & imaginationē inueniemus
Gen. 30. Quorum vltima / patriarcha Iacob in diſcolorandis ouibus nō im-
uide p varietatē virgarum uſus eſt. Inhaſerat em̄ (ut ait Auguſtinus)
animæ illoꝝ diſcolor fantaſia ex contuitu variarum virgarū p oculos
impreſſa: quę nō potuit niſi corpus quod ſic affecto ſpiritu aiabāt /

LIBER .IX. DE ORIGINE

ex compassione cōmixtionis afficere/ unde teneris fortū primordij colore tenus aspergeretur. Sic repertę sunt mulieres q̄ æthiopes nigerrimos perent/ cum uterq; parens candidior esset. quia tales imagines in cubilibus depictas coitus hora cōtemplabantur. Quod autē de virtute generantis/ calore/ & fortitudine semini dictum est: nō modo de matre/ sed etiam de patre intelligi debet. Mulier equidem/ nō modo passiuę (ut quibusdam visum est) verū etiam actiuę ad prolis generationē concurrat. teste Aristoteli. li. de animalibus. Artamē semen viri actiuitatis maioris reperitur. in eo namq; igneitas & aeritas. in semine vero mulieris aqueitas & terrestritas vincit/ unde sperma viri se habet ad sperma mulieris ut coagulū ad lac. ob id dictum est Sperma viri qualitati/ & sperma mulieris quantitati infantis congruit. Hęc autem missa facientes: in partu huic libro finem imponamus.

De Partu infantis. Capitulum. xli. MAG.

Vm itaq; infans tempus suum in utero materno expleuerit/ nunc cū mero supradicto: natura instigante fortitudine sua nervos quibus matri alligatus est embrio rumpit/ viā quā conceptus est super caput/ manibus super coxas extensis/ mundum grummosum ingreditur. Interdum vero nō sine periculo in satris/ aut pedibus aliqui nascuntur/ & tales nisi sagax obstetrix venerit cōmuniter periclitantur. DIS. Quā dere infans mox natus doloris & fletus vocē emittit? MMG. quia frigus inconsuetū sentit. & crudas tenerrimę carni admouere manus abhorret/ quemadmodū caro lauciata. unde in aqua calida positus cōpescitur. Aut quia quid malorū ingressus sic propheta quodāmodo. unde & matrem A/ scemellam vero E/ vagire dicunt: quasi pthoplastos nostros Adam & Euam inculpantes: qui & sibi & nobis iustitiam originālē ammittentes has miseras meruerunt. Solus autem Zoroastes (ut refert Augustinus) natus risit. nec ei boni monstrosus risus ille portendit: nam magicarū artium perhibetur fuisse inuentor: q̄ quidem illi nec ad pręsentis vitę vanam felicitatem contra suos inimicos prodesse potuerunt. A Nino quippe rege Assyriorum cum esset ipse Bactrianorum rex bello superatus est. Hactenus de origine rerum naturalium/ & modo nascendi hominum in hanc vallem lachrymarum.


Zoroastes
solus na/
tus risit.

Aristote

Sapient

Augu.
ci. dei. illi
21. c. 14.

RERVVM NATVRALIVM



De sex etatibus quibus tota vita homi
nis metitur. Capitulum. xliij. MAG.

9 Vid autem post hæc circa naturam hominis agatur / pacien
tiæ exemplar Iob clara voce depromsit in hæc verba. Homo
natus de muliere breui viuentis tempore. repletur multis mise
rijs: qui quasi flos egreditur & cōteritur / & fugit velut umbra / & nun
q̃ in eodem statu permanet. Variatur equidem per sex etatis gradus
qui ut scribit Isidorus in ethimologijs: sunt infātia ab ortu infantis
usq; in septennium. Hinc puericia usq; in annum quartum decimum.
Ab hinc adoleſcentia generationi apta usq; ad annū vicesimū octauū
ab eo iuuentus omniū etatum firmissima usq; in annum quinquage
simum. Grauitas q̃ est dedinatio a iuuentute in senectutem anno sep
tuagesimo secundo finitur. post has quantumcūq; vitæ est senectuti de
putatur. Hinc & regius propheta. dies annorum nostrorum septua
ginta annis: Si autem in potentatibus octoginta anni: amplius eorū
labor & dolor. Hæc de hominis ortu: scire perutile / ignorare vero tur
pe: quis est qui ignoret? Caterum si quid aliud te moueat / alio volu
mine cōmodius pertractabimus. Nunc iuxta illud Ambrosianum
Artus solutos: nocturna quies laboris reddat usui / mentēq; fessas
alleuctuale, DIS. & tu semper bene valeas.

Finis libri noni.

Iob.

Isidorus
ethi. li. ii.

Psalmistæ

Ambros.

Aug.
demi.
idē ubi
pra. c.
Emp.
des
Enicat

Arist.
i. po.

**Liber decimus de Anima & potentijs eiusdem
Tractatus primus. De opinionibus phōræ circa
naturam animæ. Capitulum primum. DIS.**

Alue præceptor colendissime. MAG. Ectū semp saluus
sis fili. Vnde est q̄ p̄ter solitū ante Solis ortū gressu celerā ad
uenis? Sane ne oīa q̄ hesternō vesperi de humani corporis
generatiōe disseruimus intelligis? DIS. Sane oīa: ut vide
re videor. Vnum est autē me iudice scitu dignissimū: de cuius natura
plurima cōiectans: totam pene noctē in somnē duxi: formidās vehe
mentius / ne fortasse id silētiō transire decreueris. Est autē (ne lōgiori /
bus ambagib⁹ utar) q̄d viuētib⁹ vitā & motū p̄stat. MAG. non
ab re hoc scitu dignissimū iudicas: de q̄ ferme totius mūdi sapiētes re
troactis sēculis dubij / diuersa posteris reliquere opiniōis suę monimē
ta. nō q̄ tale aliqd esse dubitarēt. Q uādoquidē (ut ait diu⁹ Augusti
nus li. x. de Trinī.) veni s̄ q̄s dubitat / viuūt s̄ dubitat / unde dubitet me
minicis dubitat / dubitare se intelligit. Sed quę eius natura substantia
ue sit in dubiū versum est. Vnde qdam (inquit Augustinus) id cor
poris animā existimabāt / q̄d amplius valeret in corpore ut Empedo
cles & Ericates opinati sunt. Alij sanguinē: alij cerebrum: alij cor eā
esse putauerūt: alij ex minutissimis indiuiduisq; corpusculis: q̄s artho
mos dicunt: cōcurrētib⁹ in se atq; coherētib⁹ eā confici cōdiderunt
Alij aerem: alij ignem substantiā eius esse dixerūt. alij eam nullā esse
substantiā: quia nisi corpus / nullam substantiā poterant cogitare &
eam corpus esse non inueniebant: sed ip̄am tempationē corporis no
stri vel cōpagem primordiorū quibus ista caro tanquā cōnectit esse
opinari sunt. eorū omnes eam mortalē esse senserūt. quia siue corpus
esset / siue aliqua compositio corporis / non posset utiq; immortaliter
permanere. Q ui vero eius substantiā vitam quandā nequaquā cor
porē sed vitā omne viuū corpus animantē ac viuificantē esse repie
rūt: cōsequenter & immortalem (q̄a vitā carere vitā nō potest) ut quicq;
potuit. pbare conati sunt. DIS. Quę huius dubietatis causā tam
ingens: ut tot eleuata sapientum ingenia attonita redderet? MAG
hec nimirū. quoniā cum omnis nostra cognitio a sensibilibus ortum
habeat. spirituales autē substantiæ / de quarū numero est ea quę viuē
tib⁹ vitā & motū largitur / sensibus non p̄cipiuntur: facile non erat
nisi ex opatiōibus ad substantiā illius cognitio nē dēuenire. unde & ex
his pene omnes positionis suę argumenta sensere. Q ui enim eam
principalē aliquā corporis p̄tūlam dixerūt / inde moti sunt: q̄ ab ea
principalis motū aut sensum originari credebāt. Q ui vero eam fan
guinē / humore / aerē / vaporē / ignem: aut aliud huiusmodi corporis
putauere: cōsiderabant: quia sine calido & humido vitā esse nō potest
Q ui autē ip̄am ex elemētis omnibus aut numeris cōpaginatā tradi /

Opiones
de Ania
in genere
quid sit

Opionū
diuersitas

LIBER.X. TRAC.I. DE POTENTIIS

de re ea ad vim intellectualem, cuius est omnia discrete cognoscere re-
ferebant. Quorū singillatim deducēdi argumēta hic locus nō est: ne
epitoma opus in imensum accrescat: breuibus autē & planis sermo/
nibus ipsam ad mentē peripateticorū quorū principatū Aristotelē tenet
describā: dehinc vero quid religio nostra ex his: presertim autē de in- Aristot.
tellectiua recipiat: quidue respuat cōmemorabim⁹. DIS. Optime.

De quidditate animę: gradibus viuendi, & tribus ani-
marum generibus. Capitulum. ij. MAG.

Anima Aristoteles p̄memoratas de natura aīę positiones li. i. quę de
anima inscribit ēnumerans/eas tanq̃ a veritatē tramite deus
antes abijcit: & consequenter op̄inōnē suā hac definitione ex-
plicans aīę. Anima est actus primus substantialis corporis: phisic⁹ or-
ganici: vitam habēns in potētia. Anima inquit (actus est) id est for-
ma: quia actuat & informat corpus. adiūgit autē (prim⁹) a quo act⁹
secundarij qui sunt operationes vitales: ut sentire videre & similes ime-
diate p̄cedunt. Substantiales vero adiecit: ne animā formā accidenta-
lem crederemus. ut sunt scientia & albedo: sed substantiā p̄ se subsistē-
tem: ex qua & corpore cui iuncta est unum p̄ se ens constituitur. un-
de sequitur (corporis) non autē artificialis ut est statua. sed quod sub-
iungitur (phisici) id est naturalis in quo cū diuersas habeat exercere vi-
tē operationes: partium in situ & figura discretiōnē exoptulat. hinc
additur (organici.) Huiusmodi vero corpus a natura (ut hesternā
luce in calce li. noni docuimus) formatū in potentia est: ut vitā id est
animam recipiat. adiunctum est ergo (vitam habentis in potentia.)
Quod nonnulli ita intelligunt: ut corpus organicum informatū vi-
ta prima/ quę est anima/ in potentia sit ad vitam secundam id est vitę
les operationes scđm diuersos viuendi gradus: qui sunt vegetare: sen-
tire/ mouere scđm locū & intelligere. hos in alia animę definitione ex-
plicans ait. Anima est principij quo viuimus/ sentimus/ mouemur
scđm locum/ & intelligimus primū. DIS. Et hanc expositionē pla-
niores reddas. MAG. Plana esse videtur ex dictis: ni forte hoc te-
moueatur quia nō omne animatum sentit: mouet scđm locum aut in-
telligit. DIS. Hoc ipsum est quod dubietatis scrupulum iniecit. vi-
uentem (ut aiebas) plante: nō autē sentiunt nec progrediuntur lo-
caliter. MAG. Num sentire videntur frigora & calores intensos.
a quibus etiam se contrahunt/ debilitantur/ marcescunt: & nisi horū
excessus temperamentū acceperint totam plantę harmoniā corrump-
p̄nt. quo facto animā eius deficere/ ipsamq̃ plantam ēmoriri neces-
se est. DIS. Ita esse experientia testatur. MAG. Non ergo super-
riorum p̄fectiones omnimodo ab inferioribus negandę sunt. Sicut
enī inferiorum p̄fectiones in superioribus inuentiuntur: gradu ta-
men excellentiore: sic & superiores in inferioribus gradu cernunt ob-

**Gradus
viuendi
alia anīę
definitio**

**si plantę
sentiunt**

ANIMAE VEGETATIVAE

scutiorē in qua re/mira totius uniuersi partū harmonia attendit/ & gratissimę speculationi materia copiose ministrat: sed nunc ad incepta redeundū est. DIS. Non itaq; plantas eo modo quo animalia sentire astruis. MAG. probe. Nec philosophi oēm animā corpus sūm omnibus viuendi gradibus viuificare intelligūt. vegetatiua nāq; viuificādo vegetat. Sensitiua viuificādo & vegetat & sentire dat: cui ut ita plurimū scdm locū mouere coniungit. Intellectiua autē oīm harū pfectiones in se cōplicans: corpus qđ informat: viuificādo vegetat: sensibile reddit: localiter mouet & intelligit. DIS. Tria itaq; animarū genera distinguis vegetatiuū sc; & sensitiuū & intellectiuum. MAG. Recte. verūtū nō omnia simul discutienda suscipiamus: ne ordine rerū p̄termissio singulorū naturas nō explicare: sed implicare magis videamur. DIS. Singillatim igitur hęc percurramus: primum autē vegetatiuam animarum infimam aggrediamur.

De Anima vegetatiua & potentijs eiusdem de nutritiua & digestionibus. Capitulum. iij. MAG.

Nima vegetatiua vis quēdā est in viuētibz: conuertens alimentum in substantiā alia: ut ipsum in esse conseruet: ad quāritatem debitam p̄uehat: & simile in specie generare tribuat. In hac descriptione tres vegetatiuę potētię exprimunt: quę sunt nutritiua/augmētatiua/ & generatiua: quas & actus & obiecta differunt. Nutritiua (cuius sunt tres actus apponere/unire/assimilare: cui & alię quattuor potētię ministrant scdm Auicēnā) p̄ attractiua vi caloris & siccitatis/alimentū naturę alii cōueniēs: potētia hoc aliqd attrahit. Per retentiua vi siccitatis & frigoris attractū donec alteret & digerāt retinet. Per digestiua vi caloris & humiditatis retentū alterat & digerit. Per expulsiua vero vi frigoris & humiditatis digestū impurū a puro segregatū expellit. unde viuens sumptū alimentum dentibus in ore cōterit: contritū stomacho infundit qui missum decoquēs/decoctum magno tuidā intestino qđ duodentū vocant transmittit: id rursus ab illo p̄ intestinū seipmū/ cui coniungunt subriles qđā venę quas misarayas dicunt/ad epar usq; puenit supfluum p̄ longationē egerit. In epate secunda celebrata digestionē/humores quattuor segregant. Quod em calidum & siccum est cholere ruber deferuiēs partim ad cistā vellis: id est cholere: & qđ frigidū & siccū melācholię aptū partim ad splenē. Quod autē frigidū & humidū flegmaticū cōgruum parti ad pulmone (ut nōnullis placet) trāsmittit. Quod v̄o calidum & humidū in epate in sanguinē mutat. Supflūū hui⁹ digestionis p̄ venā kalyn q̄ spinę adiacet ad renes descendit/per quos colatū ad vesicam: & inde p̄ virgam eijcitur. Sanguis in epate generatus per venas maiores ad minores usq; ad capillares ad singula membra diffunditur in quibus ut ita digestus & in humiditates secundas conuersus ea nutrit. hui⁹ tertie

Animarū
gēna tria
sunt.

Aniā vegetatiua.

Potentie
alię vegetatiuę
nutritiua

Digestio
prima

Digestio
secunda

Digestio
tertia.

LIBER. X. TRAC. I. DE POTENTIIS

digestionis supfluitas: partim p sudores emittitur / partim p epar ad vias urine reuertitur: & membrorū dispositionē phisici pertinet inter capedines quas in unali vase considerāt suo modo denūciat. Verūtm̃ quod de humorū segregatiōe dictū est: nō scdm pōsiōnē accipiendū puto, ut nihil cholere melācholice aut flegmatis sanguini admixtū re/ maneant. nā dictos humores iesse sanguini extracto p venas experiētia docet. ex corruptiōe etiā eorundē in venis ægitudines & febres diuer/ sas phisici testant. Vñ in generatiōe humorū naturalū cuiuslibet pars cū sanguine vadit ad abilitādū sanguinē / ad nutriendū mēbra talis de/ noīatiōis cui⁹ humor: sed quidē supior ad mēbra vadit gratia neces/ sitatis & unitatis. ut Auicēna ca. de humoribus. Patet itaq; nutritiua in singulis membris operari q̃dū alicuius viuūt: sed diuerse. nam dū fortis est in principio / plus de alimento cōuertit in alīū substantiam q̃ calor absorpsit. & tunc quidē augmentatio fit. Posthac non plus sed tantum quantum deperditū est restaurat. & est status. Deinde debi/ lior effecta: nec deperditū quidē restaurare potest fitq; alitū corporis diminutio. Demū ea totaliter deficiente ipsum viuens quoq; interire necesse est. hęc causa destructionis eratū. Et si rem ppenius conside/ remus viuens mori incipit. ex quo esse accepit. Humidum nanq; ra/ dicalē membris radicalibus inibitū in quo vita vehitur / restaurari nō potest: sed per appositionē humidū nutritiualis impediri ne cit⁹ consumat. unde quēadmodū in lychino olei pars inibita continua actiōe caloris diminiuit: sed ne subito tota cōsumat p infusiōnē olei quod ignis in pabulum attrahit impedit. Sic & in viuente esse natu/ rales docuere. Paulatim igit humidū radicali deficiente viuens mori appropiat: donec toto absumptio vita ut ignis lucernę extinguitur licet hoc humidū p viam suffocationis factū extraneū / mortē causet sed hæc accidentalē superior naturalis.

De Augmentatiua potentia: & q̃ cuiuslibet rei cer/ tus est terminus augmēti: decrementi: & durationis.

Capitulum quartum.

MAG.

Potentē
augmen/
tatiue.
Incorpo/
ratiua
assimila/
tiua
Vnitiua

Vgmentatiua quod purum est vltimę digestionis & potentia a quantū in alia substantia venit. Subsunt autē eidem potentie tres. Quarū prima incorporatiua q̃ alimentū in longū latum & pfundum extendens: quod cuiq; membrorū deest distribuit: quod plus est aufert / & alteri addit. unde quorūdā viuētiū aliqua mēbra in principio magna sunt: & paulopost minora fiūt. Secunda assimila/ tiua est singulis membris assimilans. Tertia unitiua / quę assimilatiū paribus alitū unit. ut carnem carni / os ossi. & sic de alijs. Calor equi/ dem naturalis continuo agens in corpus viuētis / nōnullas partes cō/ sumit: & sub effera cute poros vaporibus impletos relinquit: hos vir/ tus unitiua expulsiis vaporibus / alimento assimilato obstruit: quod si

Auicenna

oia
crea
exer
ta su
Aug
cui
bro

LIBER. X. TRACT. DE POTENTIIS

tantum sit alimentum partes porosas extendit / partem etiam extre / ^{augmēta}
mitatibus adgenerat. Operatur autem augmētatiua non vi caloris ^{rio natura}
ignei; cuius est digerere / eutrogenia disjungere & homogenia aggre ^{quo mo}
gare: sed vi caloris viuificatiui hoc est naturalis: cui assimilatur calor ^{do fiat}
solis: & vi caloris alteratiui disponentis alimentū ad formam carnis /
medullę: ossis &c. Et hic est calor animalis. Per frigus autem mēbra
coagulat. Per siccum continuat & cōsolidat. Per humidū retinet & ter/
minat. Est autem huius potentię opatio a principio viuētis: donec cer/
tam & suę speciei cōuenientē quantitātē attingat. Omnium em̄ a natu/
ra constantū certus est terminus augmētū & decemētū & durationis
periodus. Ignis autē cremenū & si per appositionē cōbustibilis in in
finitū posse p̄gredi videatur: natura tñ hanc appōem non admittit. Si
em̄ omnia essent aut ignis / aer / aqua aut terra: submotus esset decor
uniuersi: quē in proportiōe quadā harmoniaca prium / & in quātitate
& in quātitate cōsistere ex dictis manifestū est. Non solum autē in ele
mentis / sed etiam in his quę ex elementis cōflata sunt corporibus.
Quod si enucleatis rem perpendimus: ignem nec nutriti proprie ignis non
nec augeri inuenimus. non em̄ idem ignis numero cōburens & ex nutritur
combustibili genitus / sed priore corrupto alius succedit.

**De Generatiua potentia. Quorū sit generare sibi si
mile: & omnia creata / creatoris exeplata sunt in
perfectione diuersa. Capitulum. v. MAG.**

Generatiua alimentū depuratū & in potentia animatū / perse / ^{generatiua}
g minatiua in semen descendit. in quo sunt omnia totius mēbra ^{seminatiua}
nō quidē corporis mole / sed vi causali. Per imutatiuā semen ^{imutatiua}
decisum in sanguinē / sanguinem in carneam & embrionis substan/
tiam transmutat. p̄ plasmatiuā autē (alias informatiuā) singulas pres/
suis figuris & formis discriminat. p̄ calidum quippe & humidū mol/
lia creat. ut sunt caro / adipēs & medullę. p̄ calidū & siccum cōpositio/
ra. ut cor in animalibus: & radices in plantis. p̄ frigidū & humidū ex/
teriora. ut pilos & folia. p̄ frigidū & siccum solidiora. ut ossa & cortices
cēloꝝ accidētibus influētis plasmat. Tempus inceptionis & desini/
onis operationū huius potentię libro p̄cedēti expositū est. Necessa/
ria est autem hęc potentia viuētibus: ut indiuiduū quod se in nūme/
ro cōseruare nō potest / in specie saluetur. Hoc em̄ omnium viuētium
naturalissimū operum Philosophi acclamant. Omnia nempe creata
Creatoris quādam exemplata sunt: in quibus potentia / sapientia / & ^{Grad⁹ re}
bonitas eius ut per speculum & enigma cōtēplatur / in alijs quidem ^{rū enūe /}
clarius. ut in Intelligentijs & hominibus: in alijs minus. ut in ceteris ^{rantur.}
animantibus. In quibusdam vero obscurius. sicut in inanimatis. De
us enim (inquit Aurelius Augustinus li. xij. de ciui. dei) summa essen/
tia est: & alijs esse dedit: sed nō summū / his amplius / alijs minus atq;
gg ij

ola creata
creatoris
exempla
ta sunt.
Aug⁹. de
ciui. dei li
bro 12. c. 2

LIBER.X. TRAC.II. DE POTENTIS

naturas, essentiarum gradibus ordinavit. Vnde in ordine uniuersi vir-
tus virtutum in intellectuabili: hæc in intelligentiali: quæ rursus in ratio-
nali. Hæc in imaginatiua: quæ rursus in sensitua. hæc in vegetatiua: quæ
rursus in minerali. Hæc in elementatiua: quæ demum in chaos confuso oc-
cultata conspicitur. tali nimirum ordine per ascensum / inuisibilia dei per
ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Quid enim (ingridem li. xi. de
ci) non pro suo genere / ac pro suo modo habet similitudinē dei? Sed
hic cibus solidus est grandiu: non lac paruulorū. Vnde digressi sum⁹
reuertamur. Vnumquodq; igitur creatorū nititur se assimilare suo cre-
atori modo perfectione. generaliter autem in eo quod est semper esse
Omne enim quod est (inquit Augustinus de Ciuitate. dei libro xi) na-
turaliter desiderat suum esse conseruare: ita ut miserimi nolint interiri
sed potius miseriam eorum auferri. In uiuentibus autē cum uiuere sit
esse / animata pro modulo capacitatis suæ naturæ semper uiuere / saltē
in subsequenibus generationibus contendunt. Hanc non minimam
parentū ad prolem amoris causam scriptura sæpius cōmemorat. ve-
rum tamē posteritatis conseruatio per generatiōes / nec omnibus ani-
manibus: sed perfectis tantū: nō orbatis: nec spontaneā generatiōē
habentibus perfecte competit. Tenes ne filique modo digesta sunt?

DIS. Teneo. apertissime enim singula profectus & nulla penitus
circuisione usus es: ut quæstionū stimulis te excitatū iri superuacane-
um quidē / indefessā autē aure cuncta potius auscultanda existimare.

MAG. Sēquā igit si placet sibi pcurram⁹ cōpendio DIS. placet.

**Libri decimi Tractatus Secundus incipit. De Ani-
ma sensitua & obiecto eius. quæ sensibilia propria:
cōmunia: per se: & per accidēs / si substantia senti-
ri possit. a quo fiat sensatio. de sensu actiūo & passi-
uo. Capitulum primum. MAG.**

Anima se-
nitua

Sensitua anima ea est quæ foris & intus / rerum corporalium
formas corporeas presentium & absentiu percipit. In hac de-
scriptiōe: & obiectum & potentie sensitue anime innuuntur.
de illo autem prius: de his vero postea dicendū. DIS. Obiectū
ergo sensitue quod dicis? MAG. Rem corporale per speciem sensi-

obiectū
sensitiuū

Sensibile
per se.
per acci-
s propriū

bilem. Sensibile autē est: quod natum est sensu percipi. & bisarie di-
uiditur. Quoddam em per se: quoddā p accidēs sentitur. Per se qui-
dem sensibile sentitur: quod per propria speciem sensum imutat: vel
unum tantū / & est sensibile propriū. ut color visum. sonus auditum.
vel plures ut numerus: motus: magnitudo / figura / & tempus. Mag-
nitudinē em nō modo vidēs: sed & tangimus. sic figura & reliqua
a pluribus sensibus percipiuntur propter sensum cōmunem cui par-
ticulares sensus participant. ideo sensibilia cōmunia dicuntur. nec tamē

ANIMAB SENSITIVAE

sunt ita sensibilia per se ut sine alio sensum imutare possint: sed cū sensibili per se mouent sensum. magnitudo enim sine colore nō videtur: nec sine qualitate tangibili tactu percipitur. aere; nāq; magnum non videmus: nec orbē celestem (ut aiunt.) tangere possumus: eo q̄ aer coloris / & orbis celestis peregrinis expers sit impressionibus / tamen per propriam speciem imurat. ut tenet Trus. 2. teg. Sensibile per accidens vero est: quod non per propria: sed alienam speciem sentitur ut campana per speciem soni auditur / & lapis in spece coloris oculo cernitur. Hoc autem ex eo esse dinoscitur q̄ substantię per propria species sensum imutare neutiq; possunt. cuius quidem manifestissimum indicium est: q̄ presentia substantię panis ante consecrationē / & eius absentiā facta consecratione sensu nō percipimus. Sunt autē qui substantiarū species cū accidentalib⁹ multiplicari / & intellectui tanq̄ potentię pportionatę presentari opinant. DIS. obiectū ne an sensus sensationē causat? MAG. neutrum ut causa totalis: utriq; vero ut causa partialis cōcurrit. unde Augustinus de tri. li. xi. ait. a visibili & vidente gignit visio / & hoc quidem effectiue. Instrumentaliter enim videmus oculo & formaliter visione / pariformiter & in alijs sensibus distinguendū est. DI. actiua igit potētia sensus est? MAG. actiua quide; quia cu; obiecto sensationē efficit. Est & sensus potētia passiva. ut ait Aristoteles. vel quia in potentia est ad actum primū qui est esse: & in eū a generante reducitur. vel quia in actu primo est / & in potentia ad actum secundū qui est sentire / in quē p obiectū reducitur. Sentire equidē dicitur / eo q̄ sensationē recipiat. siue autē sensationē recipiat / siue ab obiecto imutetur / semp patitur. Immutari enim quoddam pati est. Quod si a sensibili proportionato fiat / saluatiua est passio & iocunda / si autē a sensibili excellenti fiat / passio est corruptiua & dolorosa. nam excellens sensibile / sensum corrumpit. id est nō facit distinctam & determinatā sensationē. DIS. una ne res est sensus actiuis & passiuus? MAG. una: nomina autem diuersa.

Quę res sit species sensibilis: unde causata ad quid necessaria / & si accidens sine subiecto possit subsistere. & q̄ ad sensationem necessarium sit medium proportionate elongatum

Capitulum secundum. DIS.

Sensibilium rationes ex dictis manifeste vident: spēs autē sensibilis naturas lat⁹ deducēdas arbitror. MA. Spēs sensibilis / q̄litas est tertie spēs. Et est idoli siue imago eius qd sentitur. etiam in tentio dici solet nō q̄ in ipsam sensus ut in obiectū tendat: sed q̄ est id per qd sens⁹ formaliter in obiectū tendit: cui⁹ ipsa est propria imago siue similitudo. Vñ sensibile qd ppter sui materialitatem in sensu p diētia recipit.

gg an

Substan/
tia p pro/
pria speci/
em nōscū
tur

a quo cau/
senur sen/
satio

Sensus ac/
tius
passiuus.

Species
sensibilis.

ANIMAE SENSITIVAE

non potest: sui imaginē a sensu receptibilē pducit: p quā discemi pos-
sit. Q uēadmodum si me petro carcererecluso manifestare voluero
fores carceris totus penetrare nō valens / saltē imaginē meā in char-
ta effigiātam mitto / quā si forte p rimulā receptā cōspexerit: q̄lis ego
sum statim agnoscit. & quanto hęc imago mihi similior / tanto petrus
de psona mea certior fit: sic suo mō de sensibili & ei⁹ specie accipiendū
est. intelligis ne? DIS. Sane. sed cum species sensibilis accidēs sit (qa
qualitas) quō de obiecto & sensum usq; deueniat nō dum manifestū
est. accidens em̄ subiectum suum deferret: & in aliud trāsmigrare via
nature impossibile esse: a te sepius audiui: dico autē via naturae: dubiū
nanq; nō est / deū accidentia absoluta a subiectis posse separe: & in esse
cōseruare. ut credimus circa altaris sacra mytheria. MAG. Forti ar /
gumēto oppugnās terronē tū inniteris imaginationi. Opinaris em̄
unā & eandē specie numero ab obiecto pductā p mediū usq; ad sen-
sum peruenire. sicut nauis de ripa ad ripā p aquā defluit. DIS. Ali-
ter tu ne sentis? MA. longe aliter. Aut em̄ obiectum cōtinuo aliā &
aliā speciem p medium usq; ad sensum multiplicat: aut in eodem in-
stanti totā specie in toto medio inter ipsum & sensum causat: si sufficiat
virtus eius. Ad sensationē itaq; necessarium est mediū ut p ipsum spe-
cies multiplicetur. Sensibile em̄ positū supra sensum sensationē nō fa-
cit. hoc quidē manifestū in visu. nō em̄ videt nisi res quāta & sub py-
ramide quanta / quē mediū necessario requirit ne basis & conus py-
ramidis coincidat. In alijs autē sensibile positū supra sensum facit sen-
sationē reale. ut cultellus neruū instindens dolorē causat. In tēdona-
lis vero imutatio p specie sine medio nō fit. Necessaria est enā debita
inter obiectū & sensum distantia: p quā virtus obiecti specie multipli-
care possit. unde remotiona sentire nō possumus.

Si specierum multiplicatio per mediū sit instantanea
aut successiua. Capitulū. iij. DIS.

Ecdū oēm de hac re tulisti dubietatē. MAG. Nec id pten-
n debā: sed dic quid te moueat. DIS. Instantanea ne / an succes-
siua est hāc specierū p mediū multiplicatio? MAG. Instan-
taneā ait. Aristo. contra Empedoclē / luminis esse multiplicationē ab
oriēte in occidentē. Sunt tū q nec totā specie ab obiecto pducī cōren-
dunt: sed specie in parte ppinq; mediū pductā / rursus aliā in sequēti
mediū parte pducere astruunt: & hanc rursus aliā & aliā donec aut
ad sensum deuentum sit: aut ultimo producta species: propter sui im-
perfectionē & debilitatē aliā pducere nō possit. semp em̄ aiunt poste-
riore sit debilior. Hi specierū multiplicationē successiuā: & in tpe fieri
necessario fatent: ipsi autē illud ppter sui breuitatē im pceptibile: & sic
instantans dici posse dicunt. nō em̄ mediū diuersitas tarditate efficit. eodē
em̄ tpe aer densus & subtilis illuminant. Hęc tū in pgressū specierū de

Aristo. de anima
lib. 2. c. 1.

LIBER.X. TRAC.II. DE POTENTIIIS

faciatē faciūt. In occurſu nāq; mediū deſionis aut ſubtilioris ſpēs aut reſſe-
ctunt aut refragunt qđ qđ aut qđ fiat facile erit eo loco qđ de viſu loq-
ceperim⁹ de mōſtrare. DI. Hi ergo Ariſto. inſtās p tpe i pceptibili ac-
cepſiſſe arbitrat⁹. MA. Ita autē. cōtrariū tñ ipſe aſtruit dicēs ppter tā-
tā diſtantiā poſſeſentiri ſi ſucceſſiua eſſet luminis multiplicatio. Poſſet
tñ p hac opinione dici Ariſto. cōditionaliť locutū eſſe ad ſenſu. Si lu-
mē in inſtanti medio apro p luminis receptiōe applicatū fuerit p m in
inſtanti illuminabit. Et hoc qđ cerrū eſt ex hoc: qđ Aug⁹. de tri. li. vi.
affirmat dicēs. Splendor qui gignit ab igne atq; diffunditur: coævus
eſt illi: & eſſet cōternus ſi eſſet ignis eternus. Veniūt radiū a luce to-
tū & nō partē genitā alterā gigni perſpectiua docet li. primo dicens.
Quelibet punctū luminofū aut illuminatū: obiectū ſibi mediū totū ſi/
luſtrare: ſpherice qđ ſi a nulla parte opacū habeat: aut hemiſpherice
ſi ex una parte opacū obſtat. unde & conſequēter ſubiungit. oēm pū-
tum luminofū hemiſphericalit ſup mediū radiare. Pars itaq; luminis
a luce genita ſi cōſequēter aliā de ſe gigneret: nō mō indirectū radiū
cōtinuare: ſed & orbicularit aut hemiſphericalit ſe diffunderet. & ſic ob-
iectum luminofum eque in ſpeculo lateraliter & directe oppoſito re-
luceret: cui⁹ cōtrariū experientia approbat. Instantaneū eſſe igit tot⁹
ſpeciei p mediū multiplicatiōe probabilius habetur.

Quomodo ſpecies cōtrariorū diſtinctim ſimul p me-
diū multiplicantur & in ſenſu recipiuntur. Quid umbra
quid tenebra: & q accidentia ſolo numero diuerſa in eo-
dem ſubiecto eſſe poſſint. Capitulum. iiii. DIS.

Eſt alid aliud qđ ſpecies multiplicatiōem p mediū oppugnat:
multa nāq; ſunt ſenſibilia cōtraria q ſimul a ſenſu recipiuntur:
quorū ſi ſpecies (ut aſtruis) p mediū ad ſenſum ulq; pueniunt
cōtraria ſimul eſſe neceſſe eſt. Hoc autē nō poſſe fieri ratio cōtrariorū
approbat. MA. Non eſt idē de ſenſibilibus & ſpeciebus eorū dē. Spe-
cies em̄ cū habeat eſſe ſpiritualis & a materia depurati: nec cōtrariant
nec cōmiſcent: ſed impmixte p idē mediū ſimul multiplicant: ſi ſi & in
eodē ſenſu organo ſimul recipiunt. alias albū & nigrū viſui ſimul p-
ſentata diſtinctim videri nō poſſent: cui⁹ oppoſitū experientia indicat
Vnde ppō. 7. primę partis pſpectiue dicit. Radios viſibilium impmixte
mediū illuſtrare. hoc autē facile tali experimēto cognosces. Sint plu-
res candelę ardētes in eodē cubili qđ illumināt: quare ſi ſucceſſiue alte-
ra poſt alterā auferat: illuminatio continuo minuet: eo q quibet cā-
delę ablata lumē ſuū tollat & a pductione ipſi⁹ i tali medio deſinat.
Rurſus videm⁹ plures candelas circa idē opacū cōſtantes diuerſas
relinquere umbras: etiā ſimul ex eadē parte: ſi altera in lumine ſit vigo-
roſior. Vmbra autē eſſe lumē diminutū ppō. 25. primę partis p-
denotat

Species ſe-
similes nō
cōtraria/
tur nec p-
miſcentur

Vmbra
eſt lumē
diminutū

LIBER. X. TRAC. II. DE POTENTIIS

lumen spectare docet. Sicut enim lumen primarium est: quod a luce per radium directum / reflexum / aut refractum gignitur: sic quod a tali lumine nascitur umbra siue lumen secundarium dicitur: illud autem non in rectum: sed lateraliter diffunditur. **DIS.** Aliud igitur nomen umbrę: & aliud nomen tenebrę significari intelligis? **MA.** aliud quidem. Umbra equidem res est: quia de priuatione lucis secundarię. Tenebra autem omni modo lucis priuatione est: & non aliqua res est. ut li. 8. c. de priuatione ostendimus: & fortasse apud nos reperibilis non est. Umbrę autem variationem in quantitate ratione luminis & opaci libro. 7. c. de eclipsibus enodauimus. **DIS.** memini. Verum tamen plures species simul esse in eodem medio / dictum Aristotelis. v. li. bro metaphysicę refutare videtur quo ait: duo accidentia solo numero differentia in eodem subiecto esse non posse: lumina autem duo in eodem medio: solo numero differre quis dubitabit? **MAG.** Dictum Aristotelis intelligendū est de accidentibus realibus / absolutis / & de potentia materię: per motum naturalem. Species autem sensibiles cum sint accidentia intentionalia simul esse possunt. Similiter duę in eodem patre paternitates quia sunt rationes: sic & plures species memoratorum solo numero diuerse simul in organo memorię reseruantur: quia de potentia materię minime educuntur. Lumina quoque diuersarum candelarum: quę & si de potentia materięeducta sint: non in per motum: quia in instanti: ideo simul esse possunt. **DI.** Sane. Sed unde est quod sensus harum specierum in medio discretionem non attingit: sed plures una iudicat? **MAG.** Quia numerus non nisi varietate dependit quę sine materia non est. Species igitur a materia plus depurata minus discernunt. Hęc autem de obiecto: nunc sensitiuam ipsam percurramus.

De potentijs anime sensitiue in genere. Ca. vi. **MAG**

Vius anime duo potentiarum genera sunt: unum apprehensiuum alterum secundum locum motuum. De illo prius: de hoc autem postea tractandum est. **DIS.** Apprehensiuam quam dicis. **MAG.** Per quam animal obiectum per speciem apprehendit. Et hęc rursus bipertita est. Quędam nempe sensibile non nisi actu presens apprehendit: hęc in exterioribus corporis partibus situat. Alia vero etiam absentia cognoscit: & in cerebri ventriculis habitat. Prima rursus in quinque potentias particulares (quas sensus exteriores dicunt) distinguitur quę sunt: visus / auditus / olfactus / gustus / & tactus. qui & si eiusdem nature & essentię sint cum anima: sepantur tamen & discernuntur organis / obiectis medijs: & modo apprehendendi: quę omnia de singulis per ordinem edocenda sunt.

De visu & excellentia eius. Capitulum. vii. **MAG**

Rimum autem de visu exordiamur / qui cum sensuum sit subtilior: & agilior / plures res nobis differentias demonstrat: propter quod Aristoteles & ipsum per ceteris diligimus: & per defensionem ipsius omnes alios ex 1. methaph.

Ponā autē
sensitiuę
apprehensi-
ua
Exterior.

ANIMAE SENSITIVAE

ibidē p
positio
25.

Aug⁹. de
trini. li. ii.
25.

ponimus: nimirū qui sensus corporis (ut ait Aug⁹ li. xi. de trini.) maxime excellit. **DIS.** Quid est visus? **MAG.** Est potētia sensitivē apprehensiva visibilis in oculo/ mediante dyaphono. Obiectū nāq; visus est visibile: organū oculus: & mediū dyaphonum. **DIS.** Hęc eo quo iam commemorata sunt ordine explanes necesse est.

Vīsus

De obiecto visus/ & de luce quę res sit: si videri possit. Quid lumen. & quomodo sine obiecto opaco videri nequeat. Capitulum. viii. MAG

Aristo.
i. meta

Obiectū
visus
Lux

Biectum visus visibile quidem est. visibiliū autē aliud lux: aliud lumen: aliud color: & si quę sint alia in ratione dictorum videtur. **DIS.** Quid est lux? **MAG.** Est qualitas in corpore lucido nata moveri ad motum eius in quo est: in suo esse nō dependens ab aliquo extrinseco. Accepit autē esse a creatore in primæ re

lib. i.

Dionysi⁹

num productione dicente. Fiat lux & facta est lux. Hęc quippe ante luminarium productionem solis vices agebat per triduum: in cuius naturam (ut quibusdam visum est) quarta die transiit. Nam & Dionysius de divinis nominibus. c. iij. hanc lucem: vel lucē vel substantiā solis fuisse differē: sed adhuc nō plene formatam. Est autē lux in sole tanq; p se lucido. In alijs autē picipatiue/ & omniū visibiliū ipostasis est. ea ppter claritatem ei⁹ uti est videri nequit. potentia em̄ visuā longe antecellit. Manifestat autem se in visibilibus/ in uno quidē clarius: in altero vero obscurius: scdm quod a diuersis diuerse participat. Nullum em̄ oīno corpus lucis expers est. Hac manifestatione se magis inuisibile probat. cum em̄ omniū visibilium claritatē in se cōplicet: in nullo uti est explicatione perfecta representatur: quolibet equidem dato: aliud semper clarius esse potest. qui ergo intelligit ipsam perfecte in visibilibus videri non posse/ verius eam videt. Tantę autem nobilitatis

Aug⁹. li.
i. de libe/
ro arbitrio
lib. super
Gen. ad
litter. 7
c. 12.

Aristotel⁹
de sensu &
sensato
li. 1. c. 12.

Aug⁹. li. 1.
de libe/
ro arbitrio
lib. super
Gen. ad
litter. 7
c. 12.

est: ut etiam corporalia/ quanto plus lucis participant/ tanto pfectio/ ra & nobiliora censentur: sicut videri est gradatim in elementis. a nō nullis etiam nō minime auctoritatis an ne substantia/ accidens ne potius estimanda sit in dubium versum est. Vnde & Augustinus li. de libero arbitrio. ait lucem in corporibus primum tenere locum. Similiter & super Gen. ad litteram lucem corpus nominat. Rerum naturalium indagatores non sensu tardi ipsam nec corpus nec corporis formam substantialem multis argumentis astruunt: sed ad mentē sensato uti pmissa indicat definitio. Sic & Auicē. vi. naturalium lucem qualitatē: quę est pfectio translucentis: scdm q; translucens est: descripsit. & Damascenus libro secundo. Lux est qualitas accidentalē solis Augustinum autem & ceteros qui lucem corporis nomine appellant non ipsam qualitatem: sed corpus aliquod multę lucis intellexisse affirmauit. **DIS.** Lumen atamen quę res est? **MAG.** Lucis imago & Lumen:

Damascē
nus.

Lumen:

Aristotel⁹
i. meta

ANIMAE SENSITIVAE

primaria eius derivatio / nunc enim inquit Ptholemeus lumē adue-
nit abscq; corpore luminis causatio. Hic & Augustinus. lumē habet
pmanentiā p continuā solis influentiā. Sicut aut lux in lumine / tanq;
in ppria specie cernitur / sic lumē in umbra (quā secundariā lucis deri-
uationē supius diximus) videtur. unde quemadmodū colorū species
primarię in occurſu opaci / de se secundarias species gignunt; p quas
vident q in medio videri non poterāt. Sic lumē spēs primariā lucis / in
medio est inuisibilis; in occurſu aut opaci de se spēm gignit; p quā cer-
nitur. Primū patet de specie coloris viri rubei mltiplicata cū radio pe-
netrate virg; usq; ad obiectū parietē / in quo videt. Secundū patet in
fulgore emisso ab oculo moro in tenebris qui in obiecta uuea tunica
opaca videt. Si r radius solis p foramē tenebrosū carcerē ingre-
diens / ab homine incluso videt minime / si in opposita pte alterę for-
mē reperiat p quod transire possit; quod si obstruat iam radius p secu-
daria spēm in obiecto opaco videt. Patet itaq; si aeris regio in infini-
tum ptenderetur sine obstaculo corporis opaci / etiam sole in medio
coeli existente nihil in aere videretur. DIS. lumen ergo qualitatem
a luce genitam intelligo sed subiectū eius quod dicis? MAG. Cōr-
pus / manifestius autem dyaphonū siue rāsparens. unde & Auicē-
na lumen est qualitas quā corpus nō translucens a lucido mutat. Auerroes
Aristote
& Aristoteles. lumen est actus dyaphoni inquantū dyaphonū id est
lumen forma est corporis transparentis / secundū q actu transpārēs
est. Aqua enim aer / berillus / vitę / & cetera huiusmodi nature / si /
unt actu transparentia a lumine ipsa illumināte / in cuius absentia per
spicua potius q dyaphona dicenda sunt.

Lumen

De Colore & speciebus eiusdē / de generatione co-
lorum tam extremorū quā mediorū secundū diuer-
sas phōrū opiniones. Capitulum. viij. MAG.

Color

Vx quę pspicua reddit dyaphona / facit & pspicua & opaca
colorata. Huius aut intellectus ex coloris definitōe & gnatiōe
planior fiet. DIS. Quid est color? MAG. Est extremitas
corporis pspicui / in corpore terminato / id est color est qualitas in extre-
mitate corporis terminati siue opaci; quę pspiciū tangit. Nō ergo in-
nit definitio colorē esse extremitatem pspicui per inherentiā; sed con-
tingentiā qualitatiā. DIS. nunquid nō color etiam pfunditatē
opaci inest? MAG. inest. diuisa eī massa aut / color flauus nō mō
in supficie exteriore; sed etiā in interiore conspicit. Definitio autē colo-
rem explicat sūm esse formale quo visibilis est in lumine. Vnde lumē
extremitatē dyaphoni illuminans; colorē existentem in extremitate
opaci conigui / actuat & visibilem reddit. Cum enim hec pars illumi-
nata est / color videt; etiā si mediū / aut locus oculi illuminat⁹ nō fuerit.
Si autem locus coloris illuminatus non sit / etiam ceteris illuminatis Aristote

ANIMAE SENSITIVAE

vident nequit. Hinc philosophus ait. Lumen facit quodammodo potentia colores actu colores: quia facit eos actu visibiles qui in tenebris: aut profundo opaci erant potentia visibiles. Per se autem color dicitur visibilis: quia in seipso habet causam esse visibilis. **DIS.** Colores itaque non a luce in esse reali & materiali produci: sed existentem & visibilem in potentia remota a lumine reduci & fieri visibilem in potentia propinqua astruis. **MAG.** Communior hoc philosophorum affirmat sententia. **DIS.** Essentia autem coloris unde causatur. **MAG.** Nec de hac re concors omnium reperitur opinio. Quidam enim lucem coloris & omnium visibilium ipsissimam esse sentiunt: nec colorem aliud quam diuersam lucis terminationem in dyaphono aut opaco credunt sicut videre est de coloribus iridis. halo: & pennarum in collo patonis aut columbe. Alij autem colorem generari aiunt ex multiformi admixtione opaci cum dyaphono: cuius per se actus est lumen productum a luce tanquam prima colorum ipsissima: lucis autem concursus necessarium ex eo arguunt quod in eclipsi solis omnes colores solita priuatur venustate. Nonnulli vero colores iridis & halo reales esse negant nec permixtione corporum colorem fieri posse ex eius simplicitate arguunt: sed ipsum qualitatem simplicem ex actione qualitatum primarum in corporibus derelinqui asseuerant. Videmus enim ex actione calidi in humidum nigredinem: & rursus ex actione calidi in siccum albedinem generari. Primum planum est in carbone generato ex ligno humido. Secundum patet in cinere genito ex carbone sicco pulso. Huius autem causa esse videtur: quia calidum in humido partes aqueas terre commixtas exhalat in fumum nigrum: & aereas & claras consumit: grossum autem terre restre nigrum relinquit. cuius si rursus grossum consumpserit: substantiam albam relinquit. Suo modo in alijs qualitatibus imaginandum: secundum magis & minus in diuersis materiis. Sed nec ista quibuscumque sufficere videntur: nisi lux ut radicalis colorum causa concurrat. Frigidum equidem quod nec humidum aqueum nec aerem consumit: sed umidum cum terrene constringens & condensans: non nigrum sed ut in plurimum album colorem relinquit. Est enim frigiditas mater albedinis: sicut calor nigredinis. patet in niue: cristallo: berillo: marmore albo & silexibus. Et unde hoc. nisi quia hec corpora perspicua: si condensant lucem receptam fortius tenent. in opacis autem maiorem densitatem nigredo: raritate vero albedo consequitur ceteris paribus. **DIS.** Ad generationem igitur colorum: qualitatum primarum actionem: & lucis diuersam in alteris terminationem concurrere probabile videtur: & hoc quidem in extremis. medij autem ex diuersa extremorum permixtione fortasse fieri habent. **MAG.** Nequaquam cum sint qualitates eque simplices sicut extremi. Extremorum tamen natura participare dicuntur: quia ex diuerso causarum extremorum concursu generari habent. Et in generatione ruber: causae extremorum eque concurrunt: ideo hic color locum medij verius obinet. nonnunquam etiam ex lapide

Colores
medij.

LIBER.X. TRAC.II. DE POTENTIIS

Innatione penitus colorati/super coloratum terminatū: medij colores videntur. ut est color apparens ex supereminētia unguinis super sanguinem digitorum. hac via plerumque pictores varias colorū species effingunt. Insup & colores diversificari apud visum sūm diversitatem lucis super eos orientū ppō. xij. primæ partis pspēctivæ cōis affirmar.

Color
Species



DIS. num autē colorū species certo numero designant? MAG. Certo. Septē em sunt scz; Albus/flavus/croceus/Rubeus/purpureus/viridis/niger/ad quos ceteri reduci habent sūm naturę pūcipatōem. Hactenus autē de obiecto visus: nūc organū pquiram⁹. DIS. Sane

De organo visus & natura oculi/qui ex septem tunicis & quattuor humoribus integrat. C. ix. MAG:

Oculus

Vficiēter p̄pito mātis angustia somniorū causas explanasti
f nunc quod volebā / a quibus futuros eventus expectare pos-
sumus edicto: MAG. Divinationē somniorū inquit Aristote. Aristote.
teles. 2. li. de vigilia & somno / nec est cōtemnere idoneū: nec omnino
suadere. Somniorū em̄ quēdā signa sunt eventuum / quēdā causa: quæ
dam nec signū nec causa. Signa sunt ea quæ a corporis complexiōe &
habitudine accidunt. quæ etiam medici nō negligenda autumant: ut
in causas egritudinū facilius deuenire possint. Signa item dici possunt Somnia
rū cause.
quæ a reuelatione dei / vel angelorū bonorum fiunt. Alia quēdā cau-
sa sunt & occasio eventuum. Vnde cum quidam somniasset se mor-
deri a leone marmoreo: ex his qui in templorū vestibulis cerni solent
die postero cum templi fores prætēritet: conspecto leōne dicebat. En
nocturnus hostis meus: & imissa manu in os ipsius / a scorpione dile-
tiscēte inibi letaliter lesus est. His proxima sunt somnia casualia: qui-
bus extantibus nōnunq̄ eventus illorum eueniunt. Hec duo postre-
ma somniorū generāta vanitate & malorum spirituum illusione circū-
uallata sunt: ut somniantibus pestifera / & Creatori odiosissima ex sa-
cris litteris palam sit. Vnde in Leuitico legimus: nō auguriabimini:
nec obseruabitis somnia. Et in Deu. propheta autē ille aut fictor som-
niorum interficietur. Et rursus nec inueniatur in te / qui ariolos scisci-
te tur / aut obseruet somnia. in Ecclesiastico autē. Somnia extollūt im-
prudētes. & infra. ne dederis in illis cor tuum. Et ecclesiastes, ubi plu-
ra sunt somniatibi plures vanitates. Quanta autē picula eueniunt ob-
seruātibz somnia hīc cōmemorare / nec locus nec tempus admittit.

De memoria & reminiscētia. & quorū aut
qualiter recordari possimus: de clausura memo-
ratiue & qualitatiua eius dispositione. Capi-
tulum vicesimum nonum. MAG.

Ides fili dum calamo in somniorū campo habenas laxamus
v instituti callem reliquimus. DIS. Quid mirum si somni-
antiū more oberrauit calam⁹. q̄ somnia describere aggressus
Ambrosi est: cū inquit diuus Ambros. in hexamēro natura quādā fieri pos-
sit: ut hi qui aliquid intuent / vel dicendo exprimere volunt eorū q̄li-
tatem quæ vel intuent / vel loquuntur assumāt. Correpis igitur lōris
ipsum ad semitā reducit: ut quod reliquū est memorię officiū velo-
cius pcurrat. MAG. memorię est spēs & intentiōes ab aītanis porē
rīs acceptas referuare: donec rursus opandū sit. DIS. Nū id imagina-
tiū q̄ Opus me-
moratiue

LIBER.X.TRAC.II. DE POTENTIIS

que attributum est. MAG. Etiam: sed non eo modo quo memorie. Hec equidem solas species a sensu communi receptas sine temporis differentia custodit. Memoria vero & has & intentiones ab estimatiua elicitas: insuper & fantasie imagines cum differentia temporis preteriti in quod sentiebatur reservat. Accidit autem ut eas vel totas amittat: vel remissas ordine tamen confuso retineat. Quas totas amittimus ita obliuiscimur ut nec dum volumus eas recordari possimus. Hinc Aurelius li. xliij. de trinitate. ca. xij. Quod autem quisque penitus obliuiscitur nec commemorari eius utique potest. Quam autem reliquias tenemus reminiscencia esse potest. DIS. Reminiscencia quid dicis? MAG. Aristoteles eam dicit resurrectionem memorie alicuius non totaliter obliti: per diuersum rationis / gnatum ex memoratis ad inueniendum partialiter obliti. Hinc Augustinus voluntas reminiscendi esse non potest: nisi vel totum vel aliquid rei eius quod reminisci volumus in penetrabilibus memorie teneamus. Hec nempe adiutorio fantasmatis sumpti aut a simili: aut a contrario: aut a loco aut tempore & sic de alijs: potentiam cognitiua mouent ad apprehendendum partialiter obliti: talibus equidem memoriam plurimum posse iuari compertum est. Nonnunquam etiam salutaris speciebus tardius quod volumus recordamur. Organum enim memoratiue partituncula cerebri: vermiculo simili clauditur. Spiritus igitur in quibus deferuntur species nec introeunt nec exeunt: nisi hostiolus tale aperiat: unde quidam caput inclinant aut eleuant dum obliti querunt. DI. Manifesta sunt hec. Sed dic quid unde hec memoratiue accidat diuersitas? MA. Ex dispropor-
 tionem qualitatum & nimia frigiditate & humiditate. Vnde calidi & humidi facile est recipere: sed non diu seruire. Rursus autem sicci & frigidi tarde est recipere & firmius retinere. Iuuenes autem & senes male memorie sunt: propter nimium & augmentum & decrementum motus in ipsis. sicut enim recordatio exigit motus agiles: sic memoria animum quietum. hec & alia memoriam naturalem concernentia in speciali tractatu: de artificiali autem in fine rhetorice disseruimus. DIS. Memini.

De Potentia motiua / impariua & persecutiua. de concupiscibili & irascibili: a quibus oriuntur quattuor animi passiones. Capitulum. xxx. MAG.

Athenus apprehensiuę naturam explicauimus: nunc ordo premissio-
 ni exponat ut & motiuam percurramus. DIS. Probe.

MA. Hanc bifarie partitam manifestum est. Quodam namque appetit & imperat: altera imperium persequendo persequitur. necesse enim est omni animali perfecto. ut quod per apprehensiuam agnouit: per appetitiuam appetat conueniens: aut respiciat contrarium: per progressiuam autem quod appetebat persequatur: & fugiat quod respuebat. DI. Est igitur appetitiua: potentia qua animal inclinatur ad prosecutionem vel fugam eius quod cognoscit. MAG. Scire definitis appetitiua: quam & sensualitatem & ap-

Remini-
 scencia

memorie
 diuersitas

Potentia
 appetiti-
 ua / uel sen-
 sualitas

Augusti

id est

Vergilius
 6. eneid.

Augusti.

ANIMAE SENSITIVAE

peritum animale dicitur. Huic rursus subijciunt. Concupiscibilis & irascibilis. DIS. Concupiscibilis quod est? MAG. Quod ueredit in bonum verum vel appetit: maxime autem delectabile. DIS. Irascibilis quod est?

Concupiscibilis
Irascibilis

MAG. Quod ueredit contra malum insurgit: & feratur in bonum arduum: utile vel honestum: etiam si delectabile non sit, ut potio amara: ut ceteri philosophi auctumant. Non desunt autem qui volunt quod concupiscibilis respiciat per se bonum vel malum fugiendum vel persequendum: at vero irascibilis in pedimentum persecutionis mali & fugae boni attēdat: quod magis probabile videtur. Imparatur igitur concupiscibilis moueri ad ea quod uidentur bona & necessaria. Irascibilis autem mandat fugam eorum quod sunt contraria & nocua. Illa quietatur per coniunctionem boni optati: hec perturbatur per eius ablationem & praesentiam contrarium. Vnde & ab his affectiones animi oriuntur quod sunt gaudium & spes: a concupiscibili dolor: & timor ab irascibili. Has Poeta iuxta platonice sententiam tanquam origines vicio accidere animae ex corporis societate prohibet. dum inquit. Igneus est olis vigor & coelestis origo Seminibus: quantum non noxia corpora tardant. Terrenique ebant artus: moribus undaque membra. Hinc metuunt cupiuntque dolentque: nec auras suspiciunt: clausae tenebris & carcere ceco. Sed non omnia vicia atque ex carnis corruptae societate accidere diutius Aurelius de ciuitate dei. li. xiiij. ca. iij. manifestat. Qualiter autem haec affectiones vicio: scaturigines existant: in moralibus apparebit. DIS. Institutum igitur persequere: & organa dictarum potentiarum explicare. MA. Organum concupiscibilis & irascibilis circa cor: vel ipsum cor esse autumat: eo quod cor in actibus earum & dilatare & restringit: & sanguis ab exterioribus ad cor vel a corde ad exteriora remittitur. Hinc timidi pallent: & irati ex canescunt: in his nempe animalis spiritus ad vires fontem ut securior sit retrocedit. In illis anima in periculo videri desiderat ne videatur foemidulosa: & in ultionem se extendit.

Organum
concupiscibilis & irascibilis

De triplici virtute motiua naturali / vitali / & animali
de pia & dura matre cerebri. unde nervi sensum & motuum instrumenta oriuntur. Quomodo fiat motus. Quae trahentia / reptilia / gressibilia / natailia. & quae res potentia motiua organica & non organica. Capitululum. tricesimum primum. DIS.

Consequenter motiua quod imperatur persequitur paucis perstringitur. c. MA. motiua tripartite scinditur. Est enim quidam naturalis: quidam vitalis: & quidam animalis. Naturalis in epate proprie ex nutrimento sanguinis operatur: quae per venas ab epate ortas ad singula corporis membra transmittit: ut inde nutrantur & crescant. Huius naturam in praeionibus cum de vegetariis potestis differtis: enodauimus. Vitalis operatur in corde: cuius feruore moribus dilationis & constrictionis / per aeris inspirationem & ex-

Motiua
Naturalis
Vitalis

ii ij

LIBER. X. TRAC. II. DE POTENTIIS

pirationē temperat. Et in sanguine p̄ arterias a corde ortas / ad singula membra exiens / omnibus vitā largitur. Attrahit autē cor aerē a pulmone: & pulsantes venę (quas arterias dicimus) cordi proxime a corde aera trahunt: quę autē cuti cōiunctę videntur / ab extrinseco per poros refrigerantur. Inter has medię a venis nō pulsantibus sanguinē subtiliorē accipiunt. **DIS.** Vitalis itaq; quā impulsatiuā nominas his solum animatis necessaria est q̄ pulmonē habent. **MA.** optime Pulmo etem caro est spongiosa: ut follis aera recipiens. In plantis autē motus oēs: vis naturalis operatur. Similiter & in animalibus imperfectis. ut sūt conchę & ostreę: modo tñ p̄fectiore q̄ in plantis. **Animalis** in cerebro est: a quo p̄ nervos inde exeuntes sensibus vigorē: & reliqs mēbris motū isluit. **Cerebrū** qđ sub craneo locatur / duabus pelliculis inuoluitur / quarū exterior craneo p̄xima solidior est: & dura mater dicitur. Interior autē q̄ & tenerior est: pia mater appellatur. A prima oriuntur nervi q̄ sunt instrumenta motus voluntarij: & ad capitis puppim p̄tendunt. A secunda autē nervi p̄cedunt: qui p̄ capitis proā ad singula sensuum organa descēdunt. de quibus supra. Nervus vero durę matris p̄ corpus animalis ramificatur: & in muscu / lis & lacertis cōfluunt: quos motiva vis dilapsa / animal mouet: eo quo sequitur ordine. Nam obiectū ab apprehensiva cognitū p̄ appetit / tuam appetitur / aut respuitur. Hęc motus vigēt in nervis / muscu / lis / & lacertis imperatur: ut ad p̄sequendum desideratū: aut fugiendum contrarium corpus moueat: quę dicto citius obtemperās ligamēta membroꝝ contrahens & relaxans: primū quidē p̄pinq̄iora mouet & hęc rursus alia donēc obiectū vel p̄sequendo obineant: vel fugiendo abijciant. **DIS.** Ita esse manifestum videtur. nam brachiū motum / mouet manum: manus digitum: digitus obiectum contrahat. **MAG.** Pariformiter de cruribus: pedibus: & alijs sentiendū. Hoc imperium in brutis eo modo accipiendum est: quo p̄fectiones superiorum in inferioribus esse possunt. Sortitur autē motiva in diuersis diuersa noīa. nāq; dilationis & constrictionis motu operatur: contractiua dicitur. ut in vermibus / conchis & ostreis. Quę autē de loco ad locum mouet / progressiua appellatur. & hęc rursus in organis diuerse annunciat. Quędā em̄ pedibus gradiuntur. & sunt gressi / billa. ut homo: equus. quędam alis feruntur: & sunt volatilia. ut aues quibus tñ sagax natura pedum usum: p̄pter alimēta quę in terris venantur nō negauit: quę in sup̄fluis non abundat nec in necessarijs deficit. quędam costis trahuntur & ventre reptant. & sunt reptilia. ut serpentes. quędam p̄nulis aguntur natando. & sunt natatilia: quorū generatioens in superioribus exposuimus. Rursus q̄ in manibus / rostris alijsue membris ad operationē adaptatur / operatiua dici solet. Quę pulmonē & vocalem arteriam una cum lingua ad formationē vocis mouet vocatiua: & affectionū indicatiua dici potest. **DIS.** Aperte

arterie

q. 2. c.

Moses

Schottus

en. li. 4. 1

augusti.

ANIMAE SENSITIVAE

Singula discussa videntur, sed nondū quę res sit motiua perspicuum est. MAG. Motiua vis substantia quędā est a corde originata: formam accipiens in membris diuersis ad distincta opera. Vnde ad operationē nutrimenti formā accipit in epate, ad operationē vitę in corde ad opus vero sensus: & motus formam accipit in cerebro. Animatur autem hęc substantia quā & spiritum dicimus anima sensitua (ut vñ est ca. de modo videndi) & sine sanguine corpori non iungitur. Spiritus enim inquit Aurelius in sicco habitare non potest. Pręter hanc autem homini inesse aliā motiuam non organicā / quę nō partē post partem: sed totum simul moueat: & eiusdem essentię sit cū intellectiua Schottus astruit, hac mouebūtur corpora gloriosa. DIS. Corpus est igitur motiua organica: spiritus autem propter & subtilitatē & agilitatem appellata, non organica autem cuius ultimo mentionē facis / non corpus sed ipsa anima intellectiua censetur. MAG. Diserte dicta resumis. DIS. Restat igitur ut intellectiue conditiones edoceas.

MAG. Id ab alio libro cōmodius ordiemur. DIS. Placet.

Liber undecimus de natura / origine ac immortalitate animę intellectiue. & si anima intellectiua sibi ipsi semp cognita sit / in explicatio nē tamē naturę eius multum laborauerūt sapientes. Capitulum primum. MAG.

i Intellectiua quam & mentem dicimus: sola est qua a beluis secernimur & creatoris imaginē exp̄sius gerimus. Hęc iuxta Aurelij sententiā in decimo similiter & xiiii. de trinitate. c. x sibi ipsi semp cognita est. Ex quo em̄ esse cepit / nuncq̄ sui meminisse: nuncq̄ se intelligere: nuncq̄ se amare desinit. Nihil em̄ tam nouit q̄ id qd sibi preſto est: nec menti magis quidquā preſto est: q̄ ipsa sibi. verūm terrenis inuoluta rebus / quas per sensus haurit nō semp se cogitat. Quia ergo in explicatiōe naturę ipsius sudauere Arabes greci & latini philosophi / se a terrenis ad sublimiora subleuantes: nō tā certas q̄ diuersas de ipsa ptulere sententias: quarū nōnullas ab initio libri decimi sub breuitate cōmemorauimus: reliquas consequēter nouem campis distributas / auxiliāte deo lustrabimus. & in his quid & philosophice & catholice de natura animę sentiendū sit: venari tentabimus. DIS. Probe. primū itaq̄ campos enumerā: dehinc ipsos suo ordine percurramus. MAG. Primus campus sit definitionis. Secundus diuisionis. Tertius idempnitatis. Quartus unitatis. Quintus impartibilitatis. Sextus originis. Septimus immortalitatis. Octauus miserie. Nonus felicitatis. DIS. Nunc primum aggrediamur.

Campus definitionis / in quo principales aīę definitiones enumerantur. Capitulum. ij. MAG.

ii iiii

LIBER. XI. DE POTENTIIS

Primum Campū intransitibus / múltiples animę de finitiões
 occurrit: e quibus pregnatiores tantū dilucidande ventunt.
prima de Vnde quidā animā in suo esse notificātes dixerē. Anima est
finitiō aīe substantia spiritalis simplex & indissolubilis: inuisibilis & incorpo-
 rea: passibilis atq; mutabilis: carens pōdere/figurā/& colore. Hęc de
 finitiō seipam enucleat. Anima em̄ cū substantia sit incorporea/quā-
 ta esse nequit: ideo nec pōdus/figurā/colorē aut alias corporeas q̄ti-
 tates recipit/hinc inuisibilis id est nullo sensu corporeo pceptibilis: q̄a
 substantia spiritalis: simplex aut per abnegationē compositionis phi-
 sice ex materia & forma corporati. sic etiā indissolubilis. reliq; in seque-
 ntibus clariora fient. rursus in libro de spiritu & aīa dicit. Anima est spi-
 ritus intellectualis/rationalis/semper mouens/semper in motu/hone-
 maleq; voluntatis capax. Et Plato in Phedone. Anima numerus est
 seipsum mouēs. intellectus huius in campo immortalitatis edocendus:
 sed'a dīo. nunc de finitiões. psequamur. **DIS.** Sane. **MAG.** Qui ani-
 mam respectu corporis cuius forma est considerat aliter definiunt.
 nam ait Auteli⁹ li. de quātitate aīe. Anima est subā ratiois princeps/re
 gendo corpi atcomodata. & Remigi⁹. Aīa est subā incorporea regēs
 corpus. Aristo. quoq; Aīa est primus actus corpis phisici organici:
 vitā habēus in potētia. Et rursus. Aīa est principū q̄ viuimus/senti-
 mus/ mouemur s̄m locū & intelligimus primū. **DIS.** manifesta
 sunt hęc ex pmissis. **MAG.** Aug⁹ aīam intelligibilibus cōparans
 ait. Aīa est oīm s̄litudō. Oīs qppe cognitio p̄ via assimilationis est/ut
 pūm tractatu pcedenti exposuim⁹. mens aut q̄a oīa intelligit: oībus
 se assimilare possit necesse est. Seneca aut eā in ordine ad finē pprium
 definēs ait. Aīa spūs est intellectualis ad beatitudinē in se: & in corpe
 ordiatus. qd in capō penultio & ultio manifestū fiet. Sed nū doctissi-
 mi Moysi sniam silētiō p̄teribim⁹ ex cui⁹ ppheticę initio hęc aīe de
 finitiō emergit. Aīa est deiforme spiraculū vitę/ait nāq; deus. Facia-
 mus hominē ad imaginē & s̄litudinē nostrā. hominē nō quidē exte-
 riorē: q̄ corrumpit: cinis est em̄ & in cinerē reuertet: sed hominē interi-
 orē: q̄ iuxta apostolicā sententiā de die in diē renouat. & hęc est anīa
 ecce deiforme. Sequit̄. Formauit igit̄ deus hominē de limo terę/& spi-
 rauit in facie eius spiraculū (quantū ad sensitiuā) vitę (quantū ad vege-
 ratiuā) Et factus est homo in aīam videmē. Est em̄ homo interior aīa
 viuens: vegetatiuā/ sensitiuā/ & intellectuā complicās: ut in campis
 sequentibus patebit. **DIS.** latissimus est hīc campus & breui sermo-
 ne quod in sequētib; venari possit demonstrans. p̄gredia mur igit̄.
 celerius: ne quid necessariorum oculos nostros aufugiat.

**Campus diuisionis: in quo primo anima in intelle-
 ctum/voluntatē & memoriā p̄tūtur. in tellectus in
 agentē & passibilē diuidit: & opera utriusq; expli-**

Plato

Augusti
remigius
Aristote

Augusti

Seneca

Moses
Gene.

Varro.

ANIMAE INTELLECTIVAE

cantur. nec intellectus nec obiectū solū sed utrūq;
causa intellectiōis ostendit. Et speciem intelligibi
lem in memoria intellectiua q̄ alia est a sensitiua re
seruari probatur. Capitulum tertium. MAG.

Ampo definitionū cōtiguus est cāpus diuisionū: & tanto qdē potentia
e lator / quāto lucidius ea q̄ definitiones cōplicat / in ip̄o expli / anie intel
cant. In primis itaq; maior auctoritas animae tres potēdas dis lectiue,
tributa tradidit: q̄ sunt intellectus memoria & uolūtas. Hae naturas
paucis edocebimus. DIS. primū igit intellectū psequimur. MA.
Intellectus est aīe potentia qua oīa intelligit. Hic rursus in agentē & intellectus
passibilem distribuit: qui nō essentia / sed opatiōe secernunt. DIS. agentis o
Opus ergo intellectus agentis qd est? MAG. Quodrupartitū est pera
Primū quo cū fantasmate in intellectu passibili: spēm intelligibilem
cōcausat. Secundū quo cū specie intelligibili actū intelligendi pducit
Tertū quo ad habitū dispositionē inducit. Quartū quo habitū per
ficit. DIS. intellectus passibilis opera q̄ sunt? MAG. Eadē sunt
in calitate receptiua / q̄ & agēis ī calitate effectiua. Illus em̄ est oīa fa
cere: huius omnia fieri. Agens em̄ facit oīa potentia intelligibilia: actū
intelligibilia. Passibilis aut̄ omnū intellectiōes in se recipit. Dum spēs
intelligibilē ab agente & fantasmate causatā recipit: & cōseruat: memo
ria intellectiua dicitur / dū uero actualē intellectiōē ab agente & spe
cie intelligibili pductā accipit: intelligentia appellat. est em̄ memoriae
secūdḡ exprimere actualē intellectiōē. DIS. ad intellectiōē itaq; intelligen
quatuor concurrere uident: fantasma scz species intelligibilis: intellectus
agens: & passibilis. MAG. Scite infers. Fantasma equidē: qd accep
tū a re p̄ sensus ip̄am singulariter sub conditionibus materialibus: q̄
sunt hic & nūc &c. representat. Vtrūq; em̄ sensus exteriores scz & interio
res spēs recipiūt sine materia ab obiectis. Exteriores qdē in p̄sentia ob
iecti / sicut cera molliis recipit sine materia formā p̄tius & impressū /
gilli. Interiores aut̄ sensus recipiētes spēs eas magis subtiliāt: & etiam
in absentia obiecti cōseruāt: utriq; em̄ cū cōditionibus materialib⁹ a qui
bus deputate & abstracte cū intellectu agere spēs intelligibiles puras
& simplices res ī uī rep̄ntates pducūt. q̄s passibilis (in eo qd memo
ria est) custodit. Rursus agēs dū actualē intellectiōem facere nitit̄ in
specie intelligibili propter sui limpiditatē / acie figere nō ualēs: iuxta
Varronis sniam se ad fantasma huius speciei cōuertit: quod propter sui
materialitatē obstaculū prebet: quēadmodū uisus in lumine sine opa
co terminatē nō figit. Quod si multarū rerū species simul in intelle
ctu fuerint: hec tū intelligit cuius species fortius mouet. Concurrunt
itaq; ad actualē intellectiōē species aut uerius obiecta in specie p̄tius
reducēs: & intellectus agēs: ut causę p̄tiales / totalē cōplentes. nec em̄

LIBER VNDECIMVS DE POTENTIIS

obiectū nec intellectus / intellectuē causat / sed utriq; sp. Ac cognoscēte em̄ & cognito p̄tur noticiā. testat̄ diuus Augu. 2. de tri. c. 12. **DIS.** Quare igit̄ nō etiā obiectū / sed intellectū intelligere dicimus? **MA.** nec obiectū nec intellectū agentē intelligere obcediūs / sed intellectum passibilē / intelligentē a suscepta intellectuē denomināus. sicut visū in se visionē recipientē videre diciūs. sic nō pictorē albū / sed dealbatū pictē / ab accepta albedie albū appellāus. **DIS.** Si igitur deus intellectuē pduceret / & eandē intellectui nostro infunderet intelligere diceretur. **MAG.** Etiā. **DIS.** rursus in pductiōe actualis intellectus nullus cālitatis locus intellectui passiuo tribuit̄. **MAG.** de hoc qd certū pferā nō habeo / diuersē egdē sunt magnorū & phorū & theologorū opiones. Scorus insup̄ materiā diutius vtilitā dubiā reliquit. Sūt p̄terea q sp̄ intelligibilē in intellectu passiuo seruari inane iudicāz qbus ob angustia ep̄tomatis nō rōnes / sed diui Aurelij verba obijci mus. Ait em̄ de tri. li. 2. c. xi. Nō oīno ip̄a corp̄a in aīo sūt cū ea cogitamus / sed eorū similitudines sed ne fortasse id de fantasmatib⁹ (q̄ etiā corp̄orū similitudines sunt) qsp̄a intelligēdū attendat qd in li. 14. scripsit aīad uerratūc (ingr) & li vitę huius mortalis trāfactę meminēriūs / & cre didisse nos aliqñ q nō videbāus memoriter recoluerimus: in p̄teritis atq; trāfactis deputabiē fides ista: nō in p̄tibus rebus: sempq; manētibus &c. manifestū est aūt in exuta aīa fantasmata q̄ organa q̄nra re q̄rit locū habere nō posse. **DIS.** alia igit̄ est mēoria intellectuā / & alia sensitiua quā pauloā in posteriore capitis p̄sūtūatā audiuiūs. **MA.** alia egdē. nā sensitiua nobis cū beluis cōis est intellectuā autē solius rōnalis mentis potentia est q̄ ad imaginē creatoris formata est sed iam hęc missa faciētes cēteras diuisiones percuramus. **DIS.** Tu festinas ad reliqua: ego vero hic aliquātū sper manendū censeo: donec intellectuōis vim enucleaciūs pandas.

De Causaliitate intellectuōis: & obiecto intellectu us, insuper & de duplici cognitione: intuitiua & abstractiua. Capitulum quartum. **MAG.**

Iquido (inquit diuus Augusti. li. 2. de tri. c. 12.) tenendū est qd **1** omnis res quācunq; cognoscimus cōgenerat in nobis noticiā am sui. cōgenerat dicit̄. id est cū alio generat scz intellectu. unde subdit. Ab utroq; em̄ noticiā parit̄: a cognoscēte & cognito. Cognitū vero primū & adēq; intellectus nostri qd sit / nō paruo labore a sapi entib⁹ q̄ritū est. Alijs deū / alijs quidditatē rei materiali / ceteris vero ens inquātū ens p̄ obiecto intellectus assignantibus. Primū de p̄m̄itate p̄fectionis: Alterū de obiecto pro statu p̄sentis vitę: Tertiū autē de obiecto intellectus ex natura potentie concedi potest. Nā deo quid prius in perfectione? quidditate materiali quid conueniētiūs intellectu inmerso materię? Aut quid cōmuniūs ente q̄ cū nihil sit quod

ANIMAE INTELLECTIVAE

Auienna
 ratione entis possit subterfugere / prima impressione impressum ani-
 me ait Auicenna primo methaphisicę. Quid autē est quod anima nō
 possit cognoscere intuitiue vel abstractiue / cum etiā ab ente minimo
 usq; ad maximū creatum / nihil possit intellectum eius vel satiare vel
 quiescere / donec apprehendat eū / qui cunctas pfectiones in se cōplecti-
 tur / & virtutis est infinite. **DIS.** intuitiue qñ cognoscimus. **MA.**
 dum obiectū presens / ut pñs est apprehendimus / Abstractiue autē / si ob-
 iectū in alio medio intelligimus / aut sentimus / nam cognitio intuitiua
 & abstractiua sīm nōnullos haud infimę auctoritatis doctores non
 tantū in intellectu sed etiā in sensu locum habet. Intuitiue nanq; colo-
 rem actu presentē videmus / absentem abstractiue imaginamur. In-
 titiue beati in patria deum cōtemplantur / & omnia creata / de quo
 tamē aliqui hesitantes contrarij argumētant. Abstractiue rosa in hy-
 eme a nobis intelligitur. **DIS.** intelligo ista / latent qd alia q dictis
 in priori capitulo contrarij vident. **MAG.** in mediū pfer / si forte &
 huic tuo errori mederi possit. **DIS.** dictū esse memi ad intellectio-
 nē fantasima cōcurrere / quō igit cognosci pñt / q sensibus nec spēs nec
 fantasmata ingerūt / ut sunt virtutes / habitus / substantię imateriales / &
 res oīm origo simplicissimus deus. Rursus si spēs intelligibilis a fan-
 tasmate abstracta rē i uisū representat (ut dictū est) Singula rā qliter in-
 telligi pñt. **MA.** hec cōsilio pterire negligētię esset nō pue / dissoluere
 autē difficile / attñ qd in aliorū codicibus legi / haud silebo. **DI.** pbe.

Cognitio
 intuitiua
 abstractiua

Substantię immateriales / virtutes / habitus / & cęte-
 ra huiusmodi / si a nobis pro statu isto cognosci pos-
 sint / & qua cognitione / & per quid / & si substantia
 materialis p propriā spēm cognoscat. **Ca. v. MA.**

Vere qui imaterialiū res quę paulo ante cōmemorasti notici-
 f am in hac vita qua corpus qd corrūpitur aggrauat aīam / habe-
 ri nō posse astruere conati sunt. Nōnulli qd de his cognitionē
 negatiuā / nō aut affirmatiuā nobis cōcedūt / ut scire possumus q an-
 gelus nō est lapis / nec lignū / nec aliud huiusmodi / sed q res sit scire nō
 possumus. Ceteri cognitionē qā est / posse hic haberi / de imateriali-
 bus concedunt / nō autē propter quid. Taliū em entium nobis aliquā
 cognitionē esse possibilē naturale desiderij quo hęc scire desiderāus
 indicat / quia ad impossibile & frustra esse nō pōt / & tñ oīm est. dicē /
 te Aristotele primo methaphisicę. Omnes homines natura scire desi-
 derant. igitur (p topicā) maximū scire qd est imaterialiū entū maxi-
 me scire desiderat / quo adepto felices sunt. Sumam equidē felicitā-
 tem in hac vita in speculatione altissimarū causarū posuit / hinc & sapiē-
 tē maxime felicitē esse voluit. Sapiētia em circa altissimas causas est ut
 in moralibus tradidit. Adde qd ab initio huius libri testimonium ex

Aristote.
 i. metha.

6. Ethico

LIBER .XI. DE POTENTIIS

Augustini p̄clarissimo volumine de tri. adhibui, qm̄ mens ipsa (quæ utiq; immaterialis est) seipsam cognoscit. DIS. Possibilitatē mihi p̄suasam fateor modū cognoscēdi aperias: cū illoꝝ nulla habere possumus fantasmata. MA. Nec oīm q̄ cognoscimus p̄pria fāasmata hausisse p̄ sensus necesse est: qm̄ nec materiales quidem substantias p̄ p̄prias species sentimus inā quoz p̄sentiam per p̄prias species videmus/absentiam eorundē mōx eodē sensu notamus. DIS. Nihil verius. MAG. Quia igitur absentia panis in sacramento altaris post consecrationē nullo sensu percipimus: consequens est ut panis p̄sentiam ante consecrationē p̄ p̄pria sp̄eciē nullo sensu p̄cepimus. DI. Contrarius videns Aristoteli: quem dixisse ferunt in eo li. quē de anima p̄uulauit. lapidem q̄dem nō esse in aīa (sc̄z dum intelligit) sed sp̄eciē lapidis. lapidē autē esse substantiā materiale haud dubitas. MA. Si dubito: ab eodē in pede lesus veritatē experior: nō autē p̄pria sp̄eciē illius materialis substantiæ q̄ de se ingibilis & intangibilis est/ in sensu vel aīa esse concedo: sed sp̄eciē accidentiū lapidis puta figurę & coloris &c. ad hunc sensu; Philosophi dictū accipio unde etiā in eodē li. ait. accidentia magnā partē conferūt ad cognoscendū q̄ quid est. Aliqua igitur p̄ accidentia apphendimus, ut substantias materiales. Alia per compositionē diuersoz fantasmātū, ut aureum montē. Nā ut scribit diuus Augustinus ad Nebridium. Anima per vim augendi & diminuendi imagines format: quas prius totas nō vidit. partes vero in alijs atq; alijs rebus attigerat. Alia in conceptu simplici intelligimus ut deum in conceptu entis: vel ex pluribus aggregato. ut q̄ est ens verum infinitū/ necessarium & sic de alijs: q̄ simul accepta soli deo conueniunt. Interdum imo sepius res & causas p̄ effectus & operationes cognoscimus. sic animam in viuente corpore arguimus. Anima autem seipsam intuitiue: nō per cuiuscunq; sp̄eciē cognoscit: quia non ob aliud q̄ eo quo sibi p̄sens est, inquit Augustin⁹ in de trini. Et sicut corporearum rerum noticias p̄ sensus corporis/ sic incorporearū rerum p̄ semetipsam: ergo & semetipsam p̄ seipsam nouit: quoniam est incorporea, nam si non se nouit: non se amat.

Quā parua sit cognitio nostra in hac vita, & quomodo philosophi p̄ creaturas in cognitionē creatoris deuenire potuerūt. Ca. vi. DIS.

I alijs medijs substantiæ corpaliū & incorporaliū noticiā haurire nō possumus/ diminuta est cognitio nostra. MA. Recte ais diminuta: cū nec minie entis naturā & q̄dditatē uti ē p̄fecte scire possim⁹ q̄ diu i hoc mortali corpore a patria celestī exules pegrinamus. Corp⁹ em̄ qd̄ corrūpit (inqt Sapiēs) aggrauat aīa; & deprimat terrena inhabitatio sensu; multa cogitatē. & difficile estimāus q̄ in terra sūt & q̄ in p̄spectu sūt inuenimus cū labore, q̄ in coelis sunt autē q̄s

Aristoteli
in meta.
lib. poste
cap. 1.

Aristoteli

Ro. 1.

spe. 13.

3. de aīa

1. de aīa

lor. 13.

Aug⁹

Nebri

ordinat⁹

Cusa

Augusti.

Idē li.

de tri. c.

Ecli. 2.

Sapiēs

ANIMAE INTELLECTIVAE

Aristoteles inuestigabitur nec id omnino Aristotelem latuisse videtur: cui cum de hac re sermo exortus fuisset in prima phiā dicebat. Sicut oculus nycti coracis se habet ad lumē solis: sic intellectus noster ad ea q̄ manifestissima sunt in natura. habet em̄ cognitio nostra ortum a sensibus. ut in analiticis ait. quibus substantiis. ut paulo ant̄ dictū est. subiecte nō sunt. quantumcūq; ut has cognosce et cōcessum est ordine q̄dam cōceditur ut de noticiā unius aliud inuestigemus. sic p̄ accidentia in substantiis: p̄ effectus in causas: noticias deuenimus ordine p̄postero quāt ad rerum naturas. Rursus ab omnibus his finitis ad cognitionē infiniti cōditoris eleuamur. conceptus em̄ quos de eterno incommutabiliq; deo formamus: a sensibilibus & creaturis sumimus. ut diuinus Paulus ad Rom. arguens ait. Quod notum est dei manifestum est in illis. deus em̄ illis reuelauit (sed quō subiecti) inuisibilia em̄ ipsius a creatura mūdi p̄ ea q̄ facta sunt intellecta cōspiciuntur. Sempiterna quoq; ei⁹ virtus & diuinitas. omnis em̄ creatura inq̄ Augustin⁹ ulmo li. de trini. ca. iij. p̄clamat se habere p̄stantissimum creatorē. nam ut ait Sapiens A magnitudine speciei & creaturę cognoscibiliter poterit creator eorū videri: sed cognitio hec implecta & ex parte est. quia ut ait Ap̄ls per speculum in enigmate. DIS. Quō p̄ ea q̄ facta sunt ponere primi philosophi in noticiā dei deuenire: cum utiq; deus nihil horum sit. MAG. Hac utiq; via ipsi eum quęrere. ut patet p̄ Augustinū. li. 8. de ciui. dei ca. 6. & ut idē ait li. 8. de trini. ca. 2. non paruę noticię pars est si anteq; scire possumus quid sit deus / possumus iam scire qd non sit. & li. 1. s. ca. 2. Sic em̄ sunt incōprehensibilia regenda / ne se existimet nihil inuenisse si q̄ sit incōprehensibile qd quęrebat potuerit inuenire Hęc ni fallor est illa docta ignorātia de q̄ Cardinalis de Cusa secretorū indagator sagacissimus tres edidit libros. Intelligamus itaq; (ut Augustinus in principio quinti libri de trini. docuit) deum si possumus quantum possumus / sine qualitate bonū / sine quātitate magnū / sine indigentia creatorē / sine situ p̄sidentem / sine habitu omnia cōtinentē / sine loco ubiq; totū / sine tempore sempiternū / sine ulla sui mutatione mutabilia facientē nihilq; patientem. Quisquīs deum ita cogitat (inquit idem) & si non potest omnimodo inuenire quid sit: p̄tamen ea uet quantum potest aliquid de eo sentire quod non sit. Sed de his alior disciplina est. DIS. Illi igitur referuanda sunt ne ab incepta methado longius nos abducant.

Si menti nostrę concretae sint omnium rerum
species siue notiones. & unde habet q̄ etiam
de his quę nō didicit iudicare pōt. Qualiter
insup accipiēda sint verba Aristotelis q̄bus
animā tabulę rase cōparat. Ca. vij. **MA.**

LIBER VNDECIMVS DE POTENTIIS

E immaterialiū noticiā sicut & corporaliū facillime respondere Platonius
d possunt qui menti nostrę omnium rerū species concreatas credi/
 dere quas Platonici notiones appellant: quia incognita notifi/
 cant: & illas anima de omnibus iudicat: & hec honesta: illa turpia di/
 cit. inter vera & falsa discernit. artificū opera minus perfecta (quā artis
 operandi talia nō didicerit) vituperat. perfecta laudat. proportionibus
 in similibus reperiis cōgaudet. nec ut aiunt sine illis perficere posset. si/
 cut nec dominus fugitiuū seruū insequens: cuius oīno nullā cognitio/
 nem habet apprehenderet & a natiuitate surdus cithareda non fieret.

DIS. Tale quid in nobis esse experientia docet: sed an species siue
 notio sit: certū nō habeo: libenter tamen hanc opinionē si veram iudicas
 amplector. **MAG.** Si per notiones huiusmodi primę veritatis
 radium / oīm entium species & notiones cōplicantē intellexero: ceteris
 in cognitione pferendi sunt. quantum em lux ista in mentē nostrā effi/
 ciat: qd imaginē ipsius creata est: diuus Augustinus pfundissime in
 libro de vera religione disseruit: insuper & in nono libro de trinitate. ca. 6.
 & libro. 14. ca. 15. Si autē per has notiones species intelligunt: q̄ sunt
 intelligibilium similitudines pprię: quales memoria nostrā intellectu
 ua conseruat pterita intellectu. errori huic proximi sunt: qui aīas
 nostras ante corporū unionē retroactis sēculis in coelestibus habitasse
 & ibidem deliquisse astruūt.

DIS. Hic error in superioribus explo/
 sus est. sed dic queso Aristoteli peripateticoꝝ primus de concreatis anīę
 speciebus qd sensu idē necū prioribus. **MAG.** Minime. **DIS.**
 Cur igitur aīam a principio tabulę rase similē dixisse inuenit: cū uti/
 q̄ rasam tabulā dicere usus habeat: in q̄ deleta sit: q̄ prius inerat scri/
 ptura vel pictura: sic de aīa dixere priores q̄ eam in descensu & corpo/
 rea molis unione pteritorū oblita voluere. ut dictū est in superioribus

MA. Quid si Aristoteles minus pprię cōparationem dicta expōsit
 aut forte translator pro tabula nuda ac plana rasam dixit? **DIS.**
 utrūq̄ fieri potuit. **MAG.** Si qd restat ocys ptractemus. **DIS.**
 Alterum de cūius intellectu quęsieram singulare est.

Quod singulare intelligi possit demonstratur: & quali/
 ter intelligendum sit q̄ Aristoteles sensum esse sin/
 gularium / & intellectum uniuersaliū dixit exponi/
 tur. Capitulum. viij. **MAG.**

Inguare non posse intelligi: nōnulli pter ea q̄ paulo ante dicta
 sunt: ex eo probare conantur: q̄ Aristoteles sensum esse singu/
 larium: intellectum vero uniuersaliū scripsit. E regione alij
 etiam singulare intelligibile astruunt: quia sub pcepto dilectionis
 cadit: dicente domino. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Et Io/
 annes in canonica: qui non diligit fratrem suum quem videt: deum
 quem non videt quomodo diliget: incognita autem ut sanctus Au

Augusti.
2. 2. 3. 1.

idem.

Aristot.

Aristot.

Mat. 22.
Ioan. 14.

ANIMAE INTELLECTIVAE

Augu. *sci.* gustinus. lib. x. de trini. testatur: diligere non possumus. Amplius si actum singularem non cognoscimus/velle non possumus: quia nihil volitum nisi cognitum. Si igitur nec cognitum: nec volitum agimus dum singulares actus perpetramus adulterij & rapinae: minime peccamus: quia peccatum a deo voluntarium esse dicitur a diuo Augu. *stino* li. de vera religione: ut nullo modo sit peccatum si non sit voluntarium. **DIS.** Facile ex his singulare posse intelligi crediderim: si intelligendi ipsum modum edocueris. **MAG.** In singulari tria reperies sed non eque intellectum mouentia. Est enim ibi natura quae de se indifferens est esse hoc vel aliud. sed per secundum quod differentia individualis siue hecceitas dicti solet: contrahitur ad esse hoc singulare quod consequenter accidentia quaedam concomitantur quae sunt forma: figura/locus/stirps/patria/tempus. de quibus. li. 2. de individuo dictum est. p. sensum naturam sentitur ut quod/siue ut ratio formalis obiectiua. Differentia individualis siue hecceitas sentitur: ut conditio sine qua non: cum conditionibus iam dictis eam consequentibus. Totum autem singulare sentitur ut obiectum quod: scilicet sensationem terminat. Mouet igitur ibi potentiam sensitivam/naturam/non singularitatem: quia siue singularitatem naturam sensu percipi non possit: quae admodum colorem siue quantitatem visus non videtur: quia quantitas non sit ratio formalis & primo mouens visionis. **DIS.** Plane sensationem singularis explicasti: quia id quaesitum non sit: sed magis quomodo intellectus singulare apprehendat. **MAG.** Et id ex dictis mox apparebit. Si enim de cognitione intuitiva queris/ intellectus singulare ut tria ante dicta includit: intelligit. Si de abstractiua causalis intellectus singulare ut includit naturam cum hecceitate/ sine conditionibus individuantiis apprehendit: non tamen sub ratione singularis/ sicut nec sensus. **DIS.** Aristoteli autem quid respondendum censes: qui sensum singularium: & intellectum uniuersalium dixit. **MA.** Bene dixit: nec illis quae iam differta sunt contrariatur. Est enim sensus singularium tamen: intellectus autem uniuersalium: sed non tamen uniuersalium cum etiam singularia intelligat. **DIS.** Optime. nunc si placet ceteras si quae latent in hoc campo diuisiones intellectus detegas.

De intellectu practico & speculatiuo: unde hanc denominationem habeat. & quomodo intelligendum sit intellectum extensione fieri practicum. Ca. ix. MAG.

Amplius intellectum in practicum & speculatiuum diuisum cernimus
 a non quod partitione essentiali: sed accidentaliter tamen. Practicum quippe intellectus
 & speculatiuum quia actum & habitum sunt differentiae essentialis speculatiui
 & intrinsecae: intellectum tamen denominat accidentaliter & extrinsecae. unde practicus
 intellectus informatus actu vel habitu speculatiuo: ut puta scientia aut
 sapientia/ speculatiuus dicitur. Informatus autem actu vel habitu practico

LIBER DECIMVS DE POTENTIIS

deo ut sunt ars & prudentia practicus nominatur. Ille speculabilis consideratur; id est verum in ratione veri ut est principium scientie aut sapientie. Ille operabilia attendit; id est obiectum in ratione boni; ut est principium operantis quod a grecis *πρᾶξις* praxis dicitur; inde intellectus nomen sortitus est. Illius finis est speculari/scire; & veritas. Istius finis est operari & opus inde intellectus practicus siue operarius appellatur; imperfecte quidem in operabilia uniuersaliter sine dictamine prosecutionis aut fugę considerat. Perficitur autem si operabilia magis particulariter & cum dictamine prosecutionis aut fugę intelligat. unde cum intellectus cibum sub ratione boni delectabilis intelligit; voluntas si determinat ipsum velle sub ratione boni principiat actum practicum / & intellectum ut media consequendi cibum querat/imperat/ intellectus autem hac media perquirens iam practicus denominatur; cuius imperfecte. dum autem ultra se extenderit ut inuenta media in executione ponant/in praxi perficitur

DIS. Intellectus itaque imperfecte practicus / extensione fit perfecte practicus? MAG. probe. Actus enim siue intellectio circa inquisitionem mediorum convenientium ad cibum consequendum; licet directiua sit; non tamen proxima id est operationem dirigit; ideo intellectum non nisi imperfecte practicum denominare poterit. medijs autem inueniendis in executione positis / intellectio praxim id est operationem actu dirigit; ideo intellectum perfecte practicum denominare habet. fitque iuxta mentem Aristotelis in tertio de anima. intellectus extensione practicus. Intellectus inquam primus imperfecte practicus / quia intellectus speculativus obiectum tantum in ratione veri speculatur / & nunquam fit practicus. Actus autem & habitus si ab obiecto aut a fine habeant quod sint practici / magni & philosophi & theologi diuersa senserunt; quod alijs determinanda relinquitur. DIS. optime. Cetera interim percurramus.

Intellectus quando ratio / & intelligentia dicatur;
& quomodo in portionem superiorem que vir est & in
inferiorem que est mulier diuidi intelligatur / & si
in portione superiori tantum imago dei repariatur

Capitulum decimum. MAG.

I paulo intimius hunc campum lustrabimus: intellectum rationem & huius portionem superiorem intelligendum / & virum inferiorem vero rationem ac mulierem appellari conspiciemus. Simul autem & conscientiam a nonnullis intellectui / ab alijs vero voluntati attributas inueniemus. DIS. Hec quęso latius explana. MAG. Intellectus quia per discursum & ratiocinando intelligitur / ratio convenienter dicitur. Cuius portio superior quam incommutabile contemplans / supernam & eternam consulit veritatem; intelligentia est. eo quod simplicius & quietius huiusmodi apprehendat. inferior autem portio inferioribus

Augusti

Cor. 11.

Aristo

Augusti.

ANIMAE INTELLECTIVAE

traſtandis gubernandisq; deputata / a ratio cōnando nomē rednet. in illa eſt ſapientia ad contemplationē eternorū atq; incōmutabiliū portiones: in hac ſciētia actioni q̄ bene utimur temporalibus coherens. tunc autē inquit diuus Aureli⁹ li. 12. ca. 13. de tri. his bene utimur: ſi quidq̄ in uſu temporalium facimus / eternorū adipiſcendorū contemplatione faciamus / per iſta tranſeuntes / illis inherentes. Et in eodē libro. Hanc iūm affirmat: dum ſcribens Corinthijs ait. Vir quidem nō debet velare caput ſuum. quoniā imago & gloria dei eſt. mulier autē gloria viri eſt. DIS. Quid per velamen intelligit? MAG. poteſtatem cohibentē. Quoniā quantūcūq; (inquit) ſe extendit in id qd eternum eſt: tanto magis inde format ad imaginē dei: & propterea non eſt cohibenda: ut ſe inde contineat ac temperet: & ideo vir (id eſt portio ſuperior cuius eſt eterna cōtemplari) nō debet velare caput. quia vero illi rationali portioni q̄ in rebus corporalibus / temporalibusq; verſatur periculosa eſt nimia in inferiora pgreſſio: debet habere poteſtate ſuper caput: quod indicat velamentū: quo ſignificatur eſſe cohibēda (ſciz inferior portio cuius eſt temporalibus intendere.) Fit autē hęc cohibitiō a portione ſuperiore quę in ſpeculo conſilij p̄ſidet: & viri officium exerceat: & cū a carnali ſenſu magis elongata ſit / validior eſt. Inferior autē portio ſenſualitati vicina ſēpi⁹ emolliat & facile conſentit hinc mulieris naturā imitat. Unde ſicut in paradifo terreſtri: ſi pens mulieri illecebra ingeſſit: cui conſentiens de ligno vetito comedit: & ut vir in idem conſentiret illexit: qui cū uxoris inſolentiam non cohibuit diuinum mandatum tranſgreſſus eſt: & nobis mortem intulit. Sic in paradifo ſpiritali mentis noſtrę ſenſualitas illecebras corporis portioni inferiori exhibet: quę ut mulier emollita cōſentit: & portioni ſuperiori de eadē ad manducandum conſentiēdumq; p̄bet: q̄ ſi non viri officium exerceat mulierē cohibendo: ſed membra iniquitatis arma peccato exhibet: ut ſi poteſtas ſit etiā corpore compleatur: iam iam ſimul de cibo vetito comedit & animę mortē p peccatum intulit. DIS. diuerſarum ne an unius eſſentię ſunt hęc portiones? MAG. Vnius: unde cum eas cōmemoraſſet Auguſtinus ſubiunxit. Cum igit diſſetimus de natura mens humanę / de una quadam re diſſetimus: nec eam in hęc duo quę cōmemoravi niſi p officia geminamus. DIS. Cur igitur in una tantum ſcilicet ſuperiore imaginem dei dictum eſt? MAG. Quia ut idem aſtruit: ex hac conſpectā conſulit veritatē. Illa autē intenditur in agenda inferiora. Quod quidez ita accipi poteſt: ut in ſuperiore imago dei ſit magis expreſſa: in inferiore autē minus expreſſa ideo in illa: nō autē in altera eſſe dicitur. qua autem ratione mens dei imaginem gerat fortaſſe in ſequentibus enodabitur. nunc quod reliquum eſt breui ſermone tranſcurramus. DIS. Ex pręlibata diſtributione reſtat ut de ſinderſi & conſcientia loquamur.

kk

LIBER. VNDECIMVS. DE POTENTIIS

De sinderisi & conscientia: unde nomina habeant. & si intellectui aut volūtatī attribuēda sint. & qualiter ad syllogismū practicum concurrunt. Capi. xi. MAG.

Vi sinderisim & conscientia voluntati attribuuntur: in intellectu quoq; duo ponūt correspondētia. Primū est lex naturę quę est uniuersalis regula operandorū. huic in voluntate correspōdet quidam motor uniuersalis: stimulans ad alia principia uniuersalia semper concordans dictamini legis naturę. ideo sinderisim dicitur a sin: id est con & hēresis: electio quasi electio concordans legi naturę. Lex autem naturę dicitur bonum eligendum: & malum fugiendum. Huic igitur sinderisim concordans bonū appetitū semper malo remurmurat. Hanc Augustinus in li. de baptismo paruulorū describens ait Sinderisim est lumen innatū & animę concreatū quo dirigimur: & mouemur ad faciendum ea quę pertinent ad uitationē culpę & peng: & ad adeptionē glorię: unde sicut in intellectu est lumen naturale quo principijs intelligibilibus naturaliter assentimus: & intellectus siue habitus principiorum dicitur: sic in voluntate lumen est naturale: respectu operabilium appetendorū quod sinderisim dicitur. Secundū quod in intellectu ponunt: est ratio recta de particularibus agēdis: cuius dictamē quasi subsumit sub principijs uniuersalibus: huic in voluntate correspondet quidā motor particularis stimulans ad opus scdm dictamē rationis rectę. Hinc dicitur conscientia eo qd sit electio deliberatiua in voluntate concordans cum scientia in ratione recta. Vel dicitur conscientia: quasi cōcludens scientia. unde in syllogismo practico sinderisim maiorem ponit ex dictamine legis naturę. Recta ratio minorem subsumit & conscientia concludit. verbī gratia: dicit Sinderisim: omne malū vitandum est. Subsumit rectę rationis portio superior. Adulterium est malum: quia a deo phibitum. vel portio inferior. adulterium est malum: quia turpe & inhonestum infert. Conscientia igitur adulteriū est vitandum. DIS. Sicut ergo in speculabilibus habitus principiorū dicitur intellectus: & habitus conclusionum scientia: sic in operabilibus habitus principiorum est Sinderisim: & habitus conclusionum est conscientia. MAG. Scite concludis ex dictis: & opinionē alteri alludis quę sinderisim & conscientia intellectui practico potius quā voluntati attribuit. Ait em Damascenus. li. 4. Conscientia nostra est lex intellectus nostri. Sinderisim autē. ut testatur diuus Hieronymus sup Ezechielem. Scintilla est conscientia. & hoc si tenere placuerit: ea quę sinderisim & conscientiam voluntati tribuenda arguunt: quia sinderisim remurmurat malo: & conscientia remordet. intelligenda sunt ostēsiue & distatiue: & quodāmodo inclinatiue sine tamen coactionis necessitate. Sunt etiam qui conscientiam intellectui. Sinderisim autē voluntati accommodant. quod similiter ex intelligentia dictorum saluari potest. Si

Augusti.

Augusti.

Naturalis
Rationalis

damasce
Hierony

ANIMAE INTELLECTIVAE

autem si derisus extingui possit: & conscientia etiā erronea sub peccato ad opus liger: & alia huiusmodi dubia utriusque concernentia/theologiae referuamus. nunc si quid aliud in hoc campo latere existimas ostende. DIS. Primā diuisionis qua animā in intellectu/memoriā & voluntatem distribuis: prima duo membra pro epitomatis capacitatis satis lustrauimus: superest ut tertij voluntatis scilicet naturā diligenti perquiramus.

De potentia rationali motiua: quæ est voluntas & eis subseruientibus: irascibili & concupiscibili: super de diuisione voluntatis & in naturalē & deliberatiuā. Capitulum. xij. MAG.

Icut in sensitiua pter apphensiuam: etiā appetitiuā siue motiua ostendimus: sic & in rationali pter cognoscitiuam quā intellectum nominamus siue rationē: etiā appetitiuā inuenimus quā voluntatē dicimus. Et est (ut inquit Augustinus li. de duabus animabus) motus animi cogente nullo/ ad aliquid vel non admittendum vel adipiscendum. Subiunt em voluntari irascibilis & concupiscibilis per hanc contraria non admittit: per illam conuentientia adipiscitur. verumtamen una sunt res cum voluntate: nec realiter & organice ab ea distinguuntur quemadmodum in sensu. Hic est appetitus rationalis motum imperans in rationalibus/ ad ea quæ ratio cognoscit. Cognitum namq; ab intellectu sub ratione boni/ obiectum fit voluntatis: cum qua ut causa partialis ad actum volendi concurrat: sicut species intelligibilis & intellectus ad actum intelligendi: ita ut quodlibet in sua causalitate perfectum sit: ab alio independens: perfectior tamen est intellectus in actu intelligendi: & voluntas in actu volendi quam obiectum: nisi forte in obiecto beatifico. Hanc rursus bifarie diuidunt. In naturalem videlicet & rationalem. Naturalem quidem vocant voluntatem qua volumus quæ nō appetere non possumus. ut sunt/esse/viuere/scire/ &c. Rationalem vero appellant qua non naturalia quæ & appetere & renuere possumus volumus. Hanc/ milititer deliberatiuam dicunt: nam ex deliberatione id appetit/ & aliud respuit.

De libero arbitrio. Capitulum. xij. MAG.

Acutas autē rationē & voluntatē cōplectens/ liberū arbitriū dici solet: de q̄ catholici doctores plures se didere libros: in quibus naturā/ cōditiones/ & varia circa id incidentia dubia: quorum decisiō in theologia apprimē est necessaria dissoluunt. Sed ab his nunc sisti reuocemus ne cōstitutos limites excedamus. DIS. Salte liberi arbitrij descriptionē aliquā ex memoratis libris in medium proferas

k k ij

LIBER. VNDECIMVS. DE POTENTIIS

Librum arbitrium MAG. Augustinus ipm ita describens ait. Est facultas rationis & August.
voluntatis / qua bonū eligitur gratia assistente; & malū eadem desiste-
te. Facultas inquit / id est potentia siue potestas rationis & voluntatis: nō
q̃ liberum arbitriū ex his duobus cōstitutū sit: sed quia ad actū eius
hec duo concurrūt. habent em̃ se p̃ modū electiōis: qua e duobus alce-
ro reculato unū eligimus. Ad electiōē autē ratio necessaria est p̃ quā
diudicatur quod alteri p̃ferat: & voluntas per quā id quod. prela-
rum est appetatur. Dicitur itaq; arbitriū ab arbitrando: quantum ad ra-
tionē / & liberū quantum ad motū voluntatis. quod sequitur & ob-
iectum & adiutoriū demonstrat. Est em̃ liberum arbitriū circa bonū
a ratione discretum / & a voluntate acceptū: gratia autē assistens adiu-
torium est ad bene agendū / desistens autē priuatiue ad oppositū: sicut
absentia nauis ad periculationē nauis. Huius ampliorē rem dilucidatio-
nem in Augustino / Bernardo / Anselmo / & ceteris materiam hanc
tractantibus p̃quiras. Ecce in termino huius campi constituti eduer-
so aliū conspiciamus: in quo nōnulla venabimur quę ad p̃dictorū
intelligentiam conducunt. **DIS.** Hunc igitur celes ingrediamur.

**Campus idēpritatatis. Si potentie anime sint
realiter idēpritate essentie anime. & quo
modo Trinitas & imago reperiatur ī animā:**

Capitulum decimumquartum. MAG.

In hoc campo multiformē conflictū / nō tam inter Phōs quā
inter sacre theologie p̃fessores cernere est. Affirmantibus
alijs quas percutimus anime potēcias a substantiā anime re-
aliter diuersas: & accidentia esse de secunda specie qualitatis: accidentia
tamē inseparabilia. Alijs e diuerso asserentibus: anime potēcias esse ani-
mę partes inter se quidem realiter distinctas: non autem ab essentia
anime: quamuis nō omnino eadem sint ipsi. In tertia acie pugnant: q̃
potēcias anime easdem substantialiter concedunt cum essentia anime
ab eadem tamen differre realitatibus relatiuis astruunt. Pręter hos
accedunt quibus nec hoc quidem sufficienter dictū videtur: sed ipsas
essentie anime realiter idēprificatas / formaliter autē distinctas asse-
uerant. Et idem sensisse diuū Augustinū liquido apparet: ex his quę
in multis locis librorū de trinitate scripsit e quibus id quod li. x. c. xi.
asseruit adduxisse sufficiat. aicnanq; Hęc igitur tria / memoria / intelli-
gentia & voluntas: quoniam non sunt tres vitę sed una vita: nec tres
mentes / sed una mens / consequenter utiq; nec tres substantię sunt / sed
una substantia. & paulo post. Quo circa hęc tria: eo sunt unum / quo
una vita: una mens: una essentia: eo vero tria quo ad se inuicem refe-
runtur. Et in fine equalia sunt tota singula totis singulis: & tota singu-
la simul omnibus totis. & hęc tria unū: una vita: una mens: una essen-

ANIMAE SENSITIVAE

tia. Hec Augustinus quæsi una cum his quæ in alijs libris : maxime
 autem in nono / undecimo / & quindecimo differuit / ad intentionem
 auctoris referantur / glosulas eorū quæ in opposita parte sunt / non
 admittūt. Mouet & aliud / nam beatitudinē animæ per se competere
 manifestū est ex libro. xij. de trinitate. Beatitudo autē per intellectū
 inest / dicente ipsa veritate. Hec est autē vita eterna ut cognoscant te ve
 rum deum : & quem misisti Iesum Christum. Intellectus itaq; (cui
 saltem ppinquius inerat beatitudo) accidens si est & nō eiusdem natu
 ræ cū anima beatitudo per accidens inerat animæ. DIS. Animæ igit
 & potentiārū eiusdem / unam naturam astruis? MAG. non modo
 ego / sed quæ in testē pduxit diuus Aurelius : a cuius sententia nec Hu
 go de sancto victore discrepat : in eo quem de spiritu & anima præti
 tulauit libro (quem & nonnulli Augustini esse voluere) dicens Ani
 ma scdm sua opera varijs nuncupatur nominibus. dicitur namq; aīa
 dum vegetat : Sensus dum sentit : Animus dum sapit : Mens dum in
 telligit : Ratio dum discit : Memoria dum recordat : dum vult vo
 luntas : Spiritus dum cōtemplatur. Ista vero nō differunt in substan
 tia quæadmodū in nominibus : quoniam omnia una essentia. propri
 etates quidem diuersæ sed essentia una rationalis & una anima in essen
 tia simplex / in officijs multiplex. Et rursus. nec aliud nec minus est ra
 tio in substantia q̃ anima / sed una eademq; substantia secundū diuer
 sas potēcias diuersa sortitur vocabula. Diuus insuper Bernardus su
 per Cantica ait. Quædā in anima intueor : memoriā / intelligentiam
 & voluntatem : hæc tria ipsa est. DIS. Vnanimis illorū videt in hac
 re sententia : super est autē ut quod ob stare videtur dissoluas. Trini
 tatis imaginē in anima secundum tres potēcias repertam dudū acce
 pi. tres vero personæ / Pater Filius & Spiritus sanctus q̃uis in diuin
 itatis essentia cōueniant : inter se tamē realiter differunt. igitur pariformi
 ter potēciæ aīæ realiter distinguunt. MAG. Super benedictę trini
 tatis imago nō p̃esse consistit in tribus animæ potētijs. q̃a & si in his
 sit cōsubstantialitas non tñ distinctio realis / nec cōsistit in actibus po
 tentiarū : in illis equidē & si sit distinctio realis nō tñ cōsubstantialitas.
 Consistit igitur in potētijs ut subsunt actibus suis. sicut in ipsis re
 peritur cōsubstantialitas / realitas diuersitas / & ordo originationis :
 Nam sicut a patre filius / & ab utroq; spiritus sanctus : sic quodāmodo
 a memoria secunda / noticia gignitur & in intellectu recipit : ab utro
 q; autem velle originatur. Id autem latius discutiendum theologiæ
 referuamus / interim quid in campo unitatis lateat perquirendū est.

**Campus Vnitatis / in plantis est tantum ani
 ma vegetatiua in brutis est tantū anima sensi
 tiua in hominibus est tantū una anima scili**

k k ij

LIBER. VNDÆCIMVS DE POTENTIIS

cet intellectiua in qua ceterę cōtinentur: sicut
trigonus in tetragono. Et si aut q̄modo em
brio primo viuat. Capitulum. xv. DIS.

Vid. in hoc campo venatu dignū arbitraris: cū non unā sed tres
q̄ animas esse in principio libri decimi dictū sit. MAG. Quod
dictum cōmemoras de animarū numero hic haud retractabi/
mus: sed si omnes hę animę in uno viuente simul cōsistant: in transcur/
su huius campi venabimur. DIS. Optime. ad hoc igitur stilo ha/
benas relaxa. MAG. In vegetabilibus & plantis unā tantū animā
vegetatiuā scilicet unanimi sententiā omnes p̄dicant. In animalib⁹ ve/
ro quę homines non sunt/ p̄ter animā sensitiuā (quę & nutritiōis
augmentatiōis & gñationis opera exercet) aliam esse animam pauci
opinati sunt in philosophia minus exercitati. De homine autē non
nulli p̄cellentes doctiꝝ philosophi vel incertam sententiā protulit/
se/ vel tres distinctas animas in eodem posuisse inueniuntur. Ceteri ve/
ro rem limatius considerantes: & superfluitatē naturam exhorre intē/
ligentes/ uni homini unam animā tantū attribuit: hęc est intellectu/
cuius naturam p̄sentis libri in diuersis venamur campis. DIS. Ne/
cesse est igitur huic opera & vegetatiuę & sensitiuę ascribere. nō em̄ ho/
mo tantum intelligit/ sed & vegetatur/ & sentit/ & secundū locū mu/
tatur. MAG. Probe. id namq̄ Aristoteles insinuat: cū p̄missas ani/
mas in intellectuā quēadmodū trigonum in tetragono contineri asse/
rit. Manifestū autem ex mathematicis trigonū & tetragonum specifo/
ce differre si separati consistant. qui autē in tetragono continetur tri/
gonus/ nō trigoni/ sed eius a quo cōtinetur tetragoni formę subest.
Sic vegetatiua/ sensitiua/ & secundū locum motiua trigonū integrat/
quā animam bruci dicimus: & sub specie sensitiuę consistunt. quibus
si intellectū addideris/ tetragonus fit: in quo dictus trigonus contine/
tur: nec iam in forma trigoni/ sed tetragoni subsistit. quē humanā aiām
mentē/ siue intellectū nominamus. Neminē equidē philosophię gna/
rum latere poterit inferiorū perfectiōes excellentiore modo superio/
ribus inesse. vegetatiuā itaq̄ & sensitiuā & motiua in homine nō ve/
getabilis aut brualis/ sed rationalis animę dicimus. Vnde & in lib. de
ecclesiasticis dogmatibus. c. 14. & in li. de spiritu & anima. c. 48. dicit.
Neq̄ duas animas esse dicimus in uno homine. Sicut Iacobus & alij
Syrorū scribunt unam animalē qua animę corpus: & imixta sit sangui/
ni: alteram spiritalem quę rationē ministrat: sed dicimus unā esse ean/
demq̄ animam in homine: quę & corpus sua societate viuificet/ & se/
metipsam sua ratione disponat: habens in se libertatē arbitrij/ ut in suę
substantię eligat cogitatiōe quod vult. DIS. Quomodo igitur em/
brionem vitę/ primo quidē vitę plantę/ dehinc vitę animalis/ demū
autem vitę hominis intelligendum putas? MAG. Embriōem nō

Vita Em
brionis.

Augusti

Aristot.

ANIMAE INTELLECTIVAE

Augusti.
 anima propria/sed matris cui colligatus est/& vegetare & sentire intelligo. sicut pustulam in corpore excrecentem. nec intellectiua ante expletam formationē infunditur. ut manifeste deducit Augustinus lib. q. ve. & no. test. & c. moyses. xxxij. q. ij. Vnde & in lege præceptum est. Si quis percusserit mulierē pregnantem & illa abortiuum fecerit: si non fuerit formatū mulctetur pecunia: si autē formatū fuerit/ reddat animam pro anima. Ex quo aperte monstratur: ante formationē embrionem non viuere/ nec animam cum carne seminari: sed ordo quem premissa innuit auctoritas in hoc accipi potest: ut per animam matris primo vegetandi/ dehinc sentiendi exerceantur opera. Intellectiua vero superueniens ceptra prosequitur opera: & similiter motiuam influit qua interdum materni uteri parietes pulsant. Intellectionē autem non nisi in nato/ & post temporis interualla ostendit. DIS. Plane. Sed dic quæso in qua potissimum corporis parte animam residere existimes. MAG. In eo qui sequitur campo id celeri venatu deprehendimus. DIS. En patet ingressus: quid tardas?

Campus inpartibilitatis/ anima intellectiua est in nulla corporis particula determinate: sed tota in toto/ & tota in quolibet eius parte: nec maior in maiore/ nec minor in minore, licet perfectius in uno operetur quā in alio. & quæ etiam fatui sunt rationales. Capitulum. xvi. MA.

Vi animæ aliquam ex corporis substantia partem in sedem regionis sui determinant/ corpoream dicant necesse est: id autem per loci spacium longitudine: latitudine & altitudine ita sistitur vel mouetur ut maiore sui parte maiorem locum occupet: & breuiore breuiorem/ minusque sit in parte quā in toto. Anima vero per omnes corporis particulas tota simul adest. inquit Augustinus ad Hieronymum/ nec minor in minoribus/ & in maioribus maior: sed alicui intensius alicui remissius/ & in singulis tota adest: neque enim aliter quod in corpore non toto sit/ tamen sentit. Nam cum exiguo puncto in carne viua aliquid tangitur: quous locus ille non solum totius corporis non sit: sed vix in corpore videatur: animam tamen totam non latet: neque id quod sentitur per corporis cuncta membra discutrit: sed ibi tantum sentitur ubi fit. Vnde ergo ad totam mox peruenit: quod non in toto fit: nisi quia & ibi tota est ubi fit: nec ut tota ibi sit cetera deserit. viuunt enim & illa ea presente ubi nihil tale factum est. Quod si fieret: & utrumque simul fieret: simul utrumque totam pariter non lateret. Idem in de Trinitate libro sexto. c. 6. affirmat. DIS. Si tota in qualibet particula consistit: singulae hominis partes: homines dici possunt. MAG. Dici quidem possunt: non autem a doctis sed stulis. Stulus est enim qui in

augusti?
de origi-
ne animæ

kk iiii

LIBER. XI. DE POTENTIIS

nobis ossa & ungues homines dicitur ait Aurelius de ciui. dei li. 7. In etrogentis namq[ue] forma nō parū sed primo totū inest. DIS. Aliud & forte simili responsione dignū queri potest: si tota ubiq[ue] est/ cur nō in pede videt & oculo audit? MAG. Miror te huiusmodi querere/ q[uo]d libro p[re]cedenti ad sensationē organa indebita p[ro]porione necessaria in tellexisti. DIS. Si nō maior in maiore: nec minor in minore: cur alios alijs rationabiliores: ingeniosiores aut memoria p[re]stantiores dicim[us]? Augusti. ca. xxiii.

MAG. Quantitatem virtualemente & graduum tā accidentalium q[uam] essentialium latitudine ab anima nō secludo: quēadmodum libro octauo deductum est: sed ne peregrina videatur hęc positio. diuim Augustini li. xij. de ciui. consulas: ait namq[ue]. Cum em deus summa essentia sit: hoc est summe sit: & ideo imutabilis sit: rebus quas ex nihilo creauit esse dedit: sed nō summe esse sicut ipse est. & alijs dedit esse amplius alijs minus atq[ue] ita naturas essentialium gradibus ordinauit. P[re]ter hęc autē ratione corporū & organorū in quibusdā animę operationes p[er]fectiores cernimus. unde tales alijs p[re]stantiores nominamus. quēadmodum lucernam splendidiorē dicimus: q[uam] lumen subuliorē: aut vitro: aut cornu circumdat: tenebrosiorē autē/ q[uam] vitro aut cornu grosso turbido aut immundo candelā continet nō fit mutatio in lumine: sed in circūdante corpore p[er] subtile libere radios diffundit: qui in opaciorē reuerberantur. DIS. In stultis igitur & fatuis anima rationalis est: cui tamē ob corporis indispositionē opera minus emicant. MA. Recte nam & si intellectiua organica non sit: coniuncta tamen corpori corporalium species per sensus recipit. Augusti.

Anima hominis indiuisibilis est/ nec ad sectionē & membri diuisionē partitur/ nec retrocedit/ sed viuificare illud membrū desinit probatur exemplo cuiusdā p[er] byteri. quod Augustinus refert. Capi. xviij. DIS.

Veslo ne succenseas: si dictis aliud q[uod] fortius mouet adiungas: q[uo]d totā in qualibet parte aīam astruis: absca manu anima cū ea/ dē decideret/ aut in brachium in qua tamē prius erat retrocedit. Augusti.

MAG. Quotocunq[ue] diuiso a toto membro/ indiuisibilis animę substantia nō partitur: nec se retrahit: cum prius in qualibet parte tota sit. Abscisum tñ membrū viuificare desinit. nihil autē obstat videntur quo minus huic loco p[re]sens sit: quē abscisum membrū ante occupabat cū toti coniungeret. DIS. Contradictionē admittis: simul eadē informans & nō informans esset. Informans quidē corpus/ & non informans absce partis locū. MAG. Hęc contradictionē (quę est ad idē & scdm idē) non includunt. DIS. Probe. meministi nunc talia libro secūdo audisse. Sed quid si manus arscat: arscit ne in eadē anima? MAG. Nequaquā incorruptibilis est em: ut mox patebit. de/

ANIMAE INTELLECTIVAE

Augusti. finita autē in tali membro vegetatio & sensus: ipso manente unito toti: quod in sanis quoque potest: saltem ad tempus fieri. Vnde & Augustinus in de ciui. li. xiiij. ca. xxiiij. plerisque fratres recentissima memoria exploratos ait: presbyterum quendam Restitutū nomine in parochia Calamensi. ecclesie ita se dum voluisset/ abstulisse a sensibus: ut non modo vellicates atque pungentes non sentiret: sed nec aliquando ad motum ignis adustionem declinaret: in ipso etiam tanquam in defuncto nullus inueniebatur anhelitus. hominum tamen voces si clarius loquerentur/ tanquam de longinquo se audisse postea referebat. Clarum est hoc argumentum unitatis vegetatiue: sensitiue: & intellectiue in homine: & dominum mentis super vires suas. Hic homo mortuus non erat: qui adhuc astantium voces quasi e longinquo audiebat: sed in eo anima se a tactus sensatione continebat: ne multiplicatas ad organum qualitates aduerteret: quia spiritui egredienti ad organa sensuum influxum suspenderat. quemadmodum si candela illuminans cubile esset animata: radios suos ad centrum lucis dum vellet attrahere: fieretque cubile tenebrosum sine luminis extinctione vel candelę separatione. DIS. De idēpitare vegetatiue: sensitiue: & intellectiue in homine: similiter & ipsius impartibilitate/ quae volui audiui. de quantitate vero vegetatiue & sensitiue in vegetabilibus & brutis: si idem sentias nondum intellexi.

Si anima sensitiua in brutis sit extensa & diuisibilis opinioniones ponuntur. & si diuisione anima multiplicari possit perquiritur. Capitulum. xvij. MAG.

Augusti. Ens diuina brutorum esse indiuisibilem: nec in minore minore: aut maiore maiorem non spernende auctoritatis philosophi credere. Si tota sentit: quod in singulis partibus corporis fit cum tota non lateat: nec absens sentire possit. manifestum est etiam ex prioribus quoniam species visibilium in oculo extensę non sunt: igitur nec potentia per idem de speciebus & interioribus potentiis intelligendum: non est autē epitomantis nostri positiones multis rationibus fulcire: sed unius exprobatissimis in testem assumere. Cedentibus autē ceteris diuino Augustino placuit hunc aduocare: qui in li. de quantitate anime/ non modo intellectiue: sed sensitiue quoque extensionem localem demonstrat longe abesse. Sed in oppositum multos mouere solet: quod in annulorum & quorundam vermium diuisione/ utraque pars & motus & sensum seruatiid autē aut partitione: aut multiplicatione anime fiat necesse est: multiplicationem uero nature principis contrariam refutant: partitione igitur fiant concludunt. DIS. Et ego non inerte condulum existimo: ni argumenti nodulum inualidum deduxeris? MAG. Animam de anima multiplicari: & quasi extraduce nasci/ in superioribus explorum est: quod autē de candela accensa/ aliam accendentem sine luminis sui diminutione in delucidatione dicti adducunt/ fallum esse constat. non quia

LIBER VNDECIMVS DE POTENTIIIS

lumen sine substantia in quo subiectatur in alterā transferretur candelā (accidens em̄ de subiecto in subiectū nō migrat) substantia igitur lucida quā in candelę capite flagrate cernimus; nisi continuo de corpore candelę restaretur citius ad incensionē adductarū candelarū conlumeretur. DIS. Ad aliud autē quid dicis? nam ut aiunt indiuisibilis punctus ad diuisionē lineę in utraq; partē totus cadit: sic & anima

MAG. Punctum actu esse in linea si. octauo reprobatur est. esto autem actu sit; vel destruitur si actionē diuisionis accipit; aut in alteram partem solus cadit. DIS. Sic pars reliqua esset actu infinita: quā termino non clausa. MAG. Non esset quidē clausa termino extrinseco sed intrinseco. DIS. Duo igitur in linea puncta in potentia fuerunt; quę diuisione facta in actum reducuntur? MAG. Probe. Sic quidam in planta vel bruto unam actu dicunt animā: potentia plures; quę diuisione cōsummata in actum prodeunt virtute formę prioris; & beneficio corporis cōlestis / calore coagēte. Huius nempe maxime est feminaria excitare / cubantur em̄ & oua a calore simi. Sic utraq; partium diuisę plantę / plantam dicunt imperfectā. Facile autē perfici posse propter partium similitudinē / utrobique em̄ manet quod alimentū digeritur. In surculo autē absciso / & si radix nō sit (cuius est alimentū sumere) sufficiens tñ oibus per poros donec radices mittat / potest introire ipsa nempe radix non nisi per poros solet alimentum attrahere quibus obstructis deficit planta & emoritur. facile autē iuuatur si radix finditur & lapillus in fissuram ne concrecant extrema imittitur. An guille autē & huiusce generis animalium partes diuisionis / animalia vocant imperfecta: nec posse perfici propter partium maiorem diuersitatem: nō em̄ os / & id quo digestio celebratur in singulis partibus repetitur. At vero diuus Aurelius eo libro quē de animę quantitate per Augustinum titulauit: non modo intellectuā / verū etiā brutālē; nec loco contineri & ideo corpālē quantitātē nō habere docuit. Id quoque non omnino extranea similitudine explicuit. Nam & si nomē per litteras tanque per partes diuidi possit / intelligentia tñ seu significatio non potest, quā nec longa nec lata est. Sicut autē dilaniato corpore anima discedit / sic diuisum nomē significationē quam habuerat perdit. In quibusdam tñ nominibus viuunt partes litterarum: quasi frustra corporę anima nō diuisa. ut in hoc nomine lucifer / quod in duas partes sectū / in utraq; viuunt: vel potius quasi viuunt: non em̄ eandē vitam sed est significationem habet diuisum quā integrum. DIS. Nescio si expressior similitudo ad hanc rem demonstrandam inueniri possit. Iam tñ in mentē venite quod nudius tertius ad dissoluendā hanc de partibilitate sensitiuę animę questionē in mediū attulit: ignotus quidā: quē habitus & mores delirum magis quę philosophū ostentabant. MA. Quid ais is non em̄ amictus corporis magnopere: sed dicentes verba pensanda sunt. DIS. Dicebat is brutalem animā per se quidē indiuisibilem esse: per

anima nō
est quāta

Augustinus

Quo aīa
sensitiua sit
diuisibilis

ANIMAE INTELLECTIVAE

videns autē diuidi posse ad diuisionem corporis quod informat.

MAG. Non p̄ter philosophiam locutus est. nā & diuus Augusti-
nus loco quo supra/positionē hanc nō improbat: sed doctissimorum
virozum esse affirmat. nos ad alia p̄peremus/e regione quippe. cam/
pūm spaciōssimū intueor cui nomē est origo.

Campus originis. De origine animę gentili
um & catholicorū opiniones sub breuitas
te recitatur. & manicheorū insania hic im-
probatur: quia dicit animam esse partē di-
uinę substantiæ. Capi. xix. DIS.

Vid in hoc campo venatū dignū arbitrare? MA. Id qd nō
modo oīm seculorū & gentiū phōs attonitos reddidit: sed ex
nostris quoq; nōnullos p̄niciose errare/ceteros sententiā suam
aliq̄diu suspendere: & qd veri⁹ salubriusq; de essentia & origine aīę di-
ci possit: ingēti labore p̄quirete coegit. DIS. In primis de philoso-
phis deinde de ceteris te absoluas. MA. Phōrū positiones in princi-
pio li. x. saltē uniuersali sermone cōmemorauimus: nec tā necessarium
q̄perosum est oēs singillatim explicare. Stoici aīam corpoream astru-
unt. Hippō aquā credidit Democritus ignē affirmauit. Diogenes &
Anaximenes substantiā aīę aereā esse voluere. Permenides ex terra
& igne. Xenophantes ex terra & aqua. Epicurus ex igne aere & sp̄iti/
tu mixtā. unde Varro aīam definies ait. Anima est aer cōcept⁹ ore de
feruefactus in pulmone tempatus in corde: diffusus in corpus. Em-
pedocles ex quatuor elemētis concretā Critias sanguinē cordi diffusū
Crisippus sp̄itiū. Hiparcus ignis vigorē. Hinc & Maro Igne⁹ est ol-
lis vigor. Heraclitus scintillam stellaris essentię: aliter Heraclitus exala-
tionē humidā Philolaus Aristoxenes. harmoniā. Quibus alludunt
Siminias affirmans animam esse harmoniā ex partibus corporis in-
tegrantibus resultantē: & Dinarchus quatuor elementorum concor-
diā harmonicā Almeon diuinum quoddam se semper mouens.
Xenocrates numentū maximę virtutis Pythagoras & Plato numentū
se mouentem. Anaxagoras intellectum Aristoteles endelechiā siue
actum & corporis formam. Et rursus de origine disceptantes: quidā
eam semp fuisse. alij incepisse tradidere. Taliū sentētiās diuus Hierony-
mus nostris cōmiscens/quinq; p̄cipuas opiniones de origine animę
cōmemorat: scribens Marcellino & Anaplichtē: dicens. Sup̄ aīę statu
memini vestre questiūculę imo maxime ecclesiasticę q̄stionis. Virū
lapsa sit de celo (ut Pythagoras phūs: omnes platonici & Origenes
purant) anima. An a propria dei substantiā. ut Stoici. Manicheus &
Hispaniæ Priscilliani hereses suspicantur. An in thesauro habeant

De origi-
ne aīę opi-
niones

LIBER XI. DE POTENTIIS

Improba
tur error
maniche
orum

rum dei olim conditæ. ut quidam ecclesiastici stulta perſuaſione cõfi
dunt. An quotidie a deo fiant & mittantur in corpora: ſecundũ id qđ
in euangelio ſcriptũ eſt. Pater meus uſq; modo operatur & ego ope
ror. An certe ex traduce. ut Tertulianus / Apollinaris / & maxima ps
occidentalium autumant. ut quomodo corpus ex corpore / ſic anima
naſcatur ex anima: & ſimili cum brutis animantibus conditione ſubſi
ſtat. Hec ille. Auguſtinus quoq; eaſdẽ opiniõnes / dempra ſecunda in
libro tertio de libero arbitrio Item in epiſtola ad Marcellinũ / in epiſto
la ad ſanctum Hieronymũ de origine animę in epiſtola ad Optatum
de eodẽ recitauit / ſed nullam amplexus in ſententia aliq; diu ſuſpenſ
permanſit. Manicheorũ tamen errorẽ ſemper refutaui. quẽ & bea
tus Hieronymus in expoſitiõe fidei ad Damalum papã anathematiz
ſat. Tanto em̃ facilius hic error cõuinditur quanto maniſteſtore con
tradictiõe in angaria ſe concludit. Si em̃ anima dei pars eſt / creata eſſe ne
quit. creatam tũ dicit qui ipſam de dei ſubſtantia productã intelligit
Amplius dei eſſentiã nõ omnino ſimplicẽ / ſed tot particulis distribu
tam quot ſunt animę. rursus dei partem toti homini impfectiorem /
aut quãlibet animarũ imẽſam omnipotentẽ / & ſi quẽ talia de deo ve
rificantur / dici neceſſe eſt & quod execrabilius eſt: dei peccatis ob /
noxiũ / ſicq; eternis ſupplicijs cruciandum neceſſario ſequitur. Hunc
errorem a diuo Auguſtino multifarie expoſum relinquemus: ſi pri
us unum teſtimonium ex ipſius libris adduxerimus: in libro xi. de
ciuitate dei. c. xxiij. circa finem intulit. Si Manichei non deſiperẽt vel
potius inſanirent: ſi dei naturam ſicut eſt incõmutabilẽ atq; omnino
incorruptibilem crederent: cui nocere nulla res poſſit. animam vero
q̃ voluntate mutari in deterius & peccato corrumpi potuit atq; ita in
cõmutabilis luce priuari: nõ dei partẽ nec eius naturẽ quẽ dei eſt ſed
ab illo conditam longe imparẽ conditori chriſtiana ſanitate ſentirẽt.
hęc ibi. Quod vero duplicem animã in homine. unam bonam: alte
ram mouentem ad malum & bonũ facere nequeuntẽ fabulantur: er
rorem non minuit ſed auget. Nam ſingunt: cum deus videret quãta
labes & vaſtitas immineret regnis ſuis: niſi aliquid aduerſę genti oppo
neret & ei reſiſteret. miſiſſe hanc virtutem id eſt animã bonã: de cuius
cõmixtione cum malo & gente tenebrarũ mundus ſit fabricatus. Er
rorem hunc terribiliũ diuus Auguſtinus libro de duabus animabus
& libro contra Fortunatum funditus eliminauit. Quid em̃ ſtultius
& execrabilius dici potuit q̃ omnipotentem aliquam aduerſam gen
tem timuiſſe. Primam & terciã opiniõnes in cãpo immortalitatis ven
tilabimus. Philoſophorũ autẽ opiniõnes quatuor principales / q̃ dicũt
animam vel aerem: ſumum: ſtarum: ſigneũ ſive ſcindillam: ſanguinẽ
mouentem cor &c. ſapiens philoſophus li. Sapientię c. 2. refutaui.
& Ariſtoteles primo de anima incõuenientes docuit. Nunc duas ul
timas ſub breuitate percurramus. DIS. ut libet.

tertulian
apollina
ris
Auguſti

Hierony

Auguſti

1. ſentẽ
128.
Aug. c. 13

de ſpi
& anima
148. &
40.

Hierony
Maiaſ.
157.
Ariſtote
Auienn
lib.

ANIMAE INTELLCETIVAE

Animę nō sunt extraduce sed singulę singulis cor
poribus a deo creātur nouę & infundunt. Opinio
Aucennę de intelligetiay produētionē refutatur.

Capitulum vicesimū. DIS.

Nimas procreari extraduce / ppter scripturay auctoritates /
a quas diuus pater Augustinus in prefatis epistolis resoluit: nō
maxime arguebat: quia ab Adam omnes nascimur filij irę:
non autē ratione carnis (cui peccatū inesse nemo sanus credit) igitur
ratione animę: q̄ ex anima illius traducatur: vel ut corpus de corpore
vel ut lucerna de lucerna accendit. aut in sentine a parentis anima li/
mul decindatur. Discussis autē falsitatis tenebris / hęc quoq; opinio
reicta est: & singulas animas singulis nascentibus q̄tidie a deo fieri /
ut rōni & fidei consonū receptū & approbatū est: tū ab Augustino /
tū a Hieronymo: qui p̄ceteris hęc quēstionē elaborauere. Vnde Au
gustinus lib. de ecclesiasticis dogmatibus. sic ait. Animas hominū nō
esse ab initio inter ceteras intellectuāles naturas / nec simul creatas: sicut
Origenes fingit. neq; cū corporibus per coitū seminant sicut Li
ciferiani Cirillus & alij latinorū p̄sumptores affirmāt: sed dicim⁹ cor
pus tū cōiugū copulā seminari. creationē vero animę solū creatorē
nosse: cuiusq; iudiciū corpus coagulari in vulua / & cōpingi atq; forma
ri: ac formato iam corpore anima creari atq; infundi ut viuat in utero:
homo ex anima cōstans & corpore: & egrediat viuus ex utero plenus
humana substantia. attestat idē glo. in c. qd vero. 32. q. 2. Consentit di
uus Hiero. li. 2. cōtra Rufinū. & in epistola ad eundē. & regius pro
pheta dicens. Qui finxit singillatim corda eorū. Isaias quoq; ait in
p̄sona Dñi. omnē statū ego feci. quas scripturas de animabus expo
nūt. Aristotelē quoq; li. de animalibus. 1. 6. solū intellectū ab extrinseco
aduenire docuit. Quod autē Aucenna in sua methaphisica de intelli
gentiarū unius ab alia: insuper ad animarū ab intelligentijs p̄ducti
one differuit: & auctor li. causarū eundem securus affirmauit: ut mi
nus sufficienter p̄batū & catholicę assertioni contrariū exploditur.

Anima est essentia simplex: nec ex materia corpo
rali nec spiritali composita phisice: licet cōposita
sit methaphisica compositione. Capi. xxi. MAG.

Erūm catholicorū nōnulli & si animas ut dictū est singulas sin
gulis a deo creari & infundi astruāt: imateriales tamē illas esse
nō admittūt: quorū alij ut facilius q̄ obijciunt p̄pellere valeat
aiās nō de materia corpali s; spūali/extēsiōis/p̄natiōis & corruptiōis
penitus imūni consistere affirmant. facile utriq; sine phisicę & fidei sa
tura defensari potuit: eas tū nec de materia corpali nec spiritali: itē

LIBER VNDECIMVS DE POTENTIIS

quod anima
dicatur com-
posita.

de nihilo a deo creati: Magister sententiarum li. 2. dist. 17. & Dionysius li. de di-
uinis nominibus scripserunt. Substantie quippe spirituales sicut sunt
incorporales ita & imateriales. Quod autem Augustinus li. de ecclesia-
sticis dogmatibus. omnem creaturam corpoream dicit: mox causam & in-
tellectum dicti subiungit. quia non ubique sunt: sed localiter circumscribun-
tur: sicut anima quae carne clauditur: ut posthac declarabit. Idem in epi-
stola ad Hieronymum de origine animae deducit. DIS. Simplex igitur essen-
tia est anima? MAG. Simplex est per exclusionem compositionis phi-
sicae: quae est ex materia & forma naturali. composita vero est compo-
sitione metaphysica: quae est ex realitate & realitate: quarum una se habet
in potentia ut quod/ altera in actu ut quo. ab illa genus/ ab ista diffe-
renda sumitur. Hinc Boetius li. de trinitate. In omni quod est circa pri-
mum/ est hoc & hoc id est quod est & quo est. Est & in ea accidentis
& subiecti compositio. de luce enim in tenebras: de scientia in ignoran-
tiam mutabilis est. de illa Augustinus li. 6. de trinitate & xi. de ciuitate
dei differuit. nos reliqua percurramus.

Excusat se auctor de tarditate ad responden-
dum. & positiones de origine animae vegeta-
tiuae & sensitiuae enumerat. Ca. xxij. DIS.

Vae de origine & substantia animae digesta sunt/ de sola intel-
lectione intelligenda inducta testimonia persuadent. de vegetatiua
igitur & sensitiua quid astruimus? MAG. Difficiles difficillimis
questionibus accumulatas: non aduerterem materias grandes (ut inquit Hieronymus)
ingenia parua ferre non posse. insuper quod odiosum sit/ ex multis posi-
tionibus unam praeferre: nihil inpendis. Ego autem e contrario ad respon-
dendum efficior tardior: quo ingenij puritate/ stili ruditate & epitoma-
tis praescriptos limites considero attentius: quorum primum arcana naturae non
penetrat: alterum sane conceptum obscurius explicat. ultimum nec se lectum
corroborare/ nec neglectum finit rationibus confutare. DIS. In singu-
lis his eo facilius veniam dabo/ quod minus ea a te exquiri. plano autem ser-
mone ad propositam questionem respondere te plurimum horror. MAG.
de brutali anima diuersi diuersas protulere sententias. Asserentibus alijs a
creatore omnium has animas in primordio ex materia quadam spiritali
productas: consequenter vero ex illis in specie consimiles actione naturae
eductas. Alijs oppositum tuentibus/ visum est eas & a primordio & de
inceps a solo creatore de nihilo fieri. quibus suffragari videtur dictum Au-
gustini li. de vera religione: dicentis. Nulla vita est quae non sit ex deo: quia
deus utique summa vita est & ipse fons vitae. & regius propheta/ cum de ani-
manibus terrae marisque sermonem texeret: subiicit. auferes spiritum eorum
& deficient & in puluere suum reuertentur. Emittes spiritum tuum & creabun-
tur & renouabis faciem terrae. Ceteris deum a quotidiana creatione seque-
strantibus persuasum est animam ab anima generari/ non per decisionem

ANIMAE INTELLECTIVAE

aut prium separationē / sed quēadmodū accensa candela alias accen-
dendo sine luminis p̄prii diminutiōe multiplicat. cum em̄ omnis ani-
ma (ut aiunt) indiuisibilis sit: ad diuisionē materiē in p̄tes utrobicq; rō-
ta cadit: sicut cernere est in surculi de cerp̄tōe. & anguillarū diuisiōe. S;̄
quia nec ea sentētia satis p̄spicua videt̄: placuit reliquis aīas huius ge-
neris a primordiali rerū origine beneficio creatoris vel ex nihilo / vel
p̄ creata rōne seminali esse cōpisse. deinceps autē non p̄ creationē sed
naturę actionē / ex indiuis a creatore elementis generatiuis seminalib;
coagente celorū influxu in p̄patulū prodire. secundū q̄ scriptū est in
Genesi producāra quę reptile aīę uiuentis &c. Hęc sententia verbis
diui Augustini corroborari posset: q̄ ex egregi de trinitate ipsius vo-
lumine li. 9. cū de plantis ageret inferuimus. Et libro de ecclesiasticis
dogmatibus ait. Animalū vero animę cū carne ipsa carnis viuacitate
nascunt̄ / & cū carnis morte finiunt̄. Sit e in li. de sp̄itu & anima legi-
tur. Libro quoq; de aīalibus Aristoteles idē sensisse videt̄. Sunt tamē
qui nec semen / nec celū influxū uiuentes substantias attingere cōce-
dunt. agens equidē p̄stantius est passō: omne autē uiuens p̄stantius
est nō uiuente. ex. xij. de ciuitate dei. inanimati igitur celū / & quāli-
bet semina / uiuentē animā attingere nequeūt. Om̄s itaq; animę cau-
salitatē deo īmediatius attribuūt: nec tamē animas tales creati admit-
tunt. creatio namq; nullā pro recipienda forma materiā exigit: sicut
in plantis & aīalibus esse cōspicimus. Hęc positiō & li philosophiē p̄i-
cipis innitatur / p̄cedenti tamen p̄iudiciū non facit. Nam quod
de nobilitate agentis assumit: non rōne essentiarū / sed causalitate acci-
pi potest. nobilius est em̄ agere q̄ pati. vel quia in simplicibus & uni-
uocis locum habet: celū autē & seminaria visūā causam aggre-
gant: cuius ad minus pars una equiuoca est ad formam introducen-
dam. Celū insuper inanimatum ex his q̄ libro septimo digesta sunt
concedimus. Seminaria autē elementa omnino mortua dicere nō pos-
sumus. uiuunt em̄ semina / accepta a creatore vita latenti: quę opor-
tunis tempamento rū occasionibus excitata erumpit / & species suas
peragit. iuxta sancti Augustini traditionem.

Semen vi-
uit.

Campus immortalitatis. Inquisitio immortalitatis
animę multorū fuit / sed inuentio paucorū / quorū
nonnulli ob amorē alterius vite ne cauere seipsos.
qd̄ tñ mīme licet. insup qbus rōnibus tū a Platōe
tū ab alijs aīę immortalitas p̄suasa sit. Ca. xxij. DIS.

Eleri nunc gressu quē ex aduerso campū intueor. audis p̄cur-
ram: ut simul cū solis occubitu hic liber linē accipiat. MA.

Haud scite hūc vastissimū campū inumeris anfractib; inter-
ceptū varijs itē & dēssimis vepribus cōstitū celeriore cursu p̄currēdū
Augusti. moneas. nā diuus Aureli. in t̄decio de trini. c. 9. de vera beatitudine &

LIBER VNDECIMVS DE POTENTIIS

animæ immortalitate differens ait, Humanis quippe argumentationibus hæc inuenire conātes: vix pauci magno p̄diti ingenio: abundantes oīo/ doctrinisq; subtilissimis eruditi/ ad indagandā solius animæ immortalitatē puenire potuerunt. Qui t̄m animæ beatā vitā nō inueniūt stabili: id est verū: ad miserias eā quippe vitæ hui⁹ etiā post beatitudinē redire dixerunt &c. DIS. Lento igit̄ passū hæc duo p̄ordinē dispiciamus. MAG. Animæ immortalitatē Phōs nonnulli cū didicissent/ amore future felicitatis sibiipsis manus intulerunt. ut Cleanthes Crisippus Zeno Empedocles & Cato. inquit Laetandus li. 3. c. 18 institutionū. Et beatus Hieronymus sup̄ Daniele. c. 1. Zenonē p̄m̄cipem stoicorū inferos & imortales animas cōcesse astruit. Theobrotum quoq; lecto Platonis libro ubi de immortalitate animæ disputat: se precipitē dedisse de muro. atq; ita ex hac vita emigrasse ad eā quam credidit esse meliōrē. Augustinus primo de ciu. dei ca. xxij. refert. Verū in eodē: nulli hominū licere in seipsum manus truculentas injicere abunde deducit. Nos huiusmodi & varias rationes p̄firmāda animæ immortalitate consulto p̄terimus: nec ex his q̄ ab Aristotele in libro de anima: in metaphisica: aut in ethicis scripta cernunt̄ euidens demonstratio colligi poterit. Ceterum in de animalibus solum intellectum ab extrinseco aduenire astruit. in li. vero de pomo & morte (si ip̄ius est) id darius expressit. DIS. Platonis autē argumētum qd̄ est cui Theobrotus t̄m credidit. MAG. Numerus seipsum mouēs indeficiens est: anima numerus est seipsum mouens: nō igit̄ aīa interire potest. DI. Numerū & motū inter accidentia cōnumerari. li. 8. digestum est: animā vero substantiā esse ea q̄ in decimo libro tractata sunt cōprobant. sic syllogismi p̄missi alterā p̄positionē falsam esse necessario sequitur. MAG. Numerū numerantē & motū se mouētem (qualem Plato credidit animā) substantiā esse nihil horū quē dissolvimus. phibet. unde cū in mouentibus & motibus deuentū sit ad id qd̄ ex se mouet: nō participatione motus/ p̄ter intellectū nullum aliud assignari p̄t. Prima nempe causa immobilis est: & p̄m̄cipiū corporū stare p̄t: in ip̄so em̄ motus a substantiā secernit̄. DIS. Nūq; aīa exuta corpore ip̄m mouere desinit. MAG. Etiā fili. accessori⁹ eodē est hic mot⁹. Vnde debita corpis harmonia corrupta/ motus viuificationis in eo desinit: & aīa (quæ sine tali motu corpus nō informat) recedit seip̄sam autē motu intellectuāli mouere in p̄petuū nō cessabit. intellectus em̄ alijs sup̄ seip̄m reflectit̄ motus: & circularis efficit̄. nunq; em̄ seip̄sam intelligere desinit ex q̄ esse cœpit. ait Aureli⁹. DIS. Habet igit̄ mot⁹ sui p̄ncipiū. MA. Animā sui esse: deū habere auctore cognouim⁹. quō ergo motū ip̄ius q̄ viuit p̄ncipio carere dicemus. Vides q̄a rotunditas motui cōgruit: facili⁹ em̄ mouet̄ qd̄ magis rotundum est: maximū igit̄ rotundū q̄ rotund⁹ dari nō posset: si sup̄ p̄fecte planum caderet/ motū cōtinuaret sine termino: esset namq; mouēs &

Theobrotus

Anima se
ipsa intel
ligit simp

ANIMAE INTELLECTIVAE

mobile. Sic intellectualis natura: ex quo esse cepit: seipsam sine fine in
intelligit: & cū alia cognoscit: ratio inando semouet. ut quatuor nō sunt
duo: quia quatuor tria cōtinet: duo autē tria nō habet. pariformiter
& in ceteris. Preterea ips inter corruptiōis causas Aristoteles cōmemo
rat. q̄ em̄ corruptū generata sunt & tpe mēsurant: ips autē ut visus
est cum sit numerus / ab aīa depēdet. aīa vero tempori subdita nō est
sed ad tēpus se habet ut visus ad oculū: qui licet sine oculo nō videat
tū nō habet ab oculo qd visus est. sic aīa in mensuratione motū tpe
utitur. & in hunc usum varia instrumēta fabricat. Motus itaq; discere
tionis aīe quia tēpore mensurari nō habet: tempore finitū nequit: ideo
ppetius est. Adde qā nullus vel numerus vel motus potest aīe men
surandi ac numerandi motum quacuare: qā oēs pcedit motu suo in
tellectiuo. Vnde ratio circuli ante oēm motum est: nec tempore con
stringit: hęc tū in anima rationali repetit: similiter & ceterę mathema
ticę disciplinę: & incorruptibiles scibilia veritates. quare & aīam im
mortalē esse manifestum erit. **DIS.** Non mediocriter mouet: q̄ ve
ritates inuariabiles quas anima abstractas itelligit cōplicat: & aduicē
ti miro modo explicado manifestat: nec in talibus corpore necessario
utitur. Impidius namq; hęc intueor dum clausis oculis: & quoad fieri
potest mentē supra corpus eleuo. **MAG.** Plane. nā propheta in ex
tasi aut rapu: similiter & in somnis secretissima contemplant. clari
us autē ab omni corporali mole liberata anima talia intuet. **DIS.**
Persuasus sum. **MAG.** Confirmat hoc: q̄ marcescente corpe / reddit
aīa ad cōtemplandas altissimas veritates expeditior: nec a maxime in
telligibilibus ledit quēadmodū dissolubiles potētē ab excellenti sen
sibili corruptū. Preterea desiderū naturale frustratorium esse ne
quit. li. 3. de aīa. 2. phisicor. & primo de cōlo & mundo Aristoteles
astruit. Omnes hoīes autē naturali desiderio beatitudinē appetunt. ast
sanctus Augustinus li. 3. de tri. c. 8. & Aristoteles primo ethicor. Bea
tudo vero nō potest haberi in hoc mundo. scōm beatum Augustinū
li. 22. de ciui. & Boetium li. 3. de consolatione phi. igitur necessarium
est animas in aliud sēculum durare: ibiq; desiderata beatitudinis eter
nitate potiri. Sed quid plura? imago & resplendentia viuentis in sēcu
la creatoris quomodo desineret cum nec dies illustrata sole deficeret
si in nostro hemispherio sol semper consisteret?

Quibus scripturarū testimonijs confirmari possit aīe
imortalitas. & quō aīa respectu dei mortalis sit / qā mu
tabilis & de duplici eius morte. **Capi. xxiij. MAG.**

Ed ne a quopīa veritatis lumen qd ex pmissis de animę ppetui
tate hausisti / obtenebrari possit: ipsum sacror. eloquior. muro
circūda. unde ait veritas. ego vitā eternā do eis. & Aurelius in
ecclesiasticis dogmatibus. c. 15. (quē librū nōnulli Gennadij dicunt)

LIBER. VNDECIMVS DE POTENTIIIS

solum hominem credimus habere animam substantiuam: quæ exuta corpore uiuit: & sensus suos atque ingenia viuaciter tenet. non cum corpore moritur sicut Arabs asserit: neque postmodum interitura sicut Zenon dicit: quæ substantialiter uiuit. Idem li. de spiritu & anima. c. 48. dicit. & Dionysius de diuinitate. no. c. 4. anime humane habet ex bonitate diuina quæ sunt intellectuales & quæ habeant substantialē uitā & inconsumptibilē. & Cicero in li. de senectute introducit Socratem apud Platonem dicentem. Quid multa sic mihi persuadeo: sic sentio cum tanta celeritas animarum sit: tanta memoria precitorum futurorum prudentia: tot artes: tante scientiæ: non posse eam naturam quæ res eas continet esse mortales? Et in fine adiungit. O perclarum die cum in illud animarum conciliū perficeretur: & cum ex hac turba & colluione discedā & plura ibidem. Valerius quoque maximus. li. ij. nonnulla ad id propoliū contulit. Vergilius quoque in. 6. Æneid. & Ouidius li. 2. metamorph. & poetarum numerosa turba animam immortalē credidit. Sed quibus nec ita satis faciunt. c. pe. xxij. q. ij. legant: & contrarium asserentes inter hereticos inueniunt. DIS. Si sacris litteris dicta firmare contendis quæ contraria uidentur ex his testimonia dissoluas necesse est. At enim Apollonius loquens de deo qui habet immortalitatem solus. & propheta Ezechiel. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. MA. Fortiter opponis: sed hæc longe aliter accipienda sunt. Solus enim deus immortalitatem habet: qui cum incommutabilis sit: sicut uitā in semetipso habet: sic seipsum conseruat: & ipsum non esse impossibile est. anima autem mutabilis de bono in malum accepit esse per creationem: & a creatore perpetuatur per indefinentem conseruationem. Ezechielis autem uaticiniū de morte per peccatum quod priuata animā uitā gratiæ intelligendum est. de qua in li. Sapientiæ. Per maliciā occidit homo animā suā: quia peccatum gratiā expellit. cuius presentia anima: sicut corpus per ipsam uiuit: inquit Augustinus. Est & alia animæ mors & quædam summa alienatio scilicet eius a uitā dei in eternitate supplicij. ut testatur idem li. vi. de ciuitate. sed de hac in campo miserie: nunc quæ restat in hoc campo lustrabimus.

Sola rationalis anima immortalis est. positio autem Platonicoꝝ de anima mundi in quā plantarū & brutorū animalium animas resoluendas putant: exploditur. & contrarium luculentissimis testimonijs sancti Augustini astruitur. Capitulum. xxv. DIS.

Nimè humane solum: an & ceteris immortalitatem inesse credis? MAG. Premissum ex li. de ecclesiasticis dogmatibus testimonium: solum hominem mortalem habere anima explicat: quod si minus est adducā quod in eodē c. sequenti additur. Animalium uero animæ non sunt substantiæ (intellige corruptibiles) unde sequitur: sed cum carne ipsa carnis uiuacitate nascuntur: & cum carnis morte fini-

Dionysius

Cicero

Valerius

maximus

Vergilius

Ouidius

1. Thib.

Ezech.

Sapientia

de peccatis

pa. resolutis

ratus. &

Augustinus

de ciuitate

Augustinus

de ciuitate

li. 1.

xi.

Varro

Idem li. 7

ta. 6.

Vergilius

Platonius

Augustinus

Augustinus

Aug. de

deli. dog.

c. 17 & 18

ANIMARUM INTELLECTIVARUM

untur. & ideo nec ratione reguntur sicut Plato & Alexāder putant: sed ad omnia naturę incitamenta ducuntur. **DIS.** Si igitur iuxta Platonem & Alexāderem positionē immortales sunt aīę etiā irrationales: arbore succifa: & bestia moriēte/ubi manēt illarū animę si nō corrūpūnt? **MA.** In animā mundi inquit resoluuntur. nam ut aiunt ab ipsa sunt. Vnde sicut anima rationalis tota in toto: & tota in qualibet parte hominis est: sed nō eadē officia in omnibus exercet. in oculo etenim videt: & dicitur visiva. in auribus audit: & est auditiva & sic de alijs. sic ut aiunt: anima mundi imparibilis in toto mundo tota &c. lapidibus pstat esse plantis vegetare: brutis sentire. Hec inquit ante aduentū intellectus/ut embryonē vegetat: & id exercitiū in nōnullis mortuis exercet: quibus & ungues & capilli crescunt. Triplicē em gradū animarū Varro distinguit. ut refert Aurelius. li. 7. c. 25. vegetatiuum in plantis/sensitiuum in astris que mundi sunt oculi: & intellectiuum/in quo homines deo vidētur similes. Solos em illos animaduertisse quid sit deus creditur: quoniam animā motu ac ratione mundum gubernantē affirmat: nam & ipse ut ait Aurelius: dicit deum se arbitratū esse animā mundi: & hunc ipsum mundum esse deū. Alludit Vergilius cū ait. Iupiter est quicquid vides quicquid mouet. Plato autē mundus esse aīal beatissimū & sempiternum: sic & sydera instanter affirmat: unde & homo gręce microcosmus: id est minor mūdus dicitur. hoc autē qđ ipso proprie diceret si macrocosmus: id est maior mundus/cuius homo similitudinē gerit animā nō haberet. Et quia ab hac anima oīum motus/ordo & discretio est: ipsa quoq; numerus seipsum mouēs appellatur. Nec mirū si Aristoteles eam ipsam naturā sagacē/alij Fatum/alij necessitatē cōplectionis dicere voluere. Singuli tñ positiones suas moderantes: de quibus disserendi locus nō est: in illa nō modo animas/sed & oīum rerum formas ante rerum productiones/non quidem tempore sed natura pexistere Platonici voluere: nec formas ut in rebus sunt & in mundi anima scđm rem: sed scđm essendi modum tantūmodo differre. Multa secrediora quedam phīę circa animę mundi declarationē explicanda veniunt quę consultius in epitomate istoc silentio pterimus. Augustinus vero in locis pñominatis positionē de aīa mundi satis exterminat. Quid autē de animabus stellarum/& ex consequēti aliarum mundi partū sentia. li. 7. nō oīno pterisse memini. **DIS.** Conclusionē igitur in pmissio ex li. de ecclesiasticis dogmaticis capitulo tenēda cēses? **MA.** Etia fili. Vnde & in li. de fide ad Petrum loquēs ait. Quosdā spiritus sic deus creauit ut semp essent: quosdā vero ut quicquid spiritus desineret: illos itaq; desituros: quosdā ex aqua/quosdā quia sic voluit pduxit ex terra. & infra. Spiritus omnium aīalium tā diu spiritus sunt: qđ diu in corporibus viuunt. aīa qđpe qđ rationis capax diuinitus facta nō est: cū carnes suas & incipit & desinit viuere: quia qđ corpori vitā nō tribuit: & ipsa nō viuūt. Atq; ita misro mō cum oī carni aīa sit causa viuēdi spiritus tamē

li. ij

LIBER. XI. DE POTENTIIS.

irrationalis tam diu viuit q̄ diu in carne manere potuerit: & dum a carne sua sepať extinguit. Alludit dictis ad beatus Grego. in 4. dialogorū de triplici spiritu a deo creato astruit. DI. de rōne v̄o quā idē locus a brutis seiungit: qd̄ aisť. MAG. Tu primū quid te moueat exponas.

**Animalibus brutis inesse rationem imperfectam
& informem quomodo concedi & argui possit ex
his q̄ operari solent. Capitulū. xxvi. DIS.**

E multa preter ordinem cōmisceri videamur / p̄prio capite
n de hoc loqui exordiamur: vids ne cūta mīmis ad maiora ascē
dam araneas circa edium fenestras telas suas ordinatim cō
texeret: & in centro vel circumferentia p̄cedam aduolitantem scilicet
muscā diligenter obseruare? Formicas in æstate granorū acervum
cōportare / in conseruandis singulati industria vñť. Item hyrundines
cū artificiose ex luto nidos conglutinare / omni videnti p̄spicuum est
Quid dicam de canibus? quibus tanta inest discretio / ut dominū ab
alienigena / latronem & homicidam ab infante in vindicta secludant
in biuio / feram altera declinasse parte fillogisant. Ciconiarū / equorū
& elephantū naturas longum esset cōmemorare: qui singulari p̄cedi
ti noscuntur ingenio. MAG. de brutorū ratione Philonem scripsisse
Hierony. Hic. li. de vi. illustribus testatur. Hanc si nos quoq; irrationalibus
non omnino adimere voluerimus: ipsam nō simpliciter rationē: sed ra
tionem informē dicere possumus. Sicut enim visus in colorum discre
tione cōfusus est: & informis: formatur autem ratione inter album
& nigrum discernente: sic brutorum discursus si quis in operando cer
nitur cōfusus est nec satis distinctus. Huius in homine simile quodā
modo conspiciamus: intellectum tamen formari haud ignoramus.
Nunquid qui vocabulorum vim ignorat: legens librum per differe
ntias litterarum syllabarum & vocum discurret: intellectus autem si ad
hibetur / discursum esse bene aut male diiudicat? DIS. Sic canī a
deo vim collatam dici posset / quā ex his quæ sensu deprehendit speci
aliter syllogizet: informem tamen esse hunc discursum. cum nesciat si
bene an male discurret. MAG. Hanc vim rationem nōnulli appel
lant cum discursus & discretio (q̄uis cōfusa) omnino a ratione seim
gi non possit. Vnde & Aureli⁹ li. xi. de diu. c. xxvij. Inest sensib⁹ ira /
nonabilium animalū & si scientia nullomodo ac certē quēdam scien
tię similitudo. ait autem scientia nullo modo / nam ut in li. de fide ad
Petrum scribit: nullam intelligendi facultatem diuinitis acceperunt.
Et Dauid rex. Nolite fieri sicut equus & mulus quibus non est intel
lectus. In imperfctionibus autem operibus: ut puta grana illo vel illo lo
co reponere: telam in fenestra potius q̄ alia domus parte texere & cer
parum ex expimento & memoria p̄teritorū est in his quæ experie
sunt: parum ex nature instinctu. nam telam textit aranea / & grana col

Pythago

Hierony

Philo alex
xandrin

Quidius

Plato

Augusti

apuleius
Plotinu
porphi
us
Varro
Virgill

Plal. 31

ANIMAE INTELLECTIVAE

igit recenter formica producta. Operatur autem & inclinatur naturae instinctus in eisdem specie ad similia ideo omnes hyrundines similes nidos/aranee telas similes fabricant. qui autem cognitione ratiocinativa operantur. opus ad placitum variant. unde nec omnes homines scriptores: & qui scriptores/ non similibus characteribus scribunt. DI. Aperte loquor: nec alia dilucidatione opus est. ad alterum quod Augustinus in promissis verbis inuit: animarum scilicet regressum: sermonem vertamus.

De Revolutione animarum a caelo in humana & bestiarum corpora: & de ingressu earundem in coelum qui & quid Philosophi senserunt Capi. xxvij. MAG.

On omnibus quibus (utcumque) a se immortalitas innotuit causa conjunctionis cum corpore/ & recessus ab eodemque patuit. In primis autem opinionem illorum qui animas tempore processisse corpora voluere sub breuitate transcurramus: dehinc innixam veritatem sententiam teneamus

Pythag. DIS. Probe. **MAG.** Pythagorā aiunt primū μετεμψυχωσιν id est transmigrationē docuisse: & adeo quidē generalem ut animarum nostrarum in bestias/ & rursus bestiarum in homines: & talium in plantas transitum crederet. Hinc ut testatur diuus Hieronymus li. ij. contra Iovinianum. c. xxxv. Pythagorici omne quod mouetur & viuit edendum non putant: & eiusdem criminis reos arbitrantur qui abiete/ quercumue succi decunt/ cuius patridē sunt & venefici. Ipse insuper Pythagoras se dicere bello Troiano fuisse militem Euphorbum/ & ibi occisum a Menelao quod minor Atides dicebatur. Vnde Ouidius lib. xv. μετεμορφωσεν id est de transformatis opinionem Pythagorae pertractans in plena ipsius ait Ipse ego me memini Troiani tempore belli Pantoides Euphorbus erā: cui pectore quondam Haestina aduerso grauis hasta minoris Atridae. & rursus in eodem. Morte carere a se semper priore relicta. Sede nouis domibus viuunt habitantque receptae. Omnia mutantur: nihil interit errat & illinc Huc venit: hinc illuc & quoslibet occupat artus Spūs: & que feris humana in corpora transit. Inque feras noster nec tempore deperit ullo. Vtque nouis facilis signatur terra figuris: Nec manet ut fuerat nec formas seruat eadem Sed tamen est eadem anima sic semper eadem Esse: sed varias docet migrare figuras. Plato altissimae speculationum cupidissimus Pythagorae dogmata audiens non modo non respuit: sed ipse quoque animas hominum post mortem reuolui usque ad corpora bestiarum scripsit & tenuit. Hunc secuti **Apuleius.** Plotinus Porphyrius Varro Vergilius Tertulianus Origenes quoque/ nonnulla quibus impia/ de animarum reditu scriplere. Quorum alij omnes animas puras ab initio conditas arbitrantur. & eas quae ab omni contagione corporis liberae sunt/ coelum possidere: appetituas vero corporis latenti desiderio de coelo prospicere. & pondere terreni contagionis/ paulatim in inferiora dilabi/ corporibus diuersis coniungi: & ab his tandem solutas & purgatas: non ea quae descenderunt porta ad superos reuerti.

**Tertulia.
Origenis**

nas equidem in coelo portas p̄descensu & ascensu animarū: Macro Macro
us sup̄ somnio Scipionis ad mentē Platonicoꝝ explanat. Prima est us
ria hoīm & descensus. Cancer sc̄q. altera Capricornus porta deoꝝ/
e rursus ascendentes aīe immortalitatē deoꝝ consequuntur. Gaiaxia
te persigniferū p̄fixus circulus/locus est beatoꝝ. Cetera autē signa
inseuntēs/qualebrie ex visis diuersis obliuiscuntur eoꝝ q̄ habebāt
coelo. In sphaera Saturni acquirunt intelligentiā. in Ioue vim agen
in Marte animositate ardorē. in Sole sentiendi opinandiꝝ naturā
Veneremorus voluptatū. in Mercurio interpretandi vigorem. in Lu
vim auguriandi. Purgatas quoꝝ euocari ad Ietheū fluiū: ut inde
bentes obliuiscantur p̄teriorū malorum quā in corporibus passae
nt & ad supra conscendant: & ab his rursus in inferiora reuerti cur
ant. unde Vergilius platonice dixit. Ietheū ad fluiū deus euocat
ymine magnos (sc̄q. aīas) Scilicet imemores supera conuexa reuiscit:
unus & icipiāt in corpora velle reuerti. Intm̄ etiā Apulei⁹ desipuit ut in
de deo Socratis assereret aīas hoīm in demones trāsire vel lates si ho
sūt v̄ lemures siue latus si mali. Manes autē deos dicūt. Vano autē
atq. reuersionē ita constrinxit ut nō in bestias sed p̄p̄ia corpora redire
as diceret. Porphyrius q̄p̄ idē asseruit: & post purificationē de coelo nō
uerfuras amplius in alia corpora. Purigationē vero animarū quam
neurgīa dicunt & has falsas opiniones Aurelius li. 9. & 10. de ciuitate
efficienter cribrauit. Et beatus Ambrosius li. de fide refutationis c.
enulsum & ultimo huius figmenti auctores irridet dicens. neq. em̄
nirum debet videri qd crededis vos in bestias posse mutari: qui be
ias adoratis. DIS. Pythagorā Platonē Porphyriū ac ceteros gen
tatis caligine obfuscatos in difficillimis questionibus aīarū sc̄q. origi
e & perpetuitate errasse paruifacio. Origenē vero quē singulari inge
io & vitæ puritate claruisse: & sacras literas nō modo legisse: verū/
tiā abūde exposuisse ferunt in dictis questionibus delirasse/quis fa
le crederet. M̄A. Nemo nisi qui ei⁹ scripta: singulari diligentia cō
derauere. DIS. Et qui fuere istis. M̄A. Diui Hieronymus & Au
gustinus ingenio eloquio/doctrina/fide/& sanctitate clarissimi. DI.
pauci si p̄sto sunt ex his de Origenis circa animas errore deducas.

Origenis
opinio

b Eius Hieronymus ad autū scribens inter ceteros errores Origenis quos in libris περὶ πρῶτον est de principijs docuit: etiam hunc de animabus aperte ostēdit. & in expositione fidei ad Damasum papā condemnat. Credidit enim Origenes (ut plano sermone pauca referam) animas in cœlis fuisse angelos: ubi quę postquā peccaverunt deiectas in istum mundum in diversa corpora: tanquā in

ANIMAE INTELLECTIVAE

carceres p delicti qualitate: in quibus si nosuerint ad meliora conuertit: in alio mundo demones fieri: demones quoq; si voluerint ad meliora conuertit: in alio mundo vel mundis: p supplicia atq; tormenta in corporibus erudiri: & rursus ad angelica peruenire dignitate. Nos quoq; si negligentius nō egerimus in corporibus angelos futuros ait. Animam etiā angelum & demonem (quos unius assensu naturae sed diuersarum voluntatum) pro magnitudine negligentiae & stultitiae iumentum posse fieri: & p dolore pēnarū & ignis ardore magis ac magis eligere ut brutum animal sit: & in aquis habiter ac fluctibus: ac corpus alium mere huius vel illius pecoris. Et quis hęc dogmata non iuxta suā sententiam in primo periarcho dicat: in sequētib; in multa alia erronea inducens suam fatetur. ut patet per Hieronymū quo supra. Epiphanius quoq; in epistola ad Ioannē hierosolimitanum episcopum (quā sanctus Hieronymus e greco in latinū transtulit) Origenem hęc sentisse libere astruit. Insuper & discipulos suos docuisse ne quis oret in coelum ascendere: ne peius iterum peccans q̄ ante peccauerat: rursus precipitetur in mundum. Propter has namq; animarū circulationes Augerlos sibi inuicem succedere mundos sensit & scripsit. inquit ciuus Augusti. li. xi. de ciui. dei. c. 23. Errorē hūc pessimū Augustin⁹ variis locis confutat. ut puta li. 11. c. 23. li. 12. c. 13. 19. c. 20. in ep̄la ad sanctū Hieronymū de origine aīe. de eodē ad Euodiu & Opatū. & li. 12. de tri. c. ul. Sacri etiā canones errorē istū inter hereses dñant. xxiij. q. iij. c. pe.

q; anima nō est in corpore ut in carcere i quo
luat in ceelo commissa / sed ut in proprio
perfectibili. Capitulum. xxix DIS.

Xplosa vanitate / quid tenendum sit videamus. MAG. Animas rationales quondie singulis corporibus sufficienter dispositis singulas a deo creati & simul infundi ex prioribus liquet. Infunduntur autē non ut carceribus in quibus nescio quae priora delicta iuant: quae etiā simul infundendo creantur. prius non erant nec peccauerunt. Hinc & ap̄ls loquens de Iacob & Esau ait. Cum etiā nō dūz nati fuissent: aut aliqd boni egissent aut mali / ex vocante dictū est. Iacob dilexi: Esau autē odio habui. Rursus qui carceribus pēnalit̄ includuntur: eos nō modo nō amant: sed si possunt effugiunt. animae autē tali amore corporibus copulant. ut iuxta ap̄li vocē nō expoliari sed suauiter peruestiri velint. DIS. Num idē dixit desideriu habens dissolui & a se cū Christo. Et iterū. infelix homo ego / quis liberabit me de corpore mortis huius. Dauid insup ait. Heu mihi qā incolatus meus prolongatus est. MA. Prompte scripturā loca adducis: sed fortasse minus bene intelligis. nam ut beatus Thomas exponit. Paulus non refugiebat corporis naturā: quia ab eo expoliari volebat: iuxta priorem vocem sed volebat carere infectione concupiscētiarū & corruptione corporis

LIBER. XI. DE POTENTIIS.

quæ aggrauat animā ne possit deum videre. Vnde notāter dixit de corpore mortis huius. Nō igitur anima corpori tanq̃ carceri: sed pprio perfectibili unitur/nō per assistendā ut rector nauis: quēadmodū male dictus Auerrois somniauit/ sed p̃ realē informationē ut per se forma ut exprimit clemētina unica de summa trini. & fide catholica. Cū autem talis informatio cōsistat in p̃portioe harmonica q̃ in alio eadē non re/ peritur/ ideo nec anima unius corpori alterius ut forma cōiungit/ sed cuiq̃ propria infunditur/ creatoris voluntate: ut in eis ipsi famulantes maiore mereantur unione aliquando p̃fecte cōsequendā in aduentu iudicis. inquit Athanasius in symbolo. Omnes homines resurgere habent cum corporibus suis/ & redditi sunt de factis proprijs rationē & qui bona egerunt ibunt in vitam æternam/ qui vero mala in ignem æternum. q̃ duo sequentibus campis indaganda veniunt. **DI. A.** Op time: prius tamen separationem & reunionem animę & corporis latius persuadebis.

Auerrois
Clemen
tina.

Athanas.

Quomodo anima reuniri possit corpori exēplo de ducit. & Auerrois opinio de unitate intellectus re probatur. Insup resurrectionē a Gentilibus creditā ab ecclesia Christo / apostolis & prophetis multi/ pliciter attestatam esse ostendit. Capi. xxx. DIS

Nima cū in proporāoe quadā unita sit corpori: necessario sepa
a bitur p̃portioe resoluta: quia vero immortalis est substantiā: separa
nō interit: sed p̃ se subsistit/ nec cū perpetuo desiderio suo qd ad
corpus habet cuius per se forma est frustrabit. natura autē idem corpus
numero resolutū in cineres restaurare nō potest. restaurabit igitur ab
eo qui ipm̃ primo ex nihilo in cōmuni omniū materia creauit cui p̃ma
nēs aīa ut pprio p̃fectibili reuniet. Quēadmodū em̃ p̃cudēs vim in
p̃portioe integrū vim quandā imittit motū & sonū harmoniacū in eo
dem efficiente: quā rupta vim p̃portioe & integritate necesse est mox
abscedere. quę vis si incorruptibilis esset substantię & p̃ se subsistere pos
set/ donec aliqua arte vel ingenio vitro reformato reuniet in eo dē uniq̃
p̃termissum motū & sonū continuaret. **DIS.** Placet hæc manu du
ctio: nam creationi & infusioni animę videt plurimū cōuenire. nō em̃
extra vitrū percutiens vim hanc causat & vitro imittit: sed in vitro eam
cōcit. Sic & creator animā nō prius creat extra corpus & postea in/
fundit: sed simul eodē instanti corpori creando infundit: in d̃ motus vi
uificationis & intellectiōis varios exercet. **MAG.** Scire qd voluit resu
mis. **DIS.** Aliud autē video paulo ante cōmemoratū: qd nondū intel
ligo. **MAG.** Plura fortasse. nec em̃ omnia dilucidare possumus: ve
ratamē edicto quid te dubiū reddat. **DIS.** Cur Auerroim & male
dictū & somniantē appellaueris. **MAG.** quia hic catholicā inidēs

Auerrois
error.

Sylla
Augusti.
Labeo.
Marcus
Varro.

ANIMAE INTELLECTIVAE

Sinceritatem ad Maumetis caninam perfidiam rediit. & dum Aristo-
celis lucubrantes in multis nō indocte exposuisset/ tñ eū locū qui de
perpetuitate animę rationalis est: nō tam obtenebrauit q̃ etiam ratio
nibus & argumētationibus telę areneę paulo fortioribz deprauate cō-
natus est: intm / ut diceret unū & eundem numero omnibus homini-
bus esse intellectū: qui corpus nō realiter inherēdo informaret/ sed cō-
assistendo intelligentiā p̃staret. quod dicto quid turpius? a phīa veraz
quid remotius? in fide Christi quid execrabilius? DIS. Nihil pro-
fecto: sequeret enim castos quosq; ac virtuosos cū leonibus auarissi-
mis eadē labe teneri: insectos / & ex corpore & anima non vere unum
posse fieri compositum. MAG. Adde q̃ mox in sequētibz demō-
strabitur: omnes homines in ęterna gloria beatificandos / eodēq; in
ęternis cruciatibus puniendos. Si em unius hominis intellectus diui-
na perfruetur visione / omnes beati erunt quorū hic idem intellectus
est. rursus si unius intellectus dyabolo & focis eius adiudicabitur ad
gehennā / omnes ardebunt pariter quorū hic idem est intellectus.

DIS. Intellego. sed fortasse si hic intm desipuit: nec resurrectionē in
vitam vel pœnam credidit. MAG. Credidit utiq; : qui & intellectū
imortale cognouit: & propter futuras spurcicias legi Mahumetici
seruivit in eadem promissas. Non enim resurrectio mortuorū & alia
vita a solo Christo & apostolis in nouo testamento / prophetis quoq;
in veteri testamento predicata est: sed a genibus etiam p̃nunciata
ut clare videre est i versibus Sybillę Entree quo diuus Augustinus
li. 18. c. 24. de ciui. cōmemorat. Plato etiam scripsit animas ad corpo-
ra redituras. ut ante patuit. & Augustinus. li. 22. de ciui. c. 27. testatur
sic Vergilius / sic Pythagoras senserunt. Labeo quoq; & Marcus Var-
ro nōnullos resurrexisse scripserunt. ut recitat Augustinus in eodem
libro c. 28. DIS. naturalibus igitur rationibus futuram resurrectio-
nem venari poterimus. MAG. quapropter? DIS. quia utiq; iā
dicti philosophi eam non ex fide possibilem crediderunt MAG. ve-
rum. at tamen vel auctoritate scripturāū antecessorū suorum / vel ipsa
experientia permoti / possibilem fore animę & corporis reunionem
concessere / nam naturali indagine nec a priore / nec a posteriore (ut
quidam opinantur) id sufficienter probari poterit: sed articulus est fide
creditus. ut patet in symbolo Apostolorū. ubi dicitur Carnis resurrecti-
onem. in symbolo Niceno ubi dicitur. resurrectionem mortuorum.
In symbolo Athanasij unde primo adductum est testimonium. In /
super dominus in euangelis. Apostoli in suis epistolis. fere omnes
prophetę veteris legis idem luculentissimis testimonijs astruunt: q̃ ad
p̃sens p̃tereunda sunt. ea tamen diuus Augustinus in libro. 18. de
ciui. dei sufficienter deducit. nos campum glorię ingrediamur.

LIBER VNDECIMVS DE POTENTIS



ANIMAE INTELLECTIVAE

Campus Glorię. In hoc campo inquiritur ad quā gloriam puenire possit aīa intellectiua nūc corpore exuta & demū eidē in resurrectione uniuerſali red dita. Vbi interim sint animę exute bonorū & malorum donec corpora resurgant. Quibus etiam bonis animę bonorum interim perfruantur & quibus dotibus ornentur. Capitulum. xxxi. DIS.

Austam foelicissimāq; semper hanc p̄dicauerim horam / qua
f amēnissimi huius campi sepibus appropinquamus. Iucūdiſſi
mā quippe in eo futura venationē / nomen ipsum quo p̄cū
tulatus est p̄mittere videtur: neq; eū crudeles / imanesq; bestias sen
tibus / spinis aut grauit̄ oleis paludibus / latitare phas est in eo lo
co cui nomē gloria est. MAG. probe. Quoniam nemo hic habitabit
in monte domini nisi qui ingreditur sine macula: ut agnū immaculatū
tollentē peccata mūdi sequat̄ quocūq; ferit in pascuis uberimis. qui
aut ex hac lachrimarū valle egrediēs maculas sēcū defert: cōpunctiōis
oleo nō linitas / nec ignis incendio purgari poterit: sed in exteriores te
nebras p̄hicietur in infemū inferiorē. Maculę v̄o quę cōpunctiōis
oleo hic mollit̄ fuerint / edacī ignis purgabunt in eo loco quē ob id
purgatoriū dicimus: q̄ mūdāt ab omni cōtagione corruptiōis sicut
& illę q̄ maculas aut nō contraxerūt / aut hic anteq; exirent diluerunt:
eiusigio ad superos euolabūt: ubi in placidissimis sedib⁹ constituunt̄
donec recipiāt corpora: sed iā incorruptibilia q̄ ornament nō onerēt inge
diu⁹ Augusti. li. xv. de mōi. c. xxv. Et rursus li. 13. de ciui. dei c. 7. Idē
sub his verbis. exprimit dicens. Animę piorū iam sunt in requie: & im
pio rū in tormento donec eorū corpora reuiuiscāt: illorū ad vitā / aliorū
ad mortē perpetuā. Et in Enchyridion. c. 108. & ius pōūfīcū. 13. q. 2. c.
tempus. Tempus quod inter hominis mortem & ultimā resurrectio
nem interpositū est / animas abditis receptaculis continet / sicut una
quęq; digna est: vel requie vel erumna: pro eo quod sortita est in car
ne dum viueret. Deducunt autē animę ad hūc glorię montē / ab an
gelis sanctis. ut dominus testatur de aīa mendici Lazari. Nec mirum si
ab his ducunt in requiē / quos in labore habuere coadiutores & tra
stodes: faciem tñ dei semp contemplantes. atq; em dominus. Angeli
eorum semp vident faciem patris mei. Super quo & diuus Hierony
mus magnā inquit dignitas est animarum: ut unaquęq; ab ortu na
tuitatis suę habeat ad sui custodiā angelum deputatū. Huic tu spe
ciali oratione complacere stude: & in conspectu eius semper pra
ue agere pertimesce: ut corporis tui proportionē dissoluta animam

LIBER XI. DE POTENTIIS

tuam ad dictū glorię montē in iocunditatis campo; cōstitutū deduxit
 ubi quanta gloria/quantū gaudiū/quanta deniq; felicità sit & nume/
 rare q̄s contēderet cū Apl's raptus in cōelum terrū dicat. nec oculus vi
 dit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascenderunt q̄ preparauit deus di
 ligentibus se. **DIS.** Credo quia ut sunt explicari sermone aut ab hu
 mano animō hic cōphendi nō possint. Attamē de his pauca late &
 in genere dici pōsse haud dubito: tu igit quod ex multorū codicibus
 didicisti breuī cōpendio & differas. **MA.** Faciam qd potuero: ne cātē
 do eos qui vel suę prudentię inuitētes/vel canino dente oīa quod ipī
 non fecerunt corroderentes & huiuscemodi phīę principīs ac primis ru
 dimentis non deberi cōmiseri calūniabuntur: in quorū auribus nihil
 dulce resonat quod nō ab Aristotele & ceteris gentilibus elaboratum
 est. nobis placet verū a quocūq; dictū. Sed ut ad rē redeamus q̄ peti
 tioni tuę nunc satisfacere possunt: sunt q̄ de dotibus aīę a catholicis tra
 ctatoribus digesta sunt. Anima nempe q̄ hic fide/spe/& charitate/et
 ni patris filio subarrata est: cum sponso suo adducta fuerit: correspo
 dentibus ornabitur atq; dotabitur dotibus q̄ sunt visio/dilectio/& frui
 tio/in quibus tota aīę felicità complectitur: si securitatē addideris de
 non finiēdo. Nam ut inquit diuus Augustinus. li. xij. de trini. c. 8. **Augusti.**
 beata vita esse non potest nisi sit immortalis.

**Quomodo his dotibus felices erunt aīę potentie
 primo: & p̄ has anima. & q̄ essentiā dei oculis cor
 poreis nec hic nec alibi ī propria natura videbimus
 sed oculis mētis: quod sanctorum testimonijs pro
 batur Capitulum xxxi. DIS.**

actus glo
 rię.

p Aulo amplius iam commemorata dilucidanda sunt p̄ceptos
 colēde. **MAG.** Actus glorię principales scdm quos ani
 ma in deum conuertitur: ut in essenziale beatitudinis premi
 tres distinguuntur. videre scilicet diligere & frui. Rationalis enim vis
 cuius nunc est credere per fidem; & videre per speculum in ænigmā
 re: tūc videbit aperte. videbimus (inquit Ioannes in sua canonica) spm
 sicuti est: facie ad faciem. Concupiscibilis cuius est hic amare. tunc di
 liget p̄fecte sine interruptione. Irascibilis cuius est hic erigi & in ardua rē
 dere per sp̄: tunc apprehendet continebitq; certe: continue: & cum
 securitate. Primo itaq; perficietur intellectus beatifica & dara visio/
 ne. Secundo voluntas perfectissima ac suauissima dilectione. Tercio
 memoria firmissima securitate & continua retentione. sicq; tota ani
 ma perfecta iucundissimaq; fruitione. Vnde & Bernhardus Cla
 reuall' sanctus Abbas Deus futurus est intellectui plenitudo lu
 cis. voluntati multitudo pacis; memorię cōtinuatio eternitatis.

Bernhar
 dus

ANIMAE INTELLECTIVAE

DIS. Beatitudo igitur primo potentius inierit: & per has animae beatitudo
 MAG. Ita non spernendae auctoritatis theologos Bonaventuram scilicet animae in
 & Schotum sensisse manifestum est. nisi enim liceret: tunc sedulis potentius erit per po-
 ita quod deum nec intellectus videat nec voluntas amet/beata poterit esse terias suas
 aia/quod anili fabulae simile est. Verumtamen de subtilioribus questionibus
 hic suppleendum & temporis exiguitas & Epitomatis leges iubet; neque
 enim de subtiliore distinctione potentiarum quid cuique tribuatur agere vo-
 luit. cum irascibili inter ceteras locum dedi. DIS. ad finem festinanti
 propter amantissime preceptor & prima indiscussa sub densissimis arbu-
 stis latitare patetis. MAG. quia iam dudum Epitomatis limites nos
 egressos video. Sed quod sunt latere non patetis? DI. quomodo ibi de-
 um quem essentiale beatitudinis primum astruis videbimus? MAG. de
 us iuxta naturae suae proprietatem nec hic nec post finale resurrectione cor-
 poris oculis videri potest: cum ipse sit incorporeus ita dissertit Augustinus ad
 Fortunatum scribens & ne cuiusquam hesitationis aut diffidentiae scrupulus
 remaneat/in testes assumunt apostolum Ioan. dicentem. Deum nemo vidit unquam
 unigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Paulum quoque diui-
 num Thimotheo scribentem de deo/quem nullus hominum vidit; sed nec vi-
 dere potest. Praeter hos diuinum Hieronymum Ambrosium Athanasium Gre-
 gorium nazanzenum quoque idem sensisse testatus est. Quod autem in mul-
 tis scripturae locis deum ab hominibus visu legimus/non fuisse propria
 deitatis naturam/sed per assumptam sicut placuit creaturam. Huius similiter
 dicit ad Paulinam scribens adducit dicens. Sicut voluntas nostra inuisi-
 bilis per quascunque vult voces se ad extra manifestat. DIS. Quomodo
 igitur ipsum videbimus si oculis non cernemus? MAG. Oculis corporeis
 quibus hic utimur non cernemus: sed oculis mentis deum iam comemo-
 rati viri doctissimi: deum videndum astruunt. Sic quoque intelligendum autem
 quod dominus ait. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. sic &
 cetera de hac rescripturae testimonia intelligunt. de his quippe ocu-
 lis & Paulus Ephesijs scripsit dicens. Det vobis in agnitionem eius
 illuminatos oculos cordis vestri.

Quod electi varia miracula secretissima myste-
 ria in deo videbunt / Trinitatis scilicet / prae-
 destinationis / prouidentiae &c. nec continui-
 tas huius visionis aliquando fastidium pietatis aut
 minus mirabilia erunt post multa annorum milia
 quam ab initio. Capitulum. xxxiij. DIS.

Lane siue oculo corporis; siue mentis deum visuros beatos certum
 est. MAG. Certissimum. DIS. Sed quid amplius videbunt?
 MAG. Extra deum queris aliud per quem in quo / & cum quo sunt
 omnia? Audi diuinum Gregorium in duodecimo moralium circa

Si deus sit
 visibilis

LIBER VNDECIMVS DE POTENTIIIS

Ronauen
Augusti.

finem loquentem de sanctis animabus Qui intus (inquit) omnipotens dei claritate vident: nullo modo credendum est: quia foris sic alii quid quod ignorent. quod dictum sanctus Bonauentura ad ea quæ salutis per se necesse sunt limitat. Erit nempe ibi (ut diuus Augustinus scribit in libro de triplici habitaculo) assidua lectio libri vite id est eterne veritatis. & summe sapientie; & verbi dei quæ est Christi iesu visio: ubi quidquid nos nunc latet manifestum erit. ibi ratio manifesta est: cur hic electus est & ille reprobatus: cur hic in regnum assumptus & ille in seruitutem reductus: Cur alius in utero moritur: alius in infanzia: alius in iuuentute: alius in senectute. cur alius pauper & alius diues: cur filius adulteræ baptizatur: & aliquando filius legitime coniugis ante baptismum moritur. Cur qui bene incipit viuere aliquando male finit: & qui male incipit sepe bene finit. Hæc omnia & huiusmodi multa in libro vite plana & aperta omnibus erunt. Ibi omnium bonum omnibus parebit. ibi omnes inuicem suas cogitationes cognoscunt ibi minimus maior sine dubio habebit gloriam. & totum habens mundi regnum: etiam si æternum esset. Tanta iocunditas lucis eterne est: ut etiam si non liceret amplius manere in ea quàm unius diei mora: propter hoc solum innumerabiles anni huius vite pleni delicijs in circumspecta temporalium bonorum: recte meritoque contemnerentur. Non enim falso aut paruo affectu dictum est. Quoniam melior est dies una in atrijs tuis super millia. Et paulo infra idem Augustinus ait. Faciem dei in omnibus carceribus inferni inclusi viderent: nullam poenam: nullum dolorem: nullamque tristitiam sentirent. Cuius presentia si in inferno cum sanctis habitatoribus appareret: continuo infernus in amenum conuerteretur paradysum. Et infra in eodem. ibi per speculum diuine claritatis & ipsum deum ut est videbimus: quantum possibile est creaturæ. & nos ipsos & ceteros vera & certa scientia cognoscemus. tunc abdicata creaturarum & ipsius inferni videndo videbimus. Tunc iustis manifestum erit: quomodo deus est inuisibilis: incomparabilis sine initio: sine fine ante omnia. Quidquid inter est internasci: quod ad filium pertinet: & pcedere quod ad spiritum sanctum: excepto quod unus ex uno natus sit: alter ex duobus processit. Et quomodo pater non pcessit filium tempore sed origine: nec spiritum sanctum. Et quomodo omnia dei unum sunt in deo excepto: quod ad relationem pertinet: & quomodo mundus erat in deo antequam in seipso esset non mundus: sed deus. Et quomodo ubique totus sine loco: magnus sine quantitate: bonus sine qualitate: Et quomodo omnia penetrat munda & imunda. sine sui pollutione. Ecce fili hæc & alia quæ diuus Augustinus in prefato libro: insuper in soliloquio: meditationum: manuali: Enchyridion. c. 24. & in fine preclarissimi voluminis de Ciuitate dei luculentissime psequitur: in hoc regno videbunt electi intuentes deum: & tu inquiris quid amplius visuri sunt: non attendens. quo ad hæc visio totum hominem faciat: dicente regio propheta

Psal. 83.

augustinus
libro de
plici habitaculo

pie.

licen

ANIMARUM INTELLECTIVARUM

al. 16.
Augusti⁹
Eccl. 24.
 Satiabor cum apparuerit gloria tua. DIS. Petitioni mee (quis mihi nus discere) satisfactum intelligo. Sed num ex frequenti longaque visione talium anima satiata tandem fastidire incipiet? MAG. neuique deliciae enim ipsius (ut Augustinus in dicto libro ait) sine fastidio faciant quae cum a beatis inueniuntur semper tamen desiderantur & esurient & sitim sine poena efficiunt: id est ardenti semper desiderio semper delectant. Scriptum est enim qui edunt me adhuc esurient: & qui bibunt me adhuc sitient. Cuius etiam secreta mirabilia videntibus ea semper noua sunt & miranda non plus cum incipiunt videri / pariunt stuporem cernentibus quam post mille annos & milles mille. Et cum angeli ab initio mundi ea solius sint videre / inde hodie non minus mirantur ea quam primo die.

Animae beatae vident nunc corpus Christi in
 caelo. & alia corpora in intuitu & abstractiue
 non tamen mediante fantasmate & scientias
 hic conquisitas non amittunt post resurrectionem
 beati triplicem visionem habebunt. Ca. xxxiii. DIS

Augusti⁹
ibro de
olici hab
aculo.
Sapient. 9.
Auienna
 Nimarum visionem quante corporum resurrectione utuntur a intellectione intelligo. MAG. Probe. DIS. Spiritualium tantum erit an ne etiam corporaliu? MAG. Etiam corporaliu. vident enim nunc corpus Christi & aliorum si qui iam plene resurrexerunt. DIS. beatitudinis ratio hoc quidem exigit: sed quomodo hoc fieri possit questionem habere videt. MAG. quapropter DIS. Quoniam ex superioribus manifestum est intellectionem sine specie intelligibili fieri non posse hanc autem a fantasmate: fantasma a speciebus receptis per organa corporis originem trahit: quae exuta anima non habet. MAG. Intellectionem fieri a cognoscente intellectu pariter & ab obiecto praesente in specie intelligibili certum est: & in praecedentibus diui Augustini auctoritatibus roboratur. Speciem vero intelligibilem a fantasmate: & haec rursus a corporeis sensibus abstrahi: nunc quidem necesse est / propter hoc quod Sapiens dicit. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimat sensum multa cogitantem. Tunc autem cum carnale pondus exuerit anima / libere ab obiectis praesentibus immediate abstrahere poterit species intelligibiles. intelligetque non modo abstractiue recedentibus obiectis / sed etiam intuitiue praesentibus obiectis. Hinc & Auienna libro sexto naturalium dicebat. Anima separata clarius videbit veritatem quam conjuncta. Sunt tamen viri catholici qui noticiam quam de nouo acquirunt ex utraque animae / fieri astruunt per species non ab obiectis receptas / sed a deo influxas. DI. De scientiis autem hic conquisitis quid erit? MAG. Indeficiens labor: quo non tantum philosophi

LIBER. XI. DE POTENTIIS

de immortalitate animę & doctri verum etiam summi theologi & sancti
patres scientias cumulare conati sunt: & uidens argumentum est q̄ illas
etiam in aīabus separatis pmanere credebant. Hinc diuus Hieronymus
in prologo biblię Paulinum ad studium cohortans ait. discamus in
terris quorū scientia nobis pseueret in celo. DIS. Contrarium sen
tire visus est sanctus Apostolus Paulus. MAG. Vbi nam? DIS.
In prima epistola ad Corinth. c. xij. ubi ait. Charitas nunq̄ excidit (&
mox) scientia inquit destruetur. MAG. Destruetur quideꝫ quo ad
actum non quo ad habitum: nec em̄ tunc intelligendo ad fantasmata
se conuerteret quę nulla erunt: species autē remanebūt, unde & sanctus
Augustinus. li. xij. de trini. c. ij. Tunc inquit vitę huius mortalis me
minerimus & credidisse nos aliquando quę non videbamus memo
riter recoluerimus. Erit autē ut in li. de triplici habitaculo Augustinus
testatur. Electis de trina visio. Intellectualis qua puro mētis oculo in
spīritu deum videbūt & suas animas & virtutes intimas & spīritus an
gelicos. Spiritualis qua similitudines corporum in spīritu non falla
ci fantasia inspicient. qua visione etiam hodie fruuntur spīritus iustorū
a corporibus exempti. Et corporalis qua corpora cernent: quorundā
splendētia ut sol: quorundam ut luna: aliorū ut stellę.

De hac tri
plici visio
ne loquit
etiam li. 12.
sup Gen.
ad litterā

Hierony

Apus

August

August

Corporum beatorū gloria deriuatur ab aīa & q̄
maiore gloria fulgebit sup alios se nō extollit. nec
qui minore alteri inuidet / sed ob mutue charitatis
perfectiōē quilibet de beatitudine alterius tantū
gaudet quantū de illa quā ipse possidet. ibi erit &
fruitio pfecta. & ad utrūq̄ cōsequendum utilis est
sciētia & dei noticia hic acquisita Ca xxxv. DIS.

I ut hec Augustini verba sonant: beatorū corpora in claritate di
uerſa erunt. de aīarū gloria idem sentiendum censeo. MA. Pro
be. Nam apł's Paulus his verbis qbus & Augustinus usus est
diuersitatē remunerationis astruere voluit: cū autē corporū gloria ab
aīę beatitudine maiore vel minore pueniat / utrūq̄ exemplificās / de
corporibus complexus est. nonnulli tñ in sola claritate beatorū corpora
alia pcellere sentiunt. DIS. Sed hæc dictis aduersari vident: ubi bea
tos omnibus bonis faciri conclusum est: quō autē omnibus faciabi
& quierus erit / qui in alijs videt: q̄ sibi desunt tanta bonas MA. Hoc
in filijs seculi fieri negr: ubi iuxta Poetę vocem inuidus alterius rebus
marcessit opimis. Ibi autē p inuidia charitas: p odio perfecta erit dile
ctio: & tanta: ut in eadē urbe (quemadmodum in pfato li. Augustin⁹
explic) om̄ium singulorū oīm: & oīm singulorū erit p charitatem. ibi
nullus superior superbus erit: nullus inferior inuidus. Ec in manuali

de chari
tate.

apostoli

iani:

ANIMAE INTELLECTIVAE

c. penultimo. Si quis alius quē omnino sicut teipm amares eandē beatitudinē haberet/duplicaret gaudiū tuum: qā nō minus gauderes p eo q̄ p teipō. Si vero duo vel tres vel multo plēs idipm haberēt: tantundē pro singulis quā tūndē p teipō gauderes: si singulos sicut teipm amares. Ergo quid erit in illa pfecta charitate innūterabiliū hōrū angelorū & hōim/ubi nullus diligit aliū min⁹ q̄ seipm? Nō em̄ aliter gaudēbit unusquisq; p singulis alijs q̄ p seipō. Si ergo cor hōis de tanto bono suo vix gaudiū suū capiet/quō capax erit cor & tantorū gaudiorū? Et utiq; qm̄ quāntū quisq; diligit aliquē/m̄ de bono eius gaudet. Sicut in illa beata felicitate unusquisq; sine cōparatiōe plus amabit deū q̄ se & omnes alios secūta plus gaudebit absq; extēsiōe de felicitate dei q̄ de sua & omnīū aliorū secum. DIS. nō modo perit onī meq; his satis factū fateor: sed etiā qd de dilectiōe mouere statueram dubiū enōdatū est. de fruiōe vō quid? MAG. Talis taniq; eritibi fruiō sup̄benedicta ac excellentissimē munitis (nam res qbus fruendū est sunt pater & filius & spiritus sanctus. ait Augustinus libro 1. de doctrina xpiana) quāta fuerit ipius & cognitio & dilectio. est em̄ frui (ut idem scribit libro. x. de tri. c. xi.) amore inherere alicui rei propter seipm: & est uti cū gaudiū nō adhuc sp̄i sed iam rei. Incognita autē quia amare non possumus: ut in eodē li. c. 1. 2. 3. testatur. ideo c. 10. ait. Fruimur cognitis in qbus voluntas ipsi ppter seipm delectata cōquiescit. DIS. ad mensurā igitur visionis siue cognitiōis/erit mēsurā dilectiōis/& ad modū utriusq; erit mēsurā fruiōis. MAG. probe. unde diuus Augustinus in manuali. c. ultimo. ait. tantū gaudebunt quantū amabunt/tantum amabūt quantū cognoscēt. & in Soliloquiōrū libro capitulo primo ait. ob hoc em̄ nō te diligit domine: qā nō te cognoscit. & paulo post. Hinc est ergo dñe q non tantū diligo quantū debeo: quia nō plene cognosco te. sed quia parū cognosco parū diligo:& quia parū diligo/parū in te gaudeo. DIS. Mihi igit̄ proderit ad fruiōis perfectionē: si in cognoscēdo deū hic me exerceuero? MAG. utiq; nam idem doctor in manuali quo supra & Soliloquio dñm deprecāt̄ dicens. Oro te deus meus ut cognoscā te: amē te: ut gaudeā de te:& si nō possum in hac vita ad plenū/vel proficiā de die in diem/usq; dum veniat illud ad plenū: pficiat in me hic noticia tua: ut ibi fiat plena. & cetera q sequunt̄. DIS. nō mediocriter ergo errare vident̄: qui accepto dono intellectus / caduīs vanisq; intenti/diuinis insudare negligūt:& pigritiā suā palliantes/aūt. Vt quid frustra in his q̄ perfecte hic sciri nō possunt/ingeniū nō sine labore fatigarē: cū eadē eque cū alijs in patria visurus sum? MAG. illos errare nemo sane mentis dubitat. Nā & angelus dicebat Danieli. q autē docti fuerint fulgebūt quasi splendor firmamētū:& qui ad iusticiā erudit̄ multos/quasi stellę in perpetuas eternitates. Sunt tū aliq; qui sub illiori fūco/de non discendo torporem operiunt, dicunt enim

m m

LIBER VNDICESIMVS DE POTENTIIIS

coelestem hierarchiam nō in plenitudine scientiæ / sed charitatis culmi-
ne finiri. Vnde Seraphin qui denominatur a plenitudine charitatis su-
premus est ordo. sub quo Cherubin: quia plenitudine scientiæ nomen
accepit. **DI.** Ad hæc quid tu? **MA.** Cherubin a plenitudine scientiæ
quā præ omnibus inferioribus habet / denominari certū est: similiter &
Seraphin a plenitudine charitatis / sed in seraphin esse minorem scienti-
am in Cherubin catholici negant. ut patet per Magistrū in Sententiarum
libro secundo di. nona. & Bonaventura ibidem. questione. 4. tantum
igitur Seraphin in scientia cherubin excellit / quantum in charitate a cha-
ritate autem ille supremus ordo tanquā nobiliori dono nominatur: ad
quod profecto scientia ordinatur. Cherubin autem non in charitate /
sed a scientia nominari debuit: quia iam superior ordo a charitate no-
men sibi vendicabat. **DIS.** Pater igitur: quia scientia & cognitio
magna se sola ad beatitudinē non proficit. **MAG.** Probe. sed ad cha-
ritatem ordinata proderit. Scientia enī ut Apostolus testatur sine cha-
ritate instat. inflatis autē & superbis in illa regione claritatis aditus nul-
lus patebit. Alludit nec cōtrariatur dictis qđ Hugo de sancto Victore
in cōmentariis coelestis hierarchiæ dicit. Inrat dilectio: & appropinquat
ubi scientia foris stat. Sed hæc missa facientes / quoniam alterius specula-
tionis sunt nec hoc loci definienda: qđ cœpimus prosequamur: & de
gloria corporū / quæ ipsis erit post resurrectionem loquamur.

**Tempus vltimę resurrectionis humanitus i
vestigari non poterit: futura est tamē in mo-
mento / ministerio angelorū / & diuina virtu-
te / in voce tubę. & si aliqui viuī remaneant in
aduentu domini. Capi tulum. xxxvi. DIS.**

P. Aulo ante futuram resurrectionē non solū mihi conuenientissī
me persuasam / verum etiā sacranī litterarū testimonijs firmissī
me comprobata memini: sed quā: aut quō fiat nunc cupio
edoceri. **MAG.** importune omnino illud queris quādo fiat: ait di-
uus Augustinus li. xviii. de ciui. dei. c. 47. Si enim hoc nobis nosse pro-
desset / a quo melius est ab ipso deo magistro interrogantibus discipulis
disceretur? Non enī siluerunt inde apud eum: sed a presente quesierūt
dicentes. Domine si hoc in tempore representabis regnū Israhel: at ille
Nō est inquit vestrū nosse tempora quę pater posuit in sua potestate.
Frustra igitur annos qui huic sæculo remanēt cōputare ac definire co-
nantur: cū hoc scire non esse nostrū ex ore veritatis audiamus. Vnde
filii quotquot huic calculatōi operā dederunt: religiosissime etiā a ho-
mine vitę unusq; sexus homines: experientia teste defecere. nam dudū
preterierunt anni in quibus ipsi mundi finem statuerunt. **DIS.** quia
nosse hoc nostrū non est: nunquid aliud quod proposueram respon-

ANIMAE INTELLECTIVAE

sum inueniet? MAG. inueniet: sed imperfectum. Quæ enim lingua explicare posset: qualiter omnium hominum ab initio seculi usque in ultimum diem ubique terrarum in terræ visceribus quiescentium/ab ignibus/ab aquis aut quibusque voraginibus consumptorum in cineres/ aut usque in elementa resolutorum: a varijs vel bestijs vel hominibus comestorum: in momento/ in istu oculi resurgere habeant? ut diuus Paulus in prima epistola ad Thessalonicenses testatur. DIS. mira dicis. MAG. Si operantis in finitam virtutem considerares facile assentires/ qui enim omnia ex nihilo producere potuit verbo (dixit namque & facta sunt) omnia reformare potest in momento. Atque ut Doctores catholici ex scripturis colligunt: collectio puluerum angelorum ministerio fiet: qui cum finitæ sint potentie non in instanti sed in tempore/ quibus breuissimo operari habent Inductio autem formarum tam mixti/ quæ animæ intellectiue virtute diuina fiet in instantissimum Schottum in quarto. Hanc virtutem Apostolus rubam & vocem archangeli appellat/ id est Christi: qui est magnus filius angelus. qui de se ipso idem testatur dicens. Veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt/ audient vocem filij dei: & procedent qui bona fecerunt in resurrectione vitæ: qui vero mala egerunt in resurrectione iudicii. id est eterne mortis. Dabit enim ut propheta ait vocis sue vocem virtutis. DIS. Ausculta quæso si verum sit quod Christus dixisse astruist? MAG. Euangelio tu non credis: & ei in cuius ore dolus inuentus non est? DIS. Credo: sed ipsum contraria dixisse: haud approbo. quomodo enim audient vocem domini qui in monumentis sunt nec viuunt. Si autem tunc deum audierunt cum iam reuixerunt/ non in voce resurgent?

MAG. prius natura audiunt & resurgant: utique autem simul & eodem momento temporis fiet. sic & ordinem quem Apostolus insinuat accipere debemus ubi dicit. morui qui in Christo sunt resurgent primi: deinde nos qui viuimus/ qui relinquitur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam in aera. DIS. Dum per scripturarum testimonia a me dubia auferre conaris: noua peribis accumulas. Quomodo enim Apostolus cum his quibus scribit in resurrectione se viuente relictum ait: qui dudum omnes mortui sunt? MAG. Non se & illos quibus loquebatur superuicturos usque ad resurrectionem voluit: sed eorum quos viuente inuenturus est Christus personam in se & illos qui tunc secum viuebant transfigurabat. Afferit beatus Augustinus li. 22. de Ciuitate dei. c. 22. Nec hoc alienum tibi videatur: cum non solum in scripturis sacris/ sed gentili quoque similes orationes ornatissime poni reperiantur.

DIS. probe. Sed hi viuente in aduentu domini quomodo resurgent: si vni obuiam Christo in aera rapiuntur? MAG. Verum est quod Apostolus corinthijs scribit. Omnes resurgemus, & ut alia littera habet. omnes dormiemus. Illi igitur qui viuunt reperiuntur: apti obuiam Christo simul & morientur & resurgent, ait diuus Augustinus loco quo supra. concordat/ quod in ecclesiasticis dogmatibus. c. 6. & 7. scriptum est.

LIBER. VNDÆCIMVS DÆ POTENTIIIS

psit Sanctus autē Hieronymus ad Marcellam in solutione tertie quæ-
stionis ait talium corpora viuorū in ipsis anima manente transforma-
ri: quæadmodū resurrectura de corruptione & mortalitate in corruptio-
nē & immortalitatē. Nec ibidem cuiusdam greci opinionē recitat (ut q-
dam dicunt) sed propriam: quā dictis Apostoli firmare nitit. Ne huic
sententiæ Augustinus in dictis locis omnino contrariatur: cū utrunq;
sustinere possit. Vnde in de ciuitate li. 20. c. 20. post ventilatam quæsti-
onem ait. quomodo autē sit futurum/ quod nostre ratiuncule viribus
uticūq; conijcimus: tunc potius erit ut nosse possimus. **DIS.** Nos
quoq; donec fiat/ cum tantis viris opinari potius/ q̄ remere aliquid
asserere debemus. Restant tamen alia quæ iudiciscula prætereunda non
sunt. **MAG.** Audiam.

De quātitate resurgentium/ paruulorum etiam
& gigantium. De ætate & sexu: quoniā in utroq; re
surgent viri & mulieres: pudenda tamen nō erunt
dedecori/ sed honori. Capitulum. xxxviij **DIS.**

In resurgentium quātitatē nōnulla/ alia circa eorundē qualita-
tem futurā occurrūt: quæ sū scripturis resoluta sint nec needo
ceas. Primum si pueri statura pusilli: aut gigantes tota corporis

mole reuiuiscēt. **MAG.** Ad hæc diuus Augustinus ultimo libro
de ciui. dei ca. 15. respondens ait. Suam recipiet quisq; mensuram/ q̄
vel habuit in iuuentute/ etiā si senex est mortuus: vel fuerat habiturus
si ante est defunctus. In tali equidē ætate iuuētutis sc; quæ circa triceti-
mum annū currit: Christum resurrexisse legimus. Ap̄o autē teste om-
nes in virum perfectum in mensurā grātis plenitudinis christi ei occur-
rem⁹. in mensurā inquit nō corporis: sed grātis. **DIS.** Patres igit̄ prio-
ris sæculi quos multos cētenarios annorū supergressos scriptura asseruit
in resurrectione nō nisi trigintatium aut quattuor annorum erunt.

MAG. Nec id Apostolus p̄tendit: sed omnes nos: corpora eius sta-
turæ & plenitudinis rehabituros testatur cuius fuere iuuētutis tempo-
re. Vnde ait in virum perfectum. **DIS.** Dum per Apostoli testimo-
nium unum dubietatis vulnus sanare satagis: aliud infers. Si enī om-
nes in virum perfectum resurgemus: aut mulieres nō resurgent: aut
sexu permutato omnes in viros transformabuntur. **MAG.** Neutrū
sana fides recipit. Nam Christus a Saduceis interrogatus: cuius se-
ptem fratrum erit uxor? respondit. non nubent quod ad fēminas per-
tinet: neq; uxores ducent/ quod ad viros. Vnde & diuus Augusti.
loco quo supra. c. 17. Vtrumq; sexum resurrecturum ait. Et in libro
de ecclesiasticis dogmatibus. c. xl. dicit. In resurrectione ex mortuis
sexus forma non mutabitur: sed vir mortuus resurget in forma viri: &
femina in forma fēminæ. Idem in expositione fidei ad Petrum. Erunt

ANIMAE INTELLECTIVAE

autem tunc membra foeminea (inquit) nō accommodata usui veteri: sed decori nouo: quo nō allidat aspiciēdis cōcupiscētia q̄ nulla erit: sed dei laudetur sapiētia atq; clemētia: qui & qd nō erat fecit: & liberauit a corruptione quod fecit. In ybo autē Ap̄i vini p̄ hōie accipi posset: lequē d c. docet. Sicut ibi. Beat⁹ virg timēt dominū. cum sint & foemine q̄ ui ment dām. Alium tñ intellectū ponit. quē breuitas hic relegauit.

Psal̄m. iij.

Omnia resurgēt in homine/ quē ceciderūt in morte: nec tñ erit excessiua quantitas, caro a quocūq; cōmesta/ resurget in illo in quo primo erat aiata. Soluitur quod opponit de costa Adē unde formata est Eua: de ab ortiuis & monstris. Capi xxxviij. DIS.

N Vm sicut genitalia resurrectione ad decorē asseris: sic & quēlibet alia membra/ insup capillos/ unguēs/ intestina/ & humores resurgentes/ abituros credis? **MAG.** Totum quod in morte cecidit proculdubio resurget: electis ad decorē/ reprobis in confusio/ nē. Nam & de his q̄ hic ad ornatum/ & ad necessitatē corpis sunt: scriptura testimoniū perhibet. Vnde de ornamentis corporis dominus ait discipulis. Capillus de capite vestro nō peribit. Et rursus capilli capitis vestri omnes numerati sunt. De his quē corpus integrant Fides dicit. Carnis resurrectionē. & ne dubiū cuius de ossibus remaneret. propheta ait. Custodit dominus omnia ossa eorū: unū ex his nō conteretur. Quod utiq; in futurum accipiendum est: nam hic ossa sancto rum nō solum contrita: sed ab infidelibus incinerata legimus. Si ad huc dubitas exemplar paciētīe Iob gentilem audi. Scio inquit q̄ redē p̄tor meus uiuit: & in nouissimo die de terra resurrectionis sum: & rursum circūdabor pelle mea & in carne mea videbo deum: quē uisurus sum egoipse: & oculi mei conspiciuntur: & nō alius. **DIS.** Si itaq; ut hęc approbant testimonia/ totum hominis resurget: mira deformitas erit: capilli scz longissimi/ excessiui unguēs: & corpora vel obesa vel impinguita: & in mōstruosis in imensum dilata. **MAG.** Nō interest ad unitatē resurgentis si nō quēlibet portio materiē in pristinū locum restituatur. sicut exemplificat diuus Augustinus in Enchiridi on. c. 88. de statua aurea cōminuta & iterum refusa. Similiter & in uli mo de ciui. c. 19. ubi & de vase ex limo facti similitudinem adiecit. in omnibus em illis seruata integritate substantiē/ sola deformitas penbit sic & de omnipotēte artifice sentiendum. nam quod minus est q̄ de/ cet: creator nouit unde supplebitur: quod plus est q̄ decet: materiē ser uata integritate detrahetur. Pulchra namq; erunt electorum corpora Pulchritudo autē uribidem ait est partū congruentia cum quadam coloris suauitate. Principalia tñ membra locis suis decēter restituēda

Luce. 21.

Mac. 10.

Psal̄m. 118

Iob. 19.

Augusti.

in m. iij

LIBER. VNDECIMVS DE POTENTIIIS

Ezechiel preuidisse legitur in figura future resurrectionis. ait em̃. Ac-
 cesserunt ossa ad ossa: unumquodq; ad iuncturam suam. **DIS.** Pla-
 cent hæc/ sed quæso patienter feras: si alia quæ interim orta sunt dubia
 in medium proferam. **MAG.** Patienter. **DIS.** Homini carnes vel
 a bestiis deuorant: aut ab alijs immanioribus hominibus comestæ in
 quo resurgent. **MAG.** Nec illud diuus Augustinus indiscussum re-
 liquit: ait namq; in Enchirid. c. 87. non autem perit deo terrena ma-
 teries: de qua mortalium creatur caro: sed in quemlibet puluerem ci-
 neremue soluetur: in quoslibet halitus autasq; diffugiet: in quacuncq;
 altæram corporum substantiam: vel in ipsa elementa verteretur: in quo
 rumcuncq; animalium etiam hominũ cibum cedit/ carnẽq; mutetur:
 illi animæ humane puncto temporis reddetur: quæ illam primitus ut
 homo fieret/ cresceret/ viueret/ animauit. Idem de fide ad Petrum. Et
 in Belaro volumine de ciuitate dei libro ultimo. c. xx. astruit. **DIS.**
 Costa igitur sumpta de Adam unde Euam formatã legimus in Adã
 in quo primo animata est: resurget: & Eua ubi erit. **MAG.** Totum
 in eo resurgere tandem dicimus in quo primo esse cepit: non ad aliud
 ordinatum. Costa autẽ de qua causaris: & si in adam primo cepit ad
 Eua: tamen substantiam ordinata erat: non ad integritatem adæ: in
 quo vel superflua fuit: aut loco eius deus carnem suppleuit. Sic & li-
 betorum corpora/ non in patribus in quibus primo in semine cepe-
 runt: resurgent: & gloriosum Christi corpus scdm Damascenum de
 purissimis sanguinibus virginis Marię/ S. sancti operatione forma-
 tum in Christo resurrexit: non in ipsa intemerata virgine. In abortiuis
 autem & monstris integrabitur quod nõ dum erat integrum instau-
 rabitur quod fuerat viciatũ: inquit Aurelius in Enchi. Et in bimembribus
 singulæ animæ/ singula corpora obtinebunt: ac si gemini nati fuissent
 nullis coherentibus etiam quæ coherentia nata fuerant.

**Corpora post resurrectionem nõ erunt in graua
 men animabus/ sed in maiore gloriã/ quia imutata
 dotabuntur dotibus quattuor Ca. xxxix. DIS.**

Ta omnium dubiorũ nodositate a me pfugasti: ut pterunierũ
 i tantum/ nõ remanserit quod a resurrectionis fide deterreat. Nõ
 dum em̃ accepi quomodo ad locũ glorię animarũ p̃tineat cor-
 porum resumptio: maxime quia nõnullẽ de inhabitatione luteę sub-
 stantię attedatã/ dixisse legimus. Heu mihi quia incolatus meus pro-
 longatus est. Et cupio dissolui & esse cum Christo. nimirum quia ut
 Sapiens asserit: corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & im-
 pedit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: aut alteriusmodi
 futura corpora credenda sunt. **MAG.** Alteriusmodi. id est aliter qua-
 lificata: & in substantia tamen eadem: de qua re unũ hoc testimoniũ
 sufficere arbitror: quod diuus Paulus apostolus in prima epistola ad

Plal. c. 19.
Philipẽ. 1.

Ezech. 37.

August.

Gen. 22.

Damasc.

August.

c. 84. c. 10.

Sapient.

ANIMAE INTELLECTIVAE

Corinthios scribit. Seminatum inquit in corruptione / surget in incorruptione. Seminatum in ignobilitate surget in gloria. Seminatum in infirmitate: surget in virtute. Seminatum corpus animale: surget corpus spirituale. Et infra. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: & mortale hoc induere immortalitatem &c. quæ verba catholici expositores dilucidantes / mutationem beatorum corporum in quattuor corporis dotes post resurrectionem. præcipue futuram distinxere: quæ dotes corporis dicuntur. quibus in dispositione animarum suarum ornabuntur. Sunt autem impassibilitas / Claritas / Subtilitas & Agilitas unde & eedem dotes in libro sapientie inveniuntur. cum dicitur. Fulgebunt iusti & tanquam scintille in ardineo discurrent. Et Au relius Augustinus libro ultimo de civitate aie Aberit a corporibus nostris omnis deformitas (per claritatem) omnis tarditas (per agilitatem) omnis infirmitas (per subtilitatem) omnis corruptio (per impassibilitatem.) quæ autem diuus Anselmus libro de similitudinibus ultra hæc commemorat / sub prædictis continentur. nunquid tale corpus oneri erit animæ? **DIS.** Nequaquam. Sed de his quæso latius differamus.

Quid dotes corpori conferant: & quæ non æquales in omnibus erunt. Ca. xl. MAG.

B impassibilitatis dote ita electorum corpora ab omni passione immunia erunt: ut nec ab infernali incendio ledi: nec ab acie ferri acutissima penetrari possint: sed potius quodlibet obiectum ad instar radij solaris crystallum penetrantis transirent: eorum nempe harmonia & compago amplius resolutioni & corruptibilitati non lubiacebit. **DIS.** Claritas quod conferet? **MAG.** Miram pulchritudinem. Pulchritudo vero ut Augustinus loco quo supra: & in epistola ad Nebridium ait: est continentia partium cum quadam coloris suavitate. Per claritatem igitur corporibus color proprius non auferetur: sed perficitur quoniam fulgebunt iusti (inquit dominus) sicut sol in regno patris eorum. Erit tamen hic splendor non offendens sed demulcens visum & in potestate beatorum est claritatem suam vel occultare in toto: vel in parte manifestare. Christus enim inquit Augustinus sua resurrectione ostendit quale futurum sit corpus nostrum. Ipse autem nunc claritatem suam ostendebat: nunc prohibitu occultabat: ut evangelica testatur historia. **DIS.** Subtilitas autem quid? **MAG.** Ut penetrare possit quodlibet corpus non gloriosum / non quidem per poros: aut dividendo partes sed simul coexistendo. **DIS.** Fiet itaque penetratio dimensionum? **MAG.** Et hæc esse possibile octavius liber edocuit. non enim dimensio non penetratio duo corpora simul esse prohibet: sed repletio loci quod dimensiones consequitur. ut effectus causam. Potest autem deus auferre vel suspendere posterius priore petmanere. sicut abstulit vel suspendit actionem seu calorem ab igne in fornace puerorum: sic facit in corpore glorioso.

m m iij

LIBER. XI. DE POTENTIIS

DIS. Non igitur a natura fiet gloriosi corporis cum nō glorioso in eodē loco coexistentia: sed virtute diuina. MA. Non aliter intelligunt qui p subtilitatis dotem hoc fieri astruunt. non em corpus hanc dotem a natura habet: sed a deo. Rursus gloriosum corpus locum re plere potest & non gloriosum expellere. nihil equidem sibi resistere poterit: sed ipsum alteri. Vnde & se palpabile exhibere / aut tactum penetrando poterit latere. unde & Christ⁹ ait. Palpare & videre. Quod autē diuus Gregori⁹ ait. Contrumpi necesse est quod palpatur / de hoc quod tactui subiaceret accipiendum est. DIS. Sed nunquid duo gloriosa simul esse poterunt? MAG. De talibus nō est sicut de glorioso & nō glorioso: quoniā gloriosum penetrabile nō est nisi ad voluntatem alterius cuius est corpus. DIS. Agilitas autē ad quid? MA. Vt ubi vult spiritus mox ibi sit corpus suum / sine fatigatione in retar / datione in tempore inperceptibili. possunt em beati mouere corpora sua vel progressive & organice: vel simul totū: & hoc p potentia motuā non organicā scdm Schoctum. DIS. In octauo libro huius epistomatis / motum grauis sursum violentū esse / nullumq; talē perpetuari posse / disertum memini: quomodo igitur animarū felicitas cū corporibus perpetua manebit? an forte quia grauitatē ammittēt? MA. Deperire a corporibus beatorū grauitatē / haud facile psraderi poterit cum nec corporis sit vicium: nec deformitas: quā sola auferentur / seruata substantiæ integritate. ut Augustinus i ultimo de ciui. dī li. c. xix. dicit. Nec ex hoc violentia est in motu talium: cū conueniat eis scdm naturam superiore bonitate sua sic ordinante. Vnde idem in eodem c. undecimo ait. Multa grauiā terrena sunt corpora sicut plumbū / & formā tñ ab artifice accipiunt qua natate valeant super aquam: & ut accipiat qualitatem corpus humanū qua fieri in coelum / & esse possit in coelo omnipotentī artifice contradicitur hęc ibi. Et fortasse fili hanc eandē qualitatem Isaias pennas dicere voluit: cum ait. Assument pennas ut aquilæ & volabunt & nō deficient: current & nō laborabūt. Quod autē diuus Augustinus loco quo supra de ablatione graui pōderis a corpore ponit. deum hoc posse non autē facturū dicit. Poterit inquit: non autē ut faciat. Aut si quis in contrarium contendat: ex sentētia Augustini deum ablatum pondus grauitatis: intelligi potest: quantum ad impedimentum: non quantum ad essētiā. illud em deformitatem importat / hoc perfectionem. DIS. Equales ne sunt omnīū dotes? MAG. Nequaq;. nam ut paulo ante dictū est ubi de triplici electorum visione tractauimus: ad mensurā meritorū dotabitur anima & ex consequenti corpus / ex redundantia nempe gloriæ animæ in corpus quas iam percurrimus dotes / consumptionem & perfectionē accipiūt ait em diuus Augustinus ad Dioscorum. Tam potentē fecit deus animam: ut ex eius plena felicitate redundet in corpus sanias perpetua & vigor incorruptibilis. & Apostolus vas electionis Corinthios dere

Gregori

Augusti
ciui. li. 2.
c. tertio

Augusti

Isaias. 40.

1. Cor. 15.

ANIMAE INTELLECTIVAE

resurrectionis gloria informans: ait. Alia claritas Solis: alia claritas Luna: alia claritas stellarum. Stella enim differt a stella in claritate: sic & resurrectio mortuorum. DIS. Memini de hoc hesterno vespere non nihil dictum esse: sed nunquid & ceteri corporis sensus in actu erunt quemadmodum oculi?

Homo totus perfecte beatificabitur in anima
& corpore. de sensibus autem omnibus si habebunt operationes suas non facile est de finire. Capitulum. xli. MAG.

otum hominem in anima & corpore perfecte beatificari in superna Hierusalem unanimi omnium sententia concessum est: de eo autem quod queris temere definire quis audebit? Sunt enim qui omnes sensus corporis in actu esse concedunt per species influxas per quas videbunt/audient/olfacient/gustabunt/ & tangunt quae praesentia non sunt: modo multo perfectiore quam Adam in statu innocentie. & praesentia similiter perreceptas species cognoscet: alij sensatione absentium per species influxas non accipiunt. De visu & tactu non dubitant quia ibi & obiecta & media convenientia habere possunt. De vocali laude & auditu idem licite opinandum astringunt. Olfactum autem & gustum propter imperfectionem quandam: similiter & obiectorum & mediolorum diversorum absentiam: non esse in actu existimant: omnes tamen premiandos ex animae redundantia concedunt. Quia vero scripturarum testimonia facillime ad spiritalem intelligentiam interpretari possunt: ea praetermitto: non de obiectis: non de medio sentiendis: aut modo questionem facio: ubi Christus Iesus dei filius deus erit omnia in omnibus abstergens omnem lachrymam ab oculis sanctorum & retribuens abundanter facientibus superbiam: sed non in hac terra viventium: sed in regione umbrarum mortis: cuius fumigantes voragines/abruptae ardentium montium iuga celerissime nunc demum peragrabimus. DIS. Id promissum ordo ex postulat: ut tandem lustratis omnibus/ ad campum miseriae venandi causa gressus nostri tendant: si forte aliquid & venatu & sciendum: de animae natura haec abyssus exhibeat.

Sequitur typus loci Infernalis.

LIBER VNDECIMVS DE POTENTIIIS



Lucæ.
Augu

Greg

Plaf.
8quin
Iob.

Gen.

ANIMAE INTELLECTIVAE

De locis infernalibus quatuor in Campo mi
serie discretis in genere, & de limbo Patrum
ubi & quilibet fuerit: testimonijs. s. Augustini &
Gregorij particulariter disputat. C. xliij. MA

Horrus est hic campus: in quo non elementa / sed elementorum
magis defecationes resident: nebula / caligo / tenebra / & umbra
mortis seculo incubant: fletus & stridor dentium habitates nunc
destituerunt / sed hec in lacu inferiore. ab initio autem tolerabiliora loca intra
tibus patent. **Q**uadrifarie namque hic campus partitus est. a principio
limbus Patrum: post hunc Purgatorium: sub quo limbus puerorum: &
in loco infimo locus infernalis damnatorum. **DIS.** Consimilem audiui
partitionem fundi / terrenae molis li. septimo cum de terra ageret. **MA.**
Verum. sed celerius hec loca egredi / nondum quid coniueant inspectauimus:
nunc autem singillatim de omnibus differemus. **DIS.** Primum
igitur de limbo Patrum si quid habes sciri dignum / in medium profe-
ras. **MAG.** Limbus patrum locus est apud inferos tormentis impi-
orum remotissimus. quem nonnulli solum Abrahae a Domino in euan-
gelio appellatum volunt: id est requiem credentium. De hoc loco diuus
Augustinus in egregio volumine de Ciuitate dei libro vicelesimo. c.
quindecimo sic ait. Non absurde credi videntur / antiquos etiam sanctos
qui venturi Christi tenuerunt fidem / locis quidem a tormentis impio-
rum remotissimis: sed apud inferos fuisse / donec eos inde sanguis
Christi / & ad ea loca descensus extirperet. Cui per omnia alludit sanctissimus
papa Gregorius libro duodecimo moralium. c. decimonono dicens. ante
aduentum mediatoris dei & hominis / omnis homo quousque mundi pro-
bareque vitae fuerit: ad inferni claustra descendit / & capitulo sequenti. nec
tamen iniustorum animas ad infernum dicimus descendisse ut in lo-
cis poenalis tenerentur: sed esse superiora inferni loca / esse alia infe-
riora credenda sunt: ut & in superioribus iusti requiescerent / & in in-
ferioribus iniusti cruciarentur. Ab his Propheta dei adiutorio se pre-
ueniente liberatum conficitur dicens. Nisi quia Dominus adiunxit me
paulo minus habitasset anima mea in lacu inferiori. & iterum Eruiisti
animam meam ex inferno inferiori. Et exemplar patientiae beatus Iob
hunc abhorrens dicit. Quis michi tribuat: ut in inferno protegas me
& pater patriarcharum Iacob / ne forte nimia tristitia preoccupatus do-
mino peccaret: & ad hunc tormentorum locum mortuus descende-
ret: filius suis ait. Deducens canos meos cum dolore ad inferos. iuxta
diui Augustini interpretationem libro duodecimo super Genesim
ad litteram. communis tamen expositio id de limbo patrum intellige-
dum asserit. **DISCIPVLVS.** Limbum patrum esse / sufficienter in-
ducta testimonia probant: sed cum ab inferno inferiore / & locis poenarum

Limbus
Patrum

Luce. 16:
Augusti.

Gregori

Plaf. 22 &
8 quinto.
Iob.

Gen. 42.

LIBER. XI. DE POTENTIIS

sic remotissimus: unde infernus dici possit nōdum accipio. **MAG.** Respectu laci inferioris / superior infernus nō dicit: respectu autē coeloz infernus nominatur. Nā ut inquit diuus Gregorius circa finem libri xiiij. moralium: quantum ad sublimitatē celi / spaciū huius aeris nō imerito dici infernus potest: in quē iuxta Apostoli Petri sententiā ruentes apostatę angeli in iudicio cruciandi referuantur. **DIS.** Plane quod querebam beatus Gregorius dissoluit / purgatorium lustremus.

**Purgatorium esse post hanc vitam contra
Gręcos scripturarum testimonijs astruit
& qđ suffragijs iuuari possint purgandi pro
batur. Capitulū. xliij. MAG.**

Error gre
corum

Purgatorium esse ex utrisq; animabus / pleriq; Grecoꝝ impugnate veni nō sunt / quos catholici viri multo dñs / nouissime autē in Concilio Florentino sub Eugenio quarto præsensibus grecoꝝ Patriarcha / episcopis / & Imperatore / luculentissimis rationibus / & scripturarū testimonijs cōuincerūt. operosum nimis esset omnes scripturas de Purgatorio loquentes hic cōmemorare. **DIS.** Salte aliquas edicto. **MAG.** Nūc gregiū Plalten legisti eo loco qđ ait. Trāsiuim⁹ per ignem & aquā / & adduxisti nos in refrigeriū. **DIS.** legi Psalmo sexagesimo quinto. **MAG.** num & Iudaz Machabeum virum fortissimū cōmendanti audisti: quia duodecim millia dragmas argenti misit Hierosolimā: eas ibi offerri pro peccatis mortuorū iuste & religiose de resurrectione cogitans. **DIS.** Audui sepius in officio qđ ecclesia de mortuis frequentar: insuper & ibi additur. sancta ergo & salubris cogitatio pro defunctis exorare ut a peccatis soluerent. **MA.** sane. Audi & euangelistam Matheū / hic dominū dixisse refert. Esto consentiens aduersario tuo &c. & sequitur ne in carcerem mittaris. Amen dico tibi nō exies inde donec reddas nouissimū quadrantem. Et infra Qui dixerit verbū contra spiritum sanctū: non remitteretur ei neq; in hoc seculo neq; in futuro. Sunt igitur ut infert sanctus Gregorius quædā peccata quę in alio seculo remittuntur. Apostolica quoq; tuba Corinthiis aperto sermone de purgatorio insonuit cū dicit. unicuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus asserit detrimentum patietur: ipse autē saluus erit: sic tamē quali per ignem. Quis iuxta Augustini traditionē: hæc sentētia etiā de tribulatione p'sentis sæculi verificari possit. ut in Enchiridion. c. lxxvj. Et libro. xxi. de Ciuitate dei. c. penultimo. Cæterū quę & quanta testimonia doctores ecclesię de purgatorio / & suffragijs quibus purgandi iuuari possunt perhibeant: testatur sacri canones distin. xxv. para. alias. & eadē distin. Qui in aliud sæculū &c. Qualis de peni. dist. viij. in fine nullus. & xij. q. ij. c. tempus. c. animæ. c. nō estimemus. & de Cele. missa. c. Cū

Gregori

2. petri 2

Concilium
florentinum

David.

2. macha
ca. 12.

Math. 5.

ibidem. 12
Gregori⁹

1. Cor. 7.

augustin.

Canones

ANIMAE INTELLECTIVAE

Gregorius 18
Augustinus
Augusti
 marthe in fine. & Magister li. iiii. distin. xlv. Verumtamē glo. magna
 c. tempus. xiii. q. ii. nominans mediocriter malos qui in mortali deces
 serunt. Augustini verba non sane intelligit quoniam talibus suffragia
 nulla prodesse possunt: ut patet per doctores in quarto distin. xlv. &
 diuum Augustinum de verbis Apostoli qui ait. frustra his pietatis of
 ficia impendi a suis / qui sine fide operante per dilectionem / eiusq; sa
 cramentis de corpore exierunt. tales autem sunt omnes qui in morta
 li / q; uis unico decedunt igitur.

Vbi aut in qua mundi parte purgatoriū sit:
pēna qualis / qui tortores in eo / quātū pur
gādi adiuari a viuis desiderāt / quāuis pa
ciēter pēnā hāc sustineāt. Ca. xliiij. DIS.

Hugo
a
 Bunde de purgatorio sententiam: scripturarum testimoniis so
 lidasti: sed ut ubi sit nondum ostēdisti. **MAG.** Hugo de san
 cto victore libro secundo de sacramētis parte. xvi. c. iiii. astruit
 hunc locum omnino non esse determinatum. Et fortassis inquit pro
 babilius erit: ut in his potissimum locis singuli pēnam sustinere cre
 dantur / in quibus culpam cōmiserunt. Hoc doctores theologie in
 quarto super magistrum dis. xx. concedunt de quibusdam singulari
 dispensatione dei / non omnibus: quoniam scđm communem legem
 hunc tormentorum locum consistere circa infernum fuisse de men
 re diui Gregorii ex quarto dialogorum claret. Nec tibi curę sit de loco
 purgatorii: sed quomodo hic per penitentię lamenta de peccatis san
 facias: ut pēnam hanc acerbissimam euadas. Nam iuxta beati Au
 gustini traditionem. Qui in aliud seculum distulit fructum conuersio
 nis: prius purgandus est igne purgationis. hic ignis & li eternus non
 sit miro modo tamen grauis est. excellit enim omnem pēnam q; un
 q; aliquis passus est in hac vita. nuncq; in carne inuenta est tanta pē
 na: licet mirabilia martyres passi sint tormenta: & multi nequiter quan
 ta sepe sustinuerunt supplicia. de pē. distin. ultima circa finem. & disti.
 ca. Qui in aliud seculum. & quarto sententiarum distin. xx. Et rursus
 Augustinus in de verbis apostoli. sermone de igne purgatorii dicit.
 Ille ignis purgatorius durior erit q; quid potest in hoc seculo pēnas
 videri: aut cogitari: aut sentiri. **DIS.** Memini nonnulla Maronem
 in sexto æneido. de grauitate pēnarum purgatorii deseruisse. **MA**
GISTER. Nec mirum si Platonius / de hac re Platoniorum sen
 tentiam descripsit. Nam postq; animas in corporibus quatuor pas
 sionibus affici commemorasset: quę sunt metus / cupiditas: gaudi
 um & tristitia: subiungit quantum in alio seculo passurę sint: si im
 mundę exierint. & ait. vi. æneido. Qui & supremo cum limine vi
 ta relinquit (id est cum nouissimo die vita relinquit corpus.) Non

LIBER VNDECIMVS DE POTENTIS



Thomas
Bonauē

Iob

Sapiētia

August

ANIMAE INTELLECTIVAE

tamen omne malum miseris nec funditus omnes / corporeꝝ excedū
pestes: penitusq; necesse est. Multa diu conicere modis mollescere mi-
ris. Ergo exercentur pēnis. veterumq; malorū Supplicia expendunt:
aliaꝝ panduntur inanes Suspense ad ventos: alijs sub gurgite vasto /
Infectum ælucit scelus: aut exurit igni. **DIS.** Plane Vergilius.
hic animas in aere / aqua & igne purgari exposuit. Sed dic queso q tor-
tores in hoc loco exsistunt. **MA.** Incertū definire quis poterit. Opinā-
tur autē nō infimę auctoritatis theologi: q; sola iusticia diuina purgādos
igne mediante uti instrumēto torquet: Quis illuc ab angelis bonis de-
ducantur: & fortasse mali sequantur: ut assistentes saltem pēnis eorū
faciantur / quos a veritatis tramite penitus deijcere non potuerunt. Nō
autem æquum videtur illos a dæmonibus torqueri: quos dum vi-
uerent diuina adiuti gratia vicerunt. **DIS.** Assensio facillime: sed
nunquid patienter ferunt purgādi tam acerbis pēnas? **NAG.** Pa-
tienter. Nouerunt enī quia iuste hæc patiuntur: & iusticia diligunt: nec
aliter se ad celestia gaudia peruenire posse sciunt: donec nouissimū
quadrantem reddant: aut suffragiis adiuuētur. Vnde in persona ratiū
animarum sanctus Iob dicit. Misereamini mei misereamini mei saltem
vos amici mei: quia manus dñi tetigit me. Sed heu surda aure hos da-
mores audimus: parentes filiorū: & filij parentū: nec attendimus quā-
to desiderio anhelant ad consortia beatorū ascendere. ad quos certissi-
ma spe sperant se puenire. De ipsis enī in libro Sapientię dicitur. Spes
illorum immortalitate plena est. Sed de his hæcenus: ad inferiora de-
scendamus. **DIS.** I pręte sequar.

**De limbo puerorum. & si paruuli non baptisati
sensus pœnā sustineant & qualiter post resurrectio-
nem permanebunt. Capitulum. xlv. MAG.**

Vb purgatorio iuxta præmissam partitionē campī miserie lim-
bus est paruulorum. Quāuis nōnulli inferiorem partē limbi
Patrum pueris deputatam credant. Pueris inq; non omnibus
sed sine baptismatis lauacro decedētib; ante usum rationis. De illis
Augusti. & si ex canone sacre scripture nihil certum haberi possit. Augustinus
tamen non pauca disseruit. In libro equidem de fide ad Petrum in de-
claratione fidei ait: illos insolubili nexu in æterna damnatione retineri.
Et paulo infer⁹. Qualitas malę vitę ab infidelitate incipit quę ab ori-
ginalis peccati reatu initium sumit: in quo quisquis viuere ita incipit
ut ante finiat vitam quā ab eius obligatione soluat: si unius diei vel
unius horę spacio anima illa vixit in corpore / necesse est eam cum eo-
dem corpore interminabilia gehenne sustinere suplicia: ubi dyabolus
cum angelis suis in æternum arsurus est &c. Et in eodem libro capitū-
lo vicesimo quarto. & est de consecra. dñstñ. iij. c. firmissime tene &
nullatenus dubites: paruulus qui sine sacramento sancti baptismatis

LIBER VNDECIMVS DE POTENTIIIS

de hoc seculo transeunt: ignis eterni supplicio puniendos. Et in libello de origine Animæ ad Sanctum Hieronymum: multis repetitisque verbis animas talium damnandas astruit, & similiter in alijs scriptis suis diuersis: quæ longum esset commemorare. DIS. Dura nimis & crudelis hæc videtur assertio: ut piissimus deus cuius misericordie non est numerus: eos tam crudeliter in eternum puniat ob solius originalis culpam: quam nec propria voluptate contraxerunt: nec in potestate habuerunt regenerationis sacri baptismatis sacramentum accipere: vel respondere. MAG. Plurimi tecum sentiunt: & in hac parte sanctum Augustinum negant. Sed fortasse hoc quoque non parua pertinacis est criminis tantum Doctoris in ea parte simpliciter negare: quareceptus est a sanctis canonibus: dicto canone. Firmiter. & de hereticis c. iij. & a multis sanctis & catholicis expositoribus sustinetur: non videre est in Doctoribus super quarto distinctione quarta. Quoniam si quis alia diuini Augustini opuscula non pigre legerit: inueniet quibus prædicta mitigare poterit. In enchyridion quippe capitulo nonagesimo secundum sic ait. Minissima sane omnium poena erit eorum: qui præter peccatum quod originale traxerunt nullum insuper addiderunt. Et libro de baptismo parvulorum. Recte potest dici (inquit) parvulos sine baptismo decedentes minissimam omnium futuros sustinere poenam. & est de consecratione distinctione quarta c. regenerante. Et amplius libro. s. contra Iulianum. Ego itaque non dico parvulos sine baptismo morietes tanta poena esse plectendos: ut eis melius esset non nasci: cum hæc dominus de peccatore sceleratissimo dixerit: quæ autem: qualis & quanta erit: definire non possumus: non tamen audeo dicere quod eis ut nulli essent: quod ut ibi essent potius expediret. Ecce fili tribus testimonijs habes dictorum quæ tibi crudelia visa sunt mitiorem intelligentiam ab ipso auctore traditam. Aut verius quod parvuli ignis eterni afflictionem non sentient ceram limitationem. DIS. Vnde hoc ultimum argumentaris? MAG. Ex dictis eiusdem Doctoris: ait quippe sermone vicesimo sexto ad heremitas. Melius est omni esse carere quod in inferno facere. Et sanctus Hieronymus super Hieremiam libro quarto. Melius est non esse quam vivere in supplicijs. Et super Ecclesiasten capitulo quarto. Melius est omnino nec sensum habere substantiæ quam infelicitate vel esse vel vivere. Item rursum. melius fuerat ei (scilicet Iude) omnino non esse quam eternos cruciatus perpetui. Si igitur ut contra Iulianum scribitur: non fuisset melius parvulis istis non nasci: quam in sua damnatione esse manifeste concluditur quia non veniunt in inferno eterno igne cruciandi. DIS. Evidens argumentatio. miror autem cur sanctus Augustinus: in prioribus auctoritatibus terribilibus in verbis sonuerit: quod sentire voluit. MAG. Fortasse ut pestiferam heresim Pelagij & Celestij in Carthaginensi concilio (cui intererat diuus pater) damnatam a fidelium auribus longius propelleret. Hi equidem heretici hominem a seipso sine gratia posse iuste agere: & parvulis baptismum necessarium non

Augusti.

Math.

Hieroni.

24. q. p.

ANIMAE INTELLECTIVAE

esse/nec datum prodesse dogmatū lauerant: cum sine illo saluari possent
 Contra quē errorem etiam in libello de origine animę ad sanctū Hieronymū ita scripsit. Q uisquis dixerit q̄ in Christo uiuificabunt etia
 paruuli: qui sine sacramenti eius participatione de uita exeunt: hic p/
 fecto & contra apostolicam p̄dicationē uenit: & totā cōdemnat ec/
 clesiā. Et in libro de baptismo paruulorū. Fallit (inquit) & fallitur qui
 eos in damnatione p̄dicat non futuros: dicente Apostolo per deli/
 ctum unius omnes homines in condemnatione. ad Romanos capi. 5
 & de consecra. distin. iij. canone Regenerante. DIS. In quali igitur
 damnatione erunt/ si ut deductum est cū impijs igne eterno non arde/
 bunt? MAG. Nunquid audisti: quia dixit in auctoritate contra Iu/
 lianum. Quę autem/ qualis/ aut quanta erit p̄cena illorum: definire
 non possumus. Dicit tamen ibidem: quia in tenebris manet. & est de
 consecratione distin. iij. canone Nulla. Hę tenebrę: ut nonnullis uisum
 est: interiores: non exteriores intelligende sunt: quia sc̄q̄ uisione Dei in
 eternum priuari sunt. de bap̄. capi. tercio: & libro secundo Sententiarū
 distin. xxxij. Quātum autem illud sit (haud dubium quia magnū)
 diuus Augustinus terribilissimis uerbis & sententijs explicare uoluit
 Bonauē. Verum tamen ut ait sanctus Bonauentura in quarto distin. iij. Vo/
 lunt quidam q̄ paruuli de hac priuatione non dolebunt: sed diuino iu/
 dicio & misericordia faciente. de statu quem habebunt/ contenti erunt
 nouerunt enim (inquit idem Doctor libro secundo distin. xxxij. q.
 penultima & ultima) ad quid creati/ & ob quam causam illo priuari
 & q̄ miser sint in inferno inferiore sub ipsis constituti: diuino tamen
 iudicio eorum cognitio & affectio ita equa lance librantur: ut nec do/
 lorem vel afflictionem exteriorē vel interiorē sentiant: & ita per/
 petuantur: ut nec tristitia deſcāt/ nec læticia reficiat: ut nec proficiant
 nec deficiant: sed semper uniformiter manent: nec esurient nec senti/
 ent: & quīs corpora gloriosa habiuri non sint in resurrectione uli/
 ma: nihil tamen patiuntur protecti diuina uirtute: etiam si in igne in/
 fernali uoluerantur. hæc Bonauentura. DIS. Ex his manifestum
 diuum Augustinum bene dixisse: quoniam melius est his paruulis
 sic esse/ q̄ omnino non esse. MAG. Etiam fili. Sed sine ad p̄positā
 methadum redeamus, nescio enim quomodo in materiam etiā apud
 theologos nō plene digestam/ stilo habenas amplius q̄ æquum fue/
 rit laxauerim. DIS. Vis igitur in lacum inferiorem descendamus.
 MAG. q̄ celerrime.

Infernum esse unusquisq̄ lege sua edoctus cre/
 dere habet/ & q̄ sub terra sit sanctus Gregorius af/
 firmat/ quę autē in illo p̄cena/ quis cibus/ q̄s potus
 summarie enumeratur. Ca. xlyi. MAG.

nn

LIBER. VNDECIMVS DE POTENTIS

Infernus.

Nfernum esse reproborum receptaculum / argumentis & scripturis stabilire quanq̃ operosum nō sit: consulto tamen p̃p̃t̃e r̃re liber: ne ultra q̃ oportet in calce epitomatis longius digrediamur: aut rem ab vniuersitate gentium creditam in dubiū

Iudei.

Saraceni.

Christiani

reuocare / vel saltem frustra demonstrare videamur. Iudeus a prophetis doctus / infernum credere necesse habet. Saracenus ex Alchorano Maumeti instructus / infernū negare nō potest. Christianus multiplici euangelorum testimonio fuscatus / infernum esse nō in dubium vertit: sed quomodo euadat suū op̃e studet. Reliqua autē gentilitas nescio si apertius testimoniū de resurrectione ultima / & inferno / q̃ beati Ioh̃ gentilis afferre possit. **DIS.** Saltem ubi infernus sit edoceas. **MAG.** Nūquid ego illic fui: ut finē eius & locū edicere possim?

DIS. Nec etiam in limbo aut purgatorio habitasti: atramē quid de his catholici senserint dare differuisti: idē de inferno atemptes quēso.

MAG. Diuus Augustinus vicesimo libro de ciuitate dei capitulo sedecimo ait. Ignis æternus / cuiusmodi & in qua mundi / vel rerum parte futurus sit: hominē scire arbitror neminē: nisi forte cui diuinus reuelauerit spiritus. Quod ego quidem in beato Gregorio cōpletū haud dubitauerim / quoniā infernum sub terra esse / maxime in libro dialogorū quarto astruit. Vnde & Theodericum regem in Sicilia in fula in ollam Vulcani deiectū / fidei testimonio comprobare. Et Hieronymus longē secundo super illo verbo. Proiecasti me in profundum maris. Sicut cor est in medio animalis: ite infernus in medio terrę esse perhibet. Insuper terrā fuisse apertam: & deglutisse Dathan & Abyron descendētes viuos in infernū scriptura cōmemorat. **DIS.** Plante de loco respondisti: de pōna autē quid dicis? **MAG.** Non mihi (Vergilius inquit) si linguę centum sint: oraq̃ centum: Ferrea vox / omnes scelerum cōprehendere formas Omnia pōnarū percutere nomina possem. Canit em̃ regius Propheta Dominus pluet super peccatores laqueos: ignis / sulfur / spiritus procellarū / pars calicis. id est passionis eorum. **DIS.** Si hęc pars / in toto quantū putas erit? **MAG.** Forte quod in capitulo quadragesimo Ecclesiasticus ait. Furor / zelus tumultus / fluctuatio & timor mortis / iracundia perseuerans / & contentio / sanguis & romphea / opp̃ssiones / fames / contritio & flagella / super iniquos creata sunt hęc omnia: & super peccatores septuplum. Et alibi capitulo tricesimo nono addit bestiarū dentes & scorpionū & serpentes & romphea vindicās in exterminiuū impios. Alludit beatiss. m^o

Moses in persona irati Domini Deut. tricesimo secundo dicens. In mittam in eos dentes bestiarū: & deuorabūt eos aues morsu amarissimi. mo. quid plura? cū beat^o Ioh̃ capitulo vicesimo quarto de impio dixerit. Omnis dolor irruet super eum. & rursus ad nimiuū calorem transiet ab aquis niuiū. Si de cibo poruq̃ infernali q̃ris audi legistatorem Moſen Deut. tricesimo secūdo. De vinea inquit Sodomorū vinea & cor: de

Augusti.

Gregori.

therony.

psal. 105.

Vergili.

6. End.

Psalmista.

Ecclesiasti.

Algo.

moses.

Deutro.

Ioh̃.

Deutro.

ANIMAE INTELLECTIVAE

gen. c. 19 urbanis Gomorre. **DIS.** Civitates has sulfure & igne in favillam re-
Deut. 32 dactas scriptura loquitur: & mare quod mortuum vocant sub Ior/
Hier. 9. dane testimonium perhibet. **MAG.** Sane quod sequit ausculta Voa
 eorum uua fellis & botri amantissimi. Fel draconum vinum eorum &
 venenum aspidum insanabile. Dominus quoque per Hieremiam ait.
 Ecce ego habeo populum istum ablinthio: & porum dabo eis aqua
 fellis. Frustra conor singula sermone explicare: cum iuxta Sapientis vo-
Sapient. 5. cem orbis terrarum pugnaturus sit contra insensatos: ut per quem pec-
ibid. c. 11 cat quis: per hanc torqueatur. Hinc magnus Basilius. Feces omnium
Basilius elementorum & lesum virtutes in fine mundi / ab ipsis separandas:
 & ad cruciarum malorum in infernum mittendas astruit.

Si aut quomodo anime exute ab igne corporali pa-
 ti possunt, & qualiter sententiae Sanctorum de his in-
 telligende sint. Capitulum. xlvij. **DIS.**

Vnc igitur usque ad finem mundi / & corporum resurrectione / ab
 his cruciatibus immunes sunt / reproborum anime. **MAG.**
 Nequaquam. quoniam ista elementorum defecatio / ad punitionis
 augmentum non ad initium futura est: sicut & corporum resurrectio.

DIS. Quomodo exute anime a corporibus prememoratis cruci-
 ciari interim quibunt: cum corpora in spiritum agere non possint: uti ex
 his quae octavo libello differuimus claret. **MAG.** ubi auctor crea-
 turarum operatur ut vult / & iustitia exigit: quid natura habeat aut possit
 non magnificandum est: si enim ex nihilo cuncta in esse progredi iussit (dixit
 enim & facta sunt) quid miraris / si praeter solum naturae cursum spiri-
 tus per corpora punit: an forte ita creatis causis potentiam suam alii-
 gavit: ut sine his agere quicquam non possit: hoc equidem quidam va-
 nissimi philosophorum senserunt. **DIS.** Tales libro octavo ubi de
 causis disputatum est / errasse cognovi. **MAG.** potest igitur domi-
 nus omnium / praeter causas secundas / aut consuetum earundem ordinem opera-
 ri. **DIS.** Etiam. **MAG.** non igitur impossibile videatur si spiritum
 per corpus castigat. **DIS.** non de possibilitate: sed de modo quero.

MAG. Quis novit sensum domini: aut quis consiliarius eius fuit:
 tu sic viuas ut modum punitionis experientia non addiscas: quin illius
 contemplatione & metu moderatio effectus / eiusdem queas & cruci-
 atus effugere / & futuris bonis periri. Sunt qui actionis passionisque na-
 turas iuxta humanae philosophiae traditionem attendentes: ignem & cete-
 ra quae scriptura enumerat non realia / sed imaginaria existimant. Alij
 autem haec quidem omnia realia sed actionem imaginariam esse con-
 tendunt. Reliqui vero quorum auctoritate catholici non spernunt: ignem
 inferni realem & corporalem esse scripserunt: & illo eodem igne spiritus
 incorporeos ut sunt exute anime: & demones realiter cruciari fatentur

Gregori Nam diuus Gregorius libro quarto Dialogorum ignem infernale
 n n ij

LIBER. XI. DE POTENTIS

torporeū dicare nō ambigit: & q̄ animas exutas exurat hoc medio ar-
guit. Si (inquit) dyabolus eiusq; angeli cū sint incorporei / corpeo igne
cruciandi sunt: Quid mirum est si & animę anteq̄ recipiant corpora
possint igne corpeo cruciari: si forte de antecedente dubitas audi Do-
minum in euangelio Matthæi. c. 25. Ite maledicti in ignem eternū qui
paratus est dyabolo & angelis eius. Sententię illius beatus Gregorius
causam assignās libro nono moralium. c. 1. afr. Q uāuis angelorū atq;
hominū natura sit longe dissimilis: una tamē pēna implicat quos un⁹
in crimine reatus ligat. & venerabilis Hugo libro de sacramentis. par
te. xvi. ca. iij. argumento Gregorij assensiens ait. Verisimile auctorita-
te sacri eloqui & catholicę veritatis testimonio probatur corporali &
materiali igne / animas etiā nunc ante susceptionē corporum cruciari
Q uod autē sanctus Gregorius scripsisse legit: q̄ spiritus in eo ardet
q̄ se ardentes vident: dictis minime contrariatur. Nam cum spiritus in
strumentorū siue organorū diuersitatē non habeant: omnis sensus illis
equalis est. ait Hugo ubi supra. ut videlicet sit illis videre quod tangere
& tāgere quod dolere. Vnde rursus Gregorius in dialogo. Anima nō
solum videndo: sed experiendo incendiū patitur. Augustinus autem
Aurelius li. de ciuita dei. xxi. c. x. recitata opinione quę spiritibus aerea
corpora assignat: in quibus ignis incendium patiantur: subiungit. Si
autem quisq; nulla habere demones corpora asseuerat: nō est de hac re
aut laborandum operosa inquisitione / aut contentiosa disputatione
certandum. Cur enim non dicamus quibus miris: tamē veris modis etiā
spiritus incorporeos esse: & pēna corporalis ignis affligi: si spiritus ho-
minum etiā ipsi profecto incorporei: & nunc potuerint includi cor-
poralibus membris: & nunc poterunt corporū suorum vinculis inso-
lubiliter alligari. Q uod autem idem Doctor libro. xij. sup Genesim
de infernali loco & tormentis disputat / in retractationū libro quomo-
do accipiendum sit manifestat.

**Quomodo ignis spiritum detinet: & ipse sede-
tentum attente considerat. in super ignem inferna-
lem & pēnam esse æternā probatur. & opiniones
sex ænumerantur. Capitulum. xlvij. MAG.**

Rdinauit autē iusticia diuina elemētū maxime afflictuū: ut su-
perbum spm̄ quasi carcere detineat: & ipse se detentū ibidē artē
te consideret: ab eo quidē quē odio implacabili odit. dicēte Psal-
mista. Superbia eorū qui te oderunt ascendit semper. Illud autē quan-
tum afflictionis reprobis generet / ex seipso conicere homo facillime
posset: qui ab inimicissimo sibi aliquo ppetuis vinculis / quibus sine alia
molestia corporis deputatus esset. Vnde nōnulli theologorum hanc
esse spirituum & animarū ante resurrectionem gehennā tradiderunt.

Hugo

Gregori⁹
Augusti

Psalmista

ANIMAE INTELLECTIVAE

DIS. Cum autem idem sit ignis omnes detinens: eadem omnium pena est: quod summæ iustitiæ derogat. **MAG.** Idem quis ignis omnes inuoluat / non in æqualiter exurit: nec omnes æque intense se detentos considerant: diuina hoc ipsum operante iustitia testescipura Apocalipsis capite decimo octauo. **Q.** uantum glorificauit se / & in delicijs suis: tantum date illi tormentum & lucrum. Nam dicente iustissimo legislatore, pro mensura peccati erit & plagarum modus. **DIS.** Non erit igitur gehenna eterna quemadmodum euangelium cominatur / sed finita quædam modum delectatio & numerus peccatorum. aut aliam causam eternitatis poenarum assignabis. **MAG.** promprie, beatus Augustinus ait libro vicesimo primo de ciuitate c. duodecimo. Homo factus est malo dignus eterno: qui hoc in se peremir bonum / quod esse posset in æternum. Et sanctus Gregorius dicit. Voluissent iniqui si potuissent sine fine viuere, ut potuissent sine fine peccare. ostendunt quia in peccato semper viuere cupiunt qui nunquam desinunt peccare dum viuunt. Ad magnam igitur iusticiam iudicantis pertinet: ut nunquam careant supplicio qui in hac vita nunquam voluerunt carere peccato. de pe. dis. prima para. voluissent. Perniciosissime igitur errant / primo qui tandem non solum homines omnes / sed & demones misericordia domini liberandos atumant: quis post multa annorum curricula, ut Origenis est. Hinc & Poeta ait in sexto Aeneidos, facilis descensus aueris Noctes atque dies patet aëra ianua Ditis: Sed reuocare gradum superasque euadere ad auras / Hoc opus hic labor est. Errant secundo: qui sanctorum precibus cunctos saluandos existimant. Errant tertio: qui saltem omnes baptizatos & eucharistiæ sacramento communicatos ab æternis cruciatibus sequestrare contendunt. Errant nihilominus quarto. qui hanc sententiam ad eos retorquent: qui dicta sacramenta in vera fide consequuntur: licet postea in heresim labantur. Non minus deuianta veritatis tramite: qui solum Christi fidem usque in mortis articulum seruata sufficere arbitrantur. cum iuxta apostolicam doctrinam fides sine operibus mortua sit. Demum longa a regno dei absunt qui facinoribus opera misericordiarum: quis alias maliciose egerint / finalem salutem promittunt. Tantorum errorum segmenta & scripturam passus quibus innituntur: diuus Augustinus non tam abunde quam doctissime libro de ciuitate dei vicesimo / a capitulo decimo septimo usque in finem redarguit: & eternitatem gehennalis incendij luculentissime probauit.

Corpora damnatorum sine consumptione eternaliter posse in infernalibus tormentis permanere / ædocet quibusdam mirabilibus nunc in mundo repertis. & quomodo hic ignis sine lignis semper esse possit: & si reprobis ad aliquid luceat / auctoritate sancti Grego-

nn iii

nō determinatur. Capitulum ultimum DIS.

Aeris eloquijs / & cūq; auctoritatis doctoribus facillime assentio
sed quōdāmodo corpora edaces gehēne flāmas sine mīniera /
tione & cōsumptione in sempiternū sustinere possint: intellectus
difficile. Insup & corporalem ignē qualis est infernalis sine corporeis
fomentis diutius posse consistere ex phīa conuincitur impossibile.

MAG. Prēmō nūi paulo ante hac obtutū mentis non ad mundanę
imperfectę phīę traditiōē: sed ad summę iusticię hic puniētis om
nipotentīā cōuertendum. quę tanta insolita & mīra fecit in mūdo sen
sibili. ut horū consideratiōe: nec de q; hēlitas omnino videatur impos
sibile. Salamandra viuit in igne. nō nullum genus vermīū in calidarū
aquarū scaturigine reperit. Notissimi Sicilię montes qui tanta diutur
nitate temporis / atq; vetustate usq; nūc & deinceps flammis estuant
atq; integri perseverant / sads idonei testes sunt (inquit Augustin⁹ li.
xxi. de ciui. ca. iij.) non omne qd ardet absumi. Pretermitto breuitatis
causa alia mira q̄ tantus doctor cōtra incredulos in eodē libro cōmemo
rat. Beatus itē Gregorius li. xv. moralīū. ca. l. testatur. Hac p̄ breui sen
tentiā q̄ libro Iob. c. xx. scribitur / quod tu in dubium veris iuculenter
dissolui dicitur nempe. Deorabit eum ignis qui nō succēdet. Q. uia
(inquit Gregorius) omnipotentis iusticiā futurorū pręscia: ab ipsa mū
di origine gehēne ignē creauit: qui in pōnā reproborū esse semel inci
peret: sed ardore suū etiā sine lignis nūq; finiret. Cum em̄ sit corpo
reus & in se missos reprobos corporaliter exurat: nec studio humano
succenditur: nec lignis nutritur: sed creatus semel durat inextinguibi
lis & succensione nō indiget: & ardore nō caret. Aliud insuper mīrum
in hoc igne dictus sanctus Gregori⁹ papa li. 9. moralīū. c. 49. esse asser
mat. DIS. Quod? MAG. Quia gehēne flāmma reprobis ne
quaq; lucet ad cōsolationis grāam: & tamē lucet ad penam. nā se
quaces quosq; seors secum in tormēto reprobi / flāma illustrante visu
ri sunt quorū amore deliquerūt / quatenus qui eos vitā carnaliter cō
tra p̄cepta cōditoris amauerunt: ipsorū quoq; eos interitus in augmen
tū suę damnatiōis affligat. DIS. Heu heu q̄ pauci attendunt / que
scriptura & sancti viri de inferorū p̄petuo cruciatu testantur. MAG.
Ideo ut dominus ait: lata porta & spaciōsa via est quę ducit ad perdi
tionem: & multi sunt qui intrant per eam. Angusta autē porta & ar
cta via est q̄ ducit ad vitā: & pauci sunt qui inueniunt eam. DIS. Docti
fortasse tantum / qui beatorum gloriā / pariter & damnatorum im
mensam pōnam ex scripturis nouerunt. MAG. Nequaq; non em̄
(scribit Paulus Romanis) auditores legis iusti sunt apud deū: sed fa
ctores legis iustificabuntur. Et rursus sciētiā inflare testatur est: In fla
q; autē & timidi angustā portā intrare minime possunt.

Sequitur liber. xij. qui est Phīę moralis.

Augusti.

Gregori
Iob. xxx.

Augu

Dant

Mat. 7.

Lact

ad Ro. 1.

PHILOSOPHIA MORALIS

Liber duodecimus. De principijs Philosophiæ moralis. q̄ scientia ad acquisitionem virtutum & bene viuendum necessaria sit & meriti magni Capi. primū MAG.

Alue fili. DIS. Et tu p̄ceptor colendissime. MAG. Vn/ de hæc mœsticia/ quā & vultus & gressus tardior in te osten- tant. DIS. Quia me a foelicitatis culmine longi⁹ deiectū inuenio. MAG. Quā ob causā. DIS. Faustū foeliceq̄ me existi- mābā/ si quādo phīe (cuius ad ethera usq̄ laudes extollebas) princī- pia rerum quoq̄ causas cognoscerem: verū longe aliter euenire ex his quę hesternō vesp̄ri disseuimus intelligo. Aruissimā nempe qui du- cit in campū gloriæ viam: latissimā vero quę ad campū miserię adiū- prestat ipso veritatis ore cōprobasti. Rursus etiā sciendū inflare Apo- stoli voce ostendisti: & cum hac q̄ plures apud inferos cōclusos do- cuisti. MAG. Pauid admodum q̄ cōmemoras: sed irrefragabili bo- testimonij cōprobata sunt: nō tñ phīe aut cuiusuis sciendę studium vel ascensum vel campum glorię impedire: vel descensum in miseriam compellere: sed ad illam virtutibus conscendere/ ad hanc virijs delabi posse quę q̄: disertiū est. Resipisce igitur paululū: nec te phīe inferui- se tantisper poenitebis. Hæc em̄ charitate suffuita callem virtutū aperit & viam victorum pcludit. Sine scientia quippe (ut diuus Aurelius li. xij. de trinitate testat. c. xij.) nec virtutes ipsę quibus recte viuitur ha- beri possunt: per quas hæc vita misera sic gubernetur: ut ad illā quę vere beata est perueniatur æternā. Rursus qui hac pollēt: deum hie sal- tem per speculum & ænigma: & alibi facie ad faciem limpidius cogno- scunt. Nonne noctycorax/ homo & aquila etiā in eadem p̄pinqui- tate ad solem ip̄um diuerse vident: scđm acuitionē & vigore oculorū. Hinc ppheta Daniel. Qui docti fuerint fulgebunt q̄ splendor firmamēti: & qui ad iusticiā erudiunt multos/ quasi stellę in ppetuas eter- nitates. Nec illa phīe pars quę humanarum rerum noticiam pollice- tur: cuius & tu principiā prælibasti/ propter se conquirenda est: sed ut moralitati studiose bene viuendi coniuncta/ in rerū diuinarum agni- tionem aggressum parat. utranq̄ em̄ philosophiæ descriptio (quam operi præmissam memini) complectitur. DIS. Ita est. MAG. Ec Lactantiū libro de falsa sapientiā ait. Virtus autem cū scientiā iun- cta sapientiā est. Discussa igitur Rationali & Naturali/ Moralem (sili- ber) percurramus. DIS. Liber & quidem maxime,

De diuisione philosophiæ Moralis in Ethi- cam/ politicā/ economicā/ & monasticā & q̄ duplici viā mala cohibeantur pena scz

nn ij

LIBER .XII. DE PRINCIPIIS

& virtutum laude. & de ordine dicendorum.

Capitulum secundum MAG.

Philosophia moralis
Ethica
Politica
Economica
Monastica

Philosophie pars quā Morale dicunt/humanorum actuum regimen pandit virtutum & vitiorum oppositorum rationes explicat: & in quā de multū hominis felicitas consistere possit/perquirat. Hanc in Ethicā politicā Economicā & Monasticā diuidit. Ethica de virtutibus: vitiorum & felicitate hominis differit/politica regimen multitudinis regni vel ciuitatis Economica vniuersae familie aut domus: Monastica priuati hominis gubernationē edocet, primā si haud segnes lustrauerimus: aliaque partē nō minimā expedita cognoscemus: omnes enim qui vel multitudinis vel domus vel sui ipsius/curā gerunt/callē virtutum ambulandū pollicitationibus & exhortationibus percurant. Quis enim (inquit Iuuenalis satyra quarta) virtutē amplectitur ipsam prēmia si tollat? Viam autem vitiorum legibus multiplicibus cohibent: & necessario quidē. Nam omnis etas ab aegalescentia prona est ad malū. Gen. viij. &. xij. q. i. omnis etas Multi autē nō amore virtutis: sed timore poenae declinant: pauidiores vero animi sui passionēs ne in vitia confluant virtutibus cohercere student. Nam ut in epistolis testatur Horatius. Oderunt peccare boni virtutis amore. Oderunt peccare mali/formidine poenae. Dicente autē scriptura. Stultorum infinitus est numerus. Et Lactantius firmianus in exordio institutionū suarum aduersus gentes scribit. Quia virtutibus amaritudo permixta est: vitia vero voluptate condita sunt: illa offēsi hac delinunt feruntur in preceps: ac bonorum specie falli/mala pro bonis amplectuntur. DIS. Primū igitur quid virtus: deinde quae animi passionēs virtutibus coheredae: demū virtutum & oppositorum vitiorum rationes specialius indagandi sunt. Eo namque seruato ordine singula memorię commendare erit facilius.

Iuuenal

Gen.

Horatius

Lactantius

Quid virtus: quō sit mediū: qualia extrema: medium qualiter sumendum & attingendum: & virtutes quō acquirendę. Capitulum. iij. MAG.

Aristoteles in secundo libro Ethicorum. virtutē & quo ad principium directiuū: & quo ad actū describit. DIS. In ordine ad principium directiuū qualiter? MA. Virtus est habitus electiuus

Virtus ut principium

passiones non sunt virtutes

in medio exstans quo ad nos/determinata ratione ut sapiens determinabit. Habitū dicit virtutē: ut genus eius ostendat propinquū. Est enim virtus qualitas animi nō omnis: sed quae habitus dici solet. habitus quidē a voluntate elicitus & recta ratione determinatus. Potentię autē & passionēs/quae etiā in aīa inveniunt/virtutes nō sunt: quia naturaliter & sine electione insunt: ideo ab his nec laudamur nec vituperamur: sicuta virtutibus. In medio autē virtus existit duorum scilicet extremorum: unius quidem secundum superfluitatē: alterius autē secundum indigentiam. & hoc quidē secundum sub-

Aristotel

Seneca

August

Philos. i
Ethicor

Tullius
riscular
gioni

PHILOSOPHIAE MORALIS

stantiā virtutis: nam scdm rationē boni/ est opimū in illo genere: & ita extremū. Ambo autē vitia (q̄a a recta ratione scdm plus & minus deuiant) alterā extremitatē obtinent. Additur autē q̄ ad nos: nō scdm rem: qd̄ em̄ uni malū est/ alteri cōueniens reperit̄. At quia rectitudo circa mediū in indiuisibili est: ideo bene agere contingit uno mō tm̄: peccare autē modis infinitis. Difficile est em̄ tangere mediū & id tene re. Facile autē circūquaq; ab eodē discedere. quēadmodū videre est in sagittarijs: quorū is tm̄ centrū designatū cōtingit: qui p̄ lineā rectā sa/ gittā dirigit: ceteri autē plus & minus declinant. Determinatio igit̄ in virtute nō cuiuslibet: sed sapientis est scdm dictamē rationis recte. Con forme virtutis definitionē dicitur Aurelius libro de quantitate aīe ponit dices. Virtus est eq̄litas qdā vitē: undiq; cōsonās rationi. **DIS.** In ordine autē ad actū qualiter virtus definitur? **MA.** Vir⁹ est q̄ bo/ nū facit habentē: & opus eius bonū reddit. Virāus autē & q̄ p̄ncipi/ piū: & q̄ actū explicat. Augustin⁹ in li. ij. de libero arbitrio in una com/ plectit̄: cū ait. Virtus est bona qualitas mētis q̄ recte viuūt: qua male nemo utit̄: quā deus in nobis: sine nobis opatur. Virtus est qualitas nō oīs: sed bona: & habit⁹. nō corpis: sed mētis. Vitia autē & si habit⁹ sunt mētis ad malū inclinātes/ a talibus m̄ virtus discreta est: cū dicūt qua recte viuūt. Tunc autē recte viuūt cū hō scdm rectā rationē: ut uti q; sapiens determinabit operatur: ab his autē q̄ ad bonū & ad malum esse possunt/ virtus diuisa est: cū addit̄: qua male nemo utit̄. Licet em̄ virtutibus ut obiectis male & in supbiā quis utat̄: actū m̄ virtutis & ut virtus est habitus directiuus: male nemo utitur. Hęc definitio cōis est omnibus virtutibus. Quod autē adiectū est. quā deus in nobis si ne nobis operat̄: infusus ab acquisitis secernit. Quēdā em̄ virtutes sunt q̄ nullo humano conamine haberi possunt: sed sola dei largitate aīe infundunt̄. ut sunt fides: spes: & charitas: quas deus in nobis sine nobis operatur: sine nobis quidē agētibus: nobis tm̄ vel nō resistentib; vel consentientibus: in ceteris autē etiā nobis agentibus cooperatur. Et has partim doctrina/ partim asuefactione cōquirimus. Doctrina quidē. si quid bonū vel malū/ licitū vel illicitū/ bene maleue fiat aliq; docēte cognoscamus. Hinc Seneca ait. Virtus sine studio sui esse non pōt. Asuefactione vero si id qd̄ bonū cognouimus operamur & diligi mus. non em̄ (inquit Augustinus li. xi. de ciuitate dei. c. xxvij.) qui scit quod bonū est: vir bonus dicitur: sed qui diligit bonum quod scit. Quēadmodū autē una hyrundo nō facit vēr: nec dies una calida estatem: sic nec operatio una bona virtutem/ & mala vitium. Ex acti/ bus autē frequenter iteratis generantur habitus: & quidē tales quales sunt actus. Vnde nō modicū differt iuuenes bene vī male asuedi. Alie terat em̄ consuetudo naturā. maxime autē in his ī quib; prēiā disposi tionē reperit maiorē: & animi passionē magis aut minus radicātā. Nā; Tullio teste. ingenijs nostris inata sunt semina virtutum: q̄ si adolēce

Virtus

Virtus actiua

Augusti.

Idem

Seneca

Augusti.

Phīs. ij.
Ethicorū

Tullius ī
culcanis
questionib;

LIBER XII DE PRINCIPIIS

re liceret/ipsa nos ad beatam vitam natura perduceret. **DIS.** De talibus ut nunc differamus promissorum ordo expostulat.

De passionibus concupiscibilis quę sunt/Concupiscentia/Desiderium/Gaudium/Leticia/Amor/Odium/Fastidium/Abominatio/Acedia/Inuidia/Dolor/Tristitia & Misericordia. Capi. quartum. MAG.

Passio concupiscibilis **P** Affiones siue affectiones animi sunt quas a concupiscibili & irascibili potentijs & obiectis hęc exoriri diximus. Concupiscibilis namq; in obiectu suum/ quod est bonu delectabile fertur vel scdm placentiā vel displicentiā. Placencia autē esse potest respectu boni vel mali. Boni quidē proprii vel alterius. rursus autē proprii distantis vel coniuncti, si distantis & per appetitū simplicē: est Concupiscentia, per appetitū intensu; & est Desideriū. Placencia autē de boni proprii & coniuncti adeptioe: est Gaudiū. de usu & fructu: est leticia/ animi quidē; cū sit circa disciplinās contemplatiuas. corporis/ si fiat circa gustū & tactū. Quas quēdā sunt necessarię & naturales. ut nutrire & indigenti succurrere. quēdā naturales/ sed necessarię nō sunt. ut generare. Comendat em etiā virginitas. Alię cōtra naturā sunt & spū fugiēde. ut gula/ ebrietas/ luxuria/ ornatus supfluis & his similia. Placencia ꝑo respectu boni alterius/ in nobis amorē siue dilectionē efficit cū alteri bonū appetimus. Sed placencia mali respectu proprii esse nō potest (nemo em unq; carnē suā propria odio habuit. inquit Apostolus ad Ephe. v.) sed respectu alieni. & Odiū causat. Malū em appetimus his quos odio habemus. quod si inueterascet/ in Rancorē vertet

Amor Dilectio. **Odium Rancor**

DIS. Concupiscibilis ꝑo quę in delectabile fertur scdm displicentiam/ quas efficit passiones. **MAG.** Displicencia vel est respectu boni vel mali. Si boni/ aut proprii aut alieni. Rursus si proprii/ aut coniuncti vel absentis. Si coniuncti/ sit Fastidiū. quę est simplex respuitio illius boni. & Abominatio. quę est ardens & intēsa respuitio illius boni. Si absentis/ sit Acedia. quę bonū tale adipisci negligit. Displicencia autē boni alieni est Inuidia. Vñ in epistolis Horatius. Inuidus alteri us marcessit rebus opimis. Ar ꝑo displicencia respectu mali/ est vel proprii vel alieni. si proprii/ erit Dolor. q est afflictio ex absentia cōuenientis. & Tristitia ex plentia disconuenientis. Si autē displicencia sit respectu mali alieni/ Misericordia dici potest. **DIS.** Ex his sextuplicē in passionibus concupiscibilis colligo contrarietate. Prima concupiscere & fastidire. Secunda desiderare & abominare. Tertia gaudere & dolere. Quarta letari & tristari. Quinta amare siue diligere & odire. Sexta misereri & inuidere. **MAG.** Scite membra principalia in unū colligis: nec omnimodā illorum conuenientiam aut distinctionē exquirere epitomatis breuitas admittit. **DIS.** Scio. Irascibilem igitur

Placencia
boni proprii.

Placencia
boni alterius.
Paulus
Placencia
mali

Fastidium
Abominatio
Horatius
Dolor
Tristitia

PHILOSOPHIAE MORALIS

simili compendio percurramus.

De Passionibus irascibilis quę sunt Ambitio. Paupertas Spiritus. Spes. Desperatio. Supbia. Humilitas. Dominatio. Subiectio. Contemptus. Reuerentia. Audacia. Pœnitentia. Ira. Impatientsia. Timor & Magnanimitas. Capitulum. v. MAG.

Irascibilis in obiectum suum quod est arduū & difficile fertur p
robur & debilitatē. secundū robur quidē per modū prosecutio
nis. secundū debilitatē vero per modū fugę. Prosequendo tē/
dit. vel in bonum vel insurgit contra malum. Rursus in bonū hono/
ris vel excellentiæ. Quod si distans fuerit tendit p Ambitionē. quę
est appetitus talis boni simpliciter. aut per spem. quę est appetitus ta/
lis boni cū confidentia obtinendi. In obtentū vero bonū honoris / te
dit per superbiam dominationē & contemptū. Superbia equidē alios
cupit excellere. Dominatio p̄esse. Contemptus subiectos paruipē
dere. Contra malū autē insurgit vel memoratū vel præsens vel expe
ctatū per audaciā iram & magnanimitatē. **DIS.** Secundū debili/
tatem vero & per modū fugę quo tendit? **MAG.** A bono vel ma/
lo. a bono dico / honoris vel excellentiæ / p̄senti vel absenti. Si a bono
honorabili p̄senti proprio: erit humilitas. Si ab alieno: erit reuerentia
& subiectio. A bono autē absenti proprio si resistit: paupertas spiritus
est. & simplex illius fuga. vel desperatio. & est fuga intensa propter di
ffidentia obtinendi. A malo autē p̄terito fugit per pœnitentiā. a p̄se
nti / per impaciencia. a futuro per timorem. Quis si fiat in app̄ehen/
dendo secundū dispositionē proximam / agonia dicitur. secundū di/
vocant curam ceremoniarum vel cultum asserit. Per curam actum interiore religionis inquit; qui est deuotio / & oratio. Per ceremoniam inuenerunt ipsius exterioris; qui est adoratio. Religio enim cultus dei est quod grece latría / eusebia vel theusebia dicitur. ut ait Augustinus li. x. de ciuit. dei. c. 1. & consistit in cognitione / dilectione & debita subiectione dei: hoc est quod in Enchiridion dicitur / Fide / Spe / & Charitate colimus & hoc (ut testatur Guilielmus) fit corde per deuotionem & ordinem mentalem. ore / per ordinem vocalem. corpore per adorationem id est genuflectionem / prostrationem vel inclinationem. ope per oblationem / primicias / decimas / sacrificia / & sacramenta &c. DI. Opposita religionis sunt. MA. Superstitio & irreligiositas: illa quidem per excessum / hæc vero per defectum. Superstitio nempe cultum dei vel creature exhibet / vel deo: modo tamen indebito & prohibito: ut puta per ceremonias legis mosaicæ. de spiritibus superstitionis circa finem li. 7. nonnulla deducuntur. DI. Memini. Sed irreligiositas quod dicitur. MA. Quidquid ad contemptum vel irreuerentiam dei & rerum sacrarum fieri potest Dei quidem per contumaciam / & perjurium: nam qui deum per verba aut facta tenet / de ipso scientia voluntate & potestate dubitat: itaque deficit: quia deum vera fide non colit. Si vero quod in periurio deum testem fallitatis aduocat / de ipsius sapientia & iusticia hæsitat. Rerum autem sacrarum irreuerentia fit per sacrilegium: & Simoniam. Sacrilegium quid est: si violentia in personam sacram / locum sacrum vasa sacra / aut res ad sustentationem sacrarum personarum ordinatas committitur. Simonia autem est studiosa voluntas emendi & vendendi aliquid spirituale / aut spirituali annexum / & fita manu: ut dando pecuniam pro obsequio beneficio. ab obsequio: ut dando beneficium spirituale pro obsequio corporali. a lingua: ut conferendo ecclesiam indigno ad preces alicuius

De Pietate / obseruatione / quæ & dulcia de obedientia & gratitudine virtutibus religioni coniunctis: in eo quod cultum debitum Parentibus / superioribus & benefactoribus exhiberi voluit. Capitulum. xxvij. DIS

Pietas

Iteras autem quod est. MA. est (ut inquit Tullius) per quam sanguine coniunctis / patrique beniuolis officium & diligens tribuitur cultus. & hoc quidem propter esse & gubernari: quod a parentibus & a patria participamus. Quia vero deus sumus parens est & gubernator / nonnullumque pietas per dei cultum accipi solet. ut patet per Augustinum li. x. de ciuit. dei. c. 1. Et quia consanguinei ab eodem parente processere teste Philo li. 8. ethicorum ideo nomine consanguineorum parentes / & nomine parentum: etiam consanguinei intelliguntur / nomineque patrie coniuncti continentur. DIS. Parentes esse colendos quantum preceptum decalogi indicat: ubi ideo fortasse longeuias vite promittitur: quia illis cultus exhibetur a quibus nobis vita communicatur. MAG. Probe. Consistit autem parentum cultus in reuerentia / obedientia / & necessitatis cura. DIS. Extrema pietatis quæ

Tullius

Augustinus
Aristoteles

PHILOSOPHIAE MORALIS

sunt? MAG. q̄ a medio recedunt: per excessum quidem / si parentes
 deo in dilectione pponimus. per defectū vero si intuitu dei parentes
 etiam in necessitate constitutos relinquimus: intrando scz religionem
 Thomas nam hoc non expedit secundū sanctū Thomā. Si autem parentes
 1a. 2e. q. c in necessitate nō sunt / licitū est et pietas. teste diuo Hieronymo in epi
 1ar. 4. stola ad Eliodorum. per calcatū inquit perge patrē: per calcata perge ma
 Hierony. rent ad vexilla crucis: quola summū pietatis genus est in hac re fuisse
 crudelē. Amplius aut cum psonę in dignitate cōstitutę gubernandis
 & disciplinę nostrę cura gerant / Patres nō inepte dicunt. Ideoq; & ip
 sis cultus qdam exhibēdus est: quē virtutes obseruāria / & obediētia
 Guilhel. continent. Est em̄ secundū Guilhelmū Parisiē. Obediētia obtempe
 Tullius rantia s̄m regulā sacre scripture maioribus qbuscūq; debita. Obserua
 tia aut ut Tullius ait. est p quā homines aliq dignitate pcellēs cultu
 Philo. & honore designant. Hic cultus Dulia dici potest. Dulis em̄ dicit ser
 uir? p quā exhibet honor superioribus. Honor aut ut ait Aristo. x. Eth.
 est exhibitio reuerētię in signū virtutis. virtutis qdē in honorato: vel in
 eo cuius vices gerit exnūs. Hinc & plati vicioli honorari possunt: im
 1. Petri. 2. mo ad hoc princeps Aplos Petrus admonet dicēs. Subditi estote &
 sequi. non tū bonis & modestis / sed etiā discolis. Ex pcedētibz fa
 cile est & illis p̄tutibus cōtraria assignare. DIS. Facillimū. MAG
 Sicut aut p̄tutibus per pietatē / superioribus per obseruantia & obedi
 entiam quē debemus honorē reddimus: sic bñfactoribus per gratitu
 Tullius dinem vices repēdimus. Est em̄ gratitudo s̄m Tullii qua amicitia
 & officiorū alterius memoria & remunerādi voluntas cōtinet. Norā
 Seneca ter aut de memoria mētiōē facit nam ut ait Seneca li. 3. de bñficijs. in
 gratus est q beneficiū se accepisse negat quod accepit. Ingratus est q
 dissimulat. Ingratus est qui nō reddit. Ingratissimus omnium qui est ob
 litus. Volūtas aut in definitiōe data ponit. nam idem ait. Gratitude
 est minus grata si sit coacta. Est aut in reddēdo bñficiū sumope cauē
 dum / ne citius reddat: aut plus debito differat. nā in his extremū est
 gratitudinis p excessū. Sicut in nō reddēdo alteri extremū est (ingra
 titudo scz) per defectū. Plura de gratitudine & eius p̄tutis induci pnt:
 q̄ epitomatis breuitas excludit. Verūtn id adijciendū utilissimū est: ut
 aposto. 1. ad Corin. 4. qd habes qd non accepisti? qd diceret: nihil. In
 1. thess. v. omnibus igitē gratias agite alio loco docuit. DIS. Nūc vindicatio
 nem exponas.

De vindicta / Crudelitate / & negligentia vitis op
 positis De poenitētia & epikeia. Ca. xxviij. MA.

Tullius Indicatio (auctore tullio) est p quā vis seu iniuria & omne qd Vindicta
 obsecrū est id est iniuriosum defendendo & ulciscendo p pul
 sacur. Necessaria est hec virtus in potestate cōstitutis: verumtn

LIBER XII DE PRINCIPIIS

opere preceptum est ut intentio vindicandis feratur principaliter ad bonum per vindictam percutiendum videlicet vel ad emendationem peccatis vel salutem / adhibitionem eius / & quietem aliorum: iusticie conseruationem & dei honorem nam ut ait Applus Minister dei est quicumque vindex est in iram ei qui malum facit / & hoc acceptum a deo patet: & iam dicta intentione. quam qui alia intentione vindicat non vindictam quae virtus est / sed alterius eius exitum / quod sequitur siue crudelitas dicitur exercet. Sic qui negligens est corrigendo subditos: alterius eius extremum amplectitur / quod negligentia dicitur. Quia autem propria auctoritate vindicare presumit / sibi usurpat quod dei est. Attenim dominus, Mihi vindicta / siue mea est ultio / & ego retribuam eis in tempore. Huius virtuti altera coheret: quae penitentia dicitur: non ea quae laetamentum est: sed quae virtus moralis est. Sicut enim vindicta moralis in alijs punit: sic penitentia in seipso malefacta corrigit. Est enim ut ait Augustinus quidam irascens vindicta punit in se quod dolet commississe. Euenire solet autem sepius ut in ulciscendis & vindicandis iniurijs / de quibus prudens consilium habet / leges expresse non sint: propter casus speciales de nouo emergentes. Necessaria est igitur virtus prudens circa hominum directionem. DIS. Tenacis es memorie si etiam meministi virtutes quando iudicium gnomini exequente ibidem expressas. DIS. Memini, nam epikeia est nomen eius. MA. probe. DIS. hic ne latius de hac differere contendis? MAG. Non est necessarium: nisi fortasse eius descriptio pretermissa sit. Est enim epikeia habitus directivus legis / ubi lex deficit propter aliquem casum particularem. Nonnunquam etiam verba legis permittit, si in conueniens sequitur: & attendit ad intentionem legislatoris quae semper est ad utilitatem reipublicae. Ideoque argui non potest per regulam iuris quae dicitur. Certum est quod is committit in legem quae verba legis amplectens contra legis non voluntatem DIS. Sed dic quidam unde hoc nomen habet? MA. Ab epico quod est supra & ἑπικειν iusticia. DIS. ad alia stilum verte.

De Veritate: Mendacio: Iactantia: Ironia: Similatione & Hypocrisis vicinis veritati oppositis. Capitulū. xxix. MAG,

Vicini sequitur inter virtutes iusticie coniunctas veritas dicitur: una de virtutibus moralibus. DIS. Huius definitionem afferas. MA. Veritas ut Tullius ait. Est per quam imutatae sunt / aut ante fuerunt / aut futurae sunt dicuntur. In actibus quippe humanis quibus homines verbo factoque communicant medium tenere laudabile est. Qui ergo nec verbo nec facto maiora vel minora de seipso dicit aut recognoscit quae sunt / verax dicitur a veritate virtute iam definita. Sub hac simplicitas ut excludit duplicem cordis & dolum super & Fidelitas: quae consistit in reddendo promissa continetur Verum ut ait Isidorus in malis promissis fide rescindere licet, nec tamen veritas est in dictis de seipso sed etiam de alijs ut

applus ad
roma. 17.

Deut. 32

Augusti.
de pe. dis.
3. pa. pnia,

l. non dubi
C. de. leg
de regulis
jur. li. 6.

Tullius

Isidorus
22. q. 4. in
malis.

crudelitas
negligentia

penitentia

Epikeia

Veritas

Simplici
tas.
fidelitas.

PHILOSOPHIAE MORALIS

data inuit definitio. q̄ communis est. DIS. Extrema autem q̄ sunt

MAG. Iactantia & Ironia siue irrisio. Hic iactator & irrisor vel iron
dicunt q̄ dictis laborar̄ vicijs. Iactator maiora de se verbis & factis in
git q̄ sint in eo/aut ppter gloriā aut lucrū aut quia talis est. Iron vilis
& minora de se dicit q̄ in eo existant: vilis nempe/que in se nō cogno
scit de se dicit: & maiora que in psona sua scit de seipso negat. Nō est
igit Iron qui vilis de se dicit q̄ in se cognoscit: aut maiora obriciens nō
tñ negans minora: q̄ eā in se scit dicit. Quia vero dictū est veritatē
etiā ad extranea pertinere: s̄m hoc aliud opposuit cōmunius iā dicta in
cludens eidem assignat. DIS. Quod? MAG. Mendaciū quod

Iactator.

Iron

mendaciū
triplex

Similario
Hypocri.
lis.

32. p. 2. ca.
ualem.

Augusti.
12. q. 2. pri
mum.
Thomas
22. 25. q. c.
xi.
Hierony.

sus. officiosum: qd sit unitatis causa Et pnciosum: qd sit animo fallē
di alterū ut ei noceat. sub his cōtinent octo spēs ab Augstino li. cōtra
mendaciū enumerate. Similario q̄ mendaciū est in exteriorū signis
factorū consistens s̄m Thomā. sub hac etiā hypocrisis cōtinet: q̄a simi
latio quēdā est q̄ quis fingit se psonā alterius. ut peccator fingit se p
sonam iusti. Est tñ quēdā similitio q̄ interdū est utilis. ut ait. s̄ Hiero/
nymus. ut q̄ Christus se lōgius ire sinxit discipulis cū ibus in Emaus.

De amicitia siue affabilitate: Discolia & Adulatione. De Amicitia & generibus ac proprietatibus eiusdē Ca. xxx. MAG

Abitus autem quo se aliquis delectabilē alijs verbis factis ve
h exhibet: in his que seriosē sunt: Amicitia vel magis propriē af
fabilitas dicitur. Hinc amicus siue affabilis: qui cunctos grate
alloquitur ut eos delectet & neminē contristet: scit em̄ conformare
se moribus diuersorū. DIS. Extrema huius q̄ sunt? MAG. Pla
ciditas & discolia. Nā qui affando abundat tñ ut delectet/placidus
est. Si autem hoc causa lucri faciat/ blanditor siue adulator dici solet.
Qui aut affando deficit/neminē verbis aut facto delectat/quinimo
eos cū q̄bus cōuersatur cōtristari non veretur: litigiosus siue discolus
recte notatur: nec homo dici meret. Est em̄ homo naturaliter aīal so
ciale. societas aut sine affabilitate conseruari negr. DIS. Qua rōne
illos virtuosos asseris q̄ affando hoībus placent: cum scriptura huius
cemodi reprehendat: ait em̄ regius ppheta in psalmo. li. Deus dissi/
pauit ossa eorū qui hoībus placent: & Sapiens. ante sermonē nō lau
des viri. Et rursus. ante mortē non laudes hominē. MAG. scriptu
rura imoderatam affabilitatē respuit ex q̄ aliquid mali seq̄ pōt. mo de
ratam vero commendat alio loco dicens. Cōgregationi pauperū affa
bilem te facito. DIS. Qua de re hanc virtutē magis pprie affabili
tatē q̄ amicitia notatam asseruisti? MAG. quia pprie factis aut ver
bis exterioribus ostenditur: si etiā affectu verū amoris mens non affi
ciatur: & ad omnes notos & ignotos exercetur. Amor autem qui in

Amicitia.

Placidus.
Adulator
Discolus

Plamista
Eccl. 28.
& xi.
Eccl. 4.

LIBER XII DE PRINCIPIIS

Amicitia

affectu est pprie amicitia dicitur: & hec a Phō li. viij. & ix. ethicorū de/ Phūs
scribitur. DI. Quōd MAG. Amicitia est beniuolētia mutua nō
latēs ratione boni. In hac definitione bñuolētia gñs est. Mutua p di
fferētia addit: qā debet esse readamatio amari: q edā se ab alio amari
scire debet. Ideo adiungit nō latēs: sed parēs & manifesta. non verbo
aut lingua tm: sed ope & veritate. ut Ioannes admonet dicēs. Non di
ligamus verbo aut lingua: sed ope & veritate. nā q aliter amat/ amicus
solo nōse est: inquit Sapiēs. Per ultimā clausulā definitionis q dicitur
ratione boni/ finis & causa amicitie ponunt: q sunt bonū vel utile vel
delectabile vel honestū: & scdm hēc tria bona tria amicitie genera dis
tinguuntur. Prima duo genera/ sicut cito oriuntur: sicut cito faciliq; dis
solvuntur: cessante scq; bono delectabili vel utili. unde Sapiēs ait. Si lar
gior ei fueris/ assumet te: & si nō habueris/ relinquet te. Amicitia vero
quē est ppter bonū honestū (qd est virtus) ut oriatur longiore indi
get experientia & difficilius soluitur. Tullio nāq; attestante li. de natu
ra deorū. Nihil est virtute amabilius. nihil qd magis alliciat ad diligen
dum: cū ppter veritatē & pbitatē etiā q̄s nunq; vidimus diligamus
Vnde & idē ait libro officiorū. Omnīū societatū nulla pstantior: nulla
firmior q̄ cū viri boni/ moribus similes sunt familiaritate coniuncti.

Amicitia

DIS. Qualiter autē soluit amicitia? MA. Si alter in viciū incor
rigibile ceciderit/ aut ultra aliū in virtute multū pferat: aut i sublimio
ri officio in statu cōstitutus fuerit: aut longius diutiusq; se sine spe re/
uertendi absentauerit. Proprius em amicitie actus est cōiuere delecta
biliter & unanimiter: qā amicorū idē velle idē nolle est: inquit Cicero
Et rursus amicitia definies ait. Amicitia est rerū humanarū & diuinarū
cū beniuolentia & charitate cōsensio. Amicorū insup oīa debet esse cōia
xii. q. i. dilectissimis. Amor etiā verus amantē in amantē trāfert. Ideo
verus amicus est alter ipse. unde Seneca. Si aliquē amicū existimas cui
nō tm vis cōtū tibi/ vehementer erras. Et Aristophanes dicebat hāc esse
amicorū cōditionē ut unus esse vellet alter: vel in altero. Alludens hūc
Ioannes apl's ait. Qui manet in charitate in deo manet & deus in eo.
Et quod Paulus dicit. Qui adheret deo unus spiritus est. In omnibus
quocq; (uē ait plato) similitudo est amica. In casibus autē assignatis si/
militudo deficit: & cetera q̄ iam dicta sunt esse desinunt. DIS. Res p
ciosa est vera amicitia. MA. Etā fili. nā ut ait Sapiens. Amico fidei
nulla est cōparatio. Non solū autē amicitia res p̄ciosa est: sed virē huma
nē necessaria. ut habet Aristoteles. viij. ethicorū & Sapiēs testat dicēs.
Vt soli: qm si ceciderit nō habet subleuantē. Subleuat autē amicus di
ues pauperē/ in necessarijs subueniēdo: & paup diuitē ptegēdo: iuue
nis/ senē fouendo & consolando. Senex autē iuuenē a via mātā reuē/
cādo. Quod nimirū cōsiderās Quintilianus declamationū li. v. di/
xir. Non reperio qd in rebus humanis excogitauerit natura pstantius
amicitia. Et Tullius li. de amicitia. Omnib; inqt rebus hūanis amicitia

Phūs

1. Ioan. 3
Eccī. 37.

Eccī. 17

Cicero

Idem

Aristote
Seneca
Aristo/
phanes
Ioannes
Aposto
Plato

Vale

Seneca

Eccī. 6.

Aristote
Eccēs. 4.

Quint
Tullius

PHILOSOPHIAE MORALIS

proponenda est/nihil enim est tam naturę apertum tamque cōueniens ad res secundas vel aduersas quę amicitia. Illas ac plerasque alias amicitie proprie tates antiquius apud Romanos pictura amicitie demonstrabat. DI. Cuiusmodi? MAG. Depingebatur iuuenis forma discoopta capite quę erat tunica rudi induta sin curę fimbria scriptum erat Mors & Vita: in fronte estas & hyems: habebatque latus apertum usque ad cor: & brachium inclinatum/digito cor ostendens. ibi scriptum erat longe & prope. DI. Edissere queso singulorum significationem. MAG. Forma iuuenilis indicat aui quam semper reuerentia nullaque temporis diuinitate tepescere. Nudum caput ut omnibus pateat / & amicus nullo unquam tempore amicū suū publice cōfiteri erubescat. Rude autem indumentum / ostendit ut amicus nulla ardua / extrinsecus inopiam pro amico subire non recuset. Vita & mors in vestimento scribuntur / nam qui vere diligit usque ad mortem amat. Estas & hyems quia & in prosperis & in aduersis eque Amicitia seruat. Latus apertum

typ⁹ amic
quę

habet usque ad cor quia nihil amico celat. Brachium inclinatum & digito cor ostendit: ut opus cordis / & cor vobis correspondeat longe & prope scriptum est quia vera amicitia nullo tempore abolet / nulla uel locorum / intertapedine amicum separat. DI. Bonus quę per omne viuendi spacium taliusmodi amicus aderit. MAG. E regione vero miser solus ab omni fidei societate alienus nam ut ait Valerius maximus. li. 4. Deserta est vita hominis: nullius amicitie cincta presidio. & Seneca ad Lucillum. Nullius boni sine socio iocunda est possessio. DI. manifesta sunt hæc: ad reliqua peruenimus. MA. Affabilitati vicina est. Eutropelia: medium in iocosis verbis vel factis constituitur. magis tamen proprie temperatione coheret ideo tractatum illius in eum



pp

Valerius

Seneca

LIBER XII DE PRINCIPIIS

locum ubi de temperantia agetur reservamus. DIS Optime. Nunc igitur liberalitate inter virtutes iustitiae vicinas connumerare edisseras.

**De Liberalitate / Avaritia / & prodigalitate
virtutis oppositis. insuper de misericordia / &
eius extremis. Capitulum. xxxi. MAG.**

liberalitas
pecunia

I Liberalitas affectum animi ad pecunias moderat. Pecunias autem ut ait Philus. 4. Ethic. omnia dicimus quorum dignitas nummismate mensuratur ut sunt omnia quae possidet homo in divitiis. Dicit autem philosopho. 1. q. 3. totum Augusti.

avaritia
triplex.

cunia a pecore. antiqui enim habebant in pecoribus quod habebant. inquit Augusti. 1. de doctrina christiana & canon. Qui ergo pecunias dat quibus optet: quantum ubi & c. delectabiliter: nec in dando tristatur: liberalis dicitur. tali modo etiam pecunias a suis possessionibus recipit: ut alijs dare habeat. dat tamen libenter quam recipiat: quia dare est difficilius & periculosius quam recipere. ut patet testimonio christi dicentis. Brevis est dare quam recipere. & Ovidius. Crede mihi res est ingeniosa dare. DI. Extrema huius quae sunt. MA. Avaritia & prodigalitas. Avaritia nempe ut Tullius ait est inordinatus amor habendi. Consistit autem in tribus. in appetendo: accipiendo & retinendo. Prima prohibet Exodi. xx. Non concupisces rem proximi tui. Secunda fit furto / usuris / rapina ludo illicito / fraude / perjurio: mediatio & similibus a scripturis non modo divinis / sed & legibus Imperialibus prohibitis. Nam ut inquit Tullius li. 2. of ficio. Nullum vitium deterius est Avaritia: praesertim in principibus & reipublicae gubernantibus. Tertia quae apud liberalitatem opponitur: tenacitas dici solet: & ut huius vitii immanitate Doctores sancti ostendunt / Avaritia omnium malorum radicem appellatur ut patet per Augustinum de civi. li. 1. c. 10. Idem sentit beatus Gregorius. 4. 7. dist. bonorum auctor. 22. dist. Haec ergo de pecunia dist. 2. quae & Apertus ad Thimo. 6. sola haec crescit in senibus / vitii declinationibus. nec huius crementum est finis aut numerus. Iuvenalis. Crescit amor nummi quoniam pecunia crescit. & Ovidius. Creverunt & opes & opum furio salubido: Et cum possideant plura / plura petunt: Sic quibus intumuit suffusa veterabunda. Quo plus sunt potius plus sitiunt aquae. & Sapiens Ecclesiastici. Avarus non impletur pecunia: & qui amat divitias fructum non capiet ex eis. Idem Horatius divitiis impletur dicens. quod iuvat imenit te argenti pondus & auri Furtim defossa timida deponere terra. Et rursus Sapiens. Cuncti dies eius (scilicet divitis) pleni sunt laboribus & erunt: nec per noctem mente quiescit. Et alibi Avaro nihil est sceleratius. Ob id ait Virgilius. quod non mortalia pectora cogis: Auri sacra fames. & Lucanus li. 1. q. 1. Ferrum mortem timere auri nescit amor. Semper enim Cut inquit Horatius in Epistolis avarus eget. Ipsi namque tam deest quod habet quam quod non habet. ait Quintilius. & Boetius li. 3. consolatoris Philo. Avaritia nihil satis est. & ut testatur Seneca ad Lucillum. Cum caetera vitia cum senescere hominem senescant sola avaritia juvenescit. & ut addit Asculanus semper virides frondes servat. DIS. Sufficiens ad praesens pestiferam tenacitatis acule /

philoso.
1. q. 3. totum
Augusti.

Ovidius
li. sine tit.
Tullius.
Exodi.

Tullius

augusti.
Gregori.
apertus.
Iuvenalis.
Ovidius.
in fastis.
Ecclesi.
horatius.
in sermo.
Ecclesi. x.

Virgilius.
Lucanus.
Horatius.
Quintili.
Boetius.
Seneca.
asculanus.

PHILOSOPHIAE MORALIS

os ostendisti: ad aliud liberalitatis extremum queso sermonē vertas.

aristotel. **ambrosi.** **MAG.** Secundū Liberalitatis extremū prodigalitas est: in hoc a virtutis medio recedēs q̄a dat eū ubi: cui: & q̄n: nō oportet. Multis igitur
 (ut inq̄t Aristote.) prodigus pdest & facile sanat: cū em̄ oīa effuderit/
 cessabit: sed hoc vidolū esse. s. Ambro. li. Offici. insinuat. Insup qualiter
 liberalitas s̄uatīs debitis circūstantijs p mediū secure p̄grediat: copio
 se demonstrat. **DIS** Ita me in c. nō satis dis. 86. legisse meminisse nī
 fallar Liberalitatē nōnunq̄ mīam vocat. **MA.** haud falleris. Mīa em̄
 & si sit effectus charitatis / in actū tñ exteriore s̄ilitudinē hēt cū liberalita
 te Huic q̄ntū ad actū q̄ est dare opponit obduratio: q̄ntū ad actū q̄ est
 misereri / orariat inuidia. Mīe lōgior tractat⁹ theologicē resquandus est

**De Magnificentia Banausia / & parificentia vitijs
 oppositis. Et quomodo Magnificentia etiā reperitur
 in pauperibus. Capitulum. xxxij. MAG.**

Iberalitati p additō; Magnificētia p̄xima est. liberalitas nāq̄
 cōm̄ usum pecunię respicit: magnificētia magnū sumptū ip
 sius attendit. Magnificus equidē prompte delectabiliter: ubi:
 & q̄n: oportet magnos sumptus facit attēta sumptuū & opis circa q̄d
 expēdēdi sunt p̄pōrtiōe iuxta Domini vocē. Quis ex vobis volens
 turrem edificare / nō prius sedens cōputat sumptus qui necessarij sunt
 si habeat ad p̄ficiendū. Vnde principaliter hęc virtus locum habet re
 spectu rerū cōmuniū & diuinā. utputa circa edificatiōes templorum.
aristotel. Ecclesiā & hospitaliō. nec ut ait Philosophus q̄ro Ethicorū Mag/
 nificus sumptuosus est circa seipsum / nisi in his q̄ sine solennitate li /
 cite fieri nō possunt utputa in nuptijs / in trionisatiōibus / & similibus.

DIS. Regia videtur hęc virtus: & paucis accomodatus actus eius.

MAG. Sane dicis. diuitibus em̄ & potētib; (ait Ambrosius) sup

abundantia datur a deo: ut meritum bonę dispensationis acquirant.

Quantū vero ad habitum & interiōrē actum / qui est electio interiōr

hęc virtus etiā pauperibus inesse reperitur: unde & Dñs mulierem

pauperē cū q̄ in gazophiliatū misit duo gr̄a minora plus obrulisse q̄

diuites cōmendauit. Et illud Tullius innuere visus est: cum ait Mag

nificentia est rerum magnā & excelsarum cum animi quadam am

pla & splendida p̄positione / cogitatio / atq̄ administratio. ut cogita

tio referatur ad actum interiōrem: & administratio. ad exteriōrem.

DIS. Extrema huius quę sunt. **MAG.** Banausia (quā nos con

sumptionem dicere possumus) & parificentia. Banausus em̄ mul

ta cōsumit inuolūter ubi: & quando nō oportet: ad instar fornacis om

nia consumens. Vnde nomen traxit. Paruificus vero estimat se sem

per plus fecisse q̄ oportet. Vnde interdum propter paruum quod

exponere non vult / operis magni dignitatem totā perdit aut di

minuit. Nec te lateat Magnificentiam inter eas quę fortitudini

pp q̄

LIBER :XII. DE PRINCIPIIS

enumerantur connumerati. quia etiam tendit in aliquid arduum sicut fortitudo:

De Fortitudine & qualiter etiam in beatis
martyribus fuerit. De Timiditate & audacia
vitijs oppositis. insuper de virtutibus forti-
tudini annexis. Capitulum. xxxiij. DIS.

Fortitudo in quibus virtutis non est locus. Hanc autem homines tantum qui animi passionibus. Audacia scilicet & timore circa pericula moderantur. Est enim fortitudo. ut inquit Philosophus medietas circa timores & audacias. Fortis equidem intrepidus & delectabiliter terribilia imminencia aggreditur: vel illa sustinet propter bonum rationis. Maxime autem in bello: ubi bonum commune & salus reipublice. tueretur & maximum terribilium quod est mors expectatur. Hanc virtutem quantum fecerint & excoluerint veteriores / ferme omnes historici damitant. Hac maxime daruere milites Christi: sancti martyres: qui ut ait Apostolus ad Hebræos. xi. in testimonium fidei fortes facti sunt in bello / obdurauerunt ora leonum / extinxerunt impetum ignis: effugarunt aciem gladii: castra venterunt exterorum. alij discendi sunt non suscipientes redemptionem. alij vero ludibria & verbera experti insuper & vincula & carceres / lapidati sunt / secti sunt: tentati sunt: in occasione gladii mortui sunt. Nec tamen omnes martyres censent qui talia passi sunt: sed qui ex charitate & causa fidei talia subierunt. DIS. Extrema fortitudinis quæ sunt? MAG. Timiditas & Audacia. DIS. Timiditas quid est? MAG. Est passio appetitus succumbentis circa terribile. Timidus enim siue mollis refugit huiusmodi aggredi & sustinere eo quod sibi videatur intolerabile. Srenuus autem honestos labores hilariter adit: timidus ab aggressis recedit. Hec passio animam multum cruciat: excedit enim (inquit Quintilianus) omnem calamitatem diebus ac noctibus timere. DIS. Audacia quid est? MAG. Est passio appetitus confurgentis circa terribilia. Hanc fortitudo temperat: dum bonum consequens & circumstantias actus prudenter pensat. sepius enim audax siue pernix sine ratione / more ferantur maximis periculis se ingerit. Vnde virtute non pollet sed vicio temeritatis intumescit. quod ut Tullius ait li. v. artis noue Rhetorice. Est animi inconsiderata dolorum perpessio ne gladiatoria periculorum susceptio. Et hoc quidem ob modica: aut etiam nulla bona: in amore virtutis: sed inanis glorie. ideo non ab re superbus dici potest: quia frequenter inimicum humilem aut deiectum floccifaciens / inconsiderate & animo tumido aggreditur. sicut Goliath Dauidem a quo iusto dei iudicio interijt. Nam ut ait quidam. Pauca necat morsu spaciosum viperaturum. A cane non magno sepe tenetur aper. Qui

PHILOSOPHIAE MORALIS

autē vera virtute fortis est: nec temere audent / nec incōsulte timet. ait di-
 Augusti. uis Augusti. & Hierony. sup Iohē. Iusti & fortis viri est nec aduer-
 Hierony. sis frangi / nec prosperis subleuari sed in utroq; moderate conseruari.

DI. Nunquid hęc virtus cū cardinalis sit / annexas alias hęc MA.
 Habet q̄s cōmemorauimus: sc̄z patientiā / perseverantiā / magnificētiā
 & magnanimitatem. DIS. De his quoq; pauca subiungas.

**De Magnanimitate / & quomodo non est contra-
 ria humilitati. de proprietatibus magnanimi. insu-
 per de præsumptione / & pusillanimitate vicij op-
 positis. Capitulum. xxxiij. MAG.**

Ire actus fortitudinis qui est pericula aggredi / necessarius est
 c animus promptus: ad quē adiuvat fiducia: quā pauloā defi-
 niuimus: sub q̄ & Magnanimitas exprimitur. Magnanimitas magnani-
 em: ut est q̄si pars fortitudinis: est spontanea difficultium aggressio. neces- mitas
 se est etiā ne animus ab inceptis deficiat: ad qd magnificētia conducit.
 Est em̄ gloriosa qdā animi claritudo / pulchre res arduas administrās
 Macrobi. id est exeq̄ns. Et Macrobius de somno Scipionis. Magnificētia est ne magnifi-
 gociorū difficultiū & pēlarorū cōsumatio. sic acceptę magnificētia & ma- cētia
 gnanimitas: ut sunt circa res arduas & mortis pericula: q̄i partes sunt
 fortitudinis: sed ut sunt circa alias materias arduas. uipua magnificē-
 tia circa magnos sumptus: & magnanimitas circa magnos honores
 virtutes sunt morales / speciales / fortitudini tñ ut principali connexę

DI. Paulo ante de magnificētia dictum recolo: hic magnanimitate
 describas. MAG. Magnanimitas dicitur q̄si magnorū / siue ad may Magnani-
 gna animositas. Maximum autē quod in ulum hōis inter exteriora mitas
 venit: est honor. Hunc em̄ Deo adhibemus nihil maius habentes. Ho-
 nor in signum virtutis exhibetur: is autē cui honor exhibetur excede-
 re pōt & deficere aut medio modo se habere: & tūc magnanimus ap-
 pellatur: qui magnis honorib; quib; ob magnitudinē donorū dei &
 virtutum dignus est: dignificat se & qñ oportet. DIS. Nec hoc vir-
 tuosum videtur. Humilitas em̄ q̄ mater virtutū & custos est: talia con-
 temnit. MAG. Hęc contraria non sunt. Magnanimus em̄ conside-
 ratis donis dei / ad pfecta virtutis opa tendit: & honores in signū talitū
 exhibitos non respuit. Humilis vero defectibus pprijs penatis seipm
 contemnit. Magnanimus viduos & a virtutibus deuiantes despicit.
 Humilis defectus aliorū obliuiscens / bona tñ (si q̄ sunt) inspicit: & his
 comparatis ad defectus pprios se ceteris inferiorem cōstimat. Et utm̄
 c virtuosum est. ut rex David uno versiculo indicat dicēs. Ad nihilū
 deductus est in conspectu eius (sc̄z magnanimi) malignus. Timētes
 autē dominum glorificat (sc̄z ipse humilis.) Est autē si diligenter atad
 uerteris: magnanimus sc̄q̄m oēs virtutes pfectus: alias em̄ non esset

pp ij

LIBER XII DE PRINCIPIIS

Proprietates magnanimi. magnis honoribus dignus. Hunc Phis a quibusdam proprietatibus Aristoteles cognoscendum describit. Est enim primo motu lentus & voce grauis: quia non circa multa discurret: sed circa magna intendit. Secundo est beneficij imemoria: quia pro beneficio gratis accepto non vult alijs subdi immo magis gaudet in potiore vices rependere. Tercio utitur ironia quia inferioribus non totam suam magnitudinem ostendit: sed maiori bus tantum. Quarto non conuiuit alijs: quia adulatione deuitat: ideo multitudini se non immiscet semper: sed quando & licet oportet. Quinto preponit infructuosa fructuosis: id est honesta quæ ad aliam necessitatem non ordinantur: preponit utilibus quæ ad alias necessitates profunt & fructificant. Hinc Themistodes dum de marito filij sue quæret: an pauperem & virutibus ornatum/vel locupletem & parum pbatum habere velleret: respondit. Malo virum pecunia indigentem/ quæ pecunia viro. **DIS.** Extrema huius quæ sunt. **MAG.** Presumptio & pusillanimitas. Presumptuosus namque ad maiora tendit quæ sibi conueniant: aut querit honorari ex bonis fortunæ: quibus proprie honor nullus debetur. Hinc etiam ambiciosus dicitur: amans primos ambitus in conuiuijs. Pusillanimitis vero recusat in id tendere quod ei commensuratum est & respuit honores quibus dignus est. id frequenter ex accidia puenit unde & piger seruus merito a domino suo cuius pecunia abscondens nihil negociatus est/ reprehenditur. ur scribit Matheus .c. xxv. **Mat. xxv** Magnanimus autem per medium horum utilissimus ibi: honores quibus dignus est accipit: & illos in deum (a quo dona propter quæ honoratur habet) refert dicens. Non nobis domine non nobis: sed nomine tuo da gloriam **Psalm. 114.** Sicut autem magnificentie quæ est circa magnos sumptus/ liberalitas iungitur quæ est circa communes sumptus: sic magnanimitati circa honores magnos consistente/ Euphilothimia iungitur.

De Euphilothimia. Capitulum. xxxv. **DIS.**

Euphilothimia Vphilothimia quæ virtus est. **MAG.** Quæ modum circa acceptionem honoris communis debiti constituit. dicta a philo quod est amor & thimos debitus. hinc euphilothimus id est debiti honoris equus amator. **DIS.** Extrema illius quæ sunt. **MA.** Philothimia & Aphilothimia. Hinc philothimus id est amator honoris etiam sibi non debiti. Et Aphilothimus etiam debitos honores non diligens. Hoc autem & si vicium sit morale: in domo tamen domini humilitatis vestigia sequi poterit: si iste honoris contemptus ex consideratione propriæ defectuum processerit. Alia quæ circa magnanimitatem occurrunt vicia circa hanc virtutem occurrere possunt/ & circa honorem communem. reliqua percurramus.

De Perseuerantia/ pusillanimitate siue mollicie & pertinacia. Capitulum. xxxvi. **DIS.**

PHILOSOPHIAE MORALIS

Onsequens est ut pſeuerantiam videamus. **MAG.** Perſeuerā Perſeuerā
Tullius c. na ut Tullio placuit. Est in ratione bene considerata ſtabilis p/ tia
Quintil petuacq; pmanſio. Labori em̄ inquit **Q**uintilianus oportet inſi
li. cauſar ſtere ubi effectus pmititur. Et i uſus pſeuerandum eſt quia cepimus
Ouidius DIS. Quid ſi vires deſciant? **MAG.** Animo em̄ (inquit idem)
 pſeueremus: nam teſte Ouidio in de ponto. Omnia deſcunt: anim⁹
 tñ omnia vincit. Ille etiā vires corpus habere facit. Hec virtus ſili adeo
Lucret. 9. neceſſaria eſt: ut ſine ea viriliter aggredi oīn⁹ nihil proſit. ſicuti ipſa ve
Mat. 24. ritas Chriſtus teſtatur dicens. Nemo mittens manum ſuam ad aratru
7. q. 1. ſug & reſpiciens retro (ſc; animo penitendi) aptus erit regno dei. Et ruſus
geſtū de qui autē pſeuerauerit uſq; in finē hic ſaluus erit. & Apl's. Non corp/
pe. diſ. 2. nabit niſi qui legitime certauerit. Ablata autē pſeuerantia (ut ſanctus
pa. multi Bernhardus ad Ianuenſes ſcribit) nec obſequiū mercedē habet: nec be
Hierony. neficiū gratiā: nec laudē fortitudo. Et in chriſtianis (Hieronymo dicē **Bernhar.**
 te ad Furiā) non queritur iniuria ſed finis. Paulus male incepit: ſed be
 ne finiuit. Iude laudant exordia: ſed finis pditione damnat. Et idem
 ſup Mattheū. Non em̄ coepiſſe virtutis eſt: ſed pſeciſſe. coepiſſe enim
Gregori⁹ multoꝝ eſt: ad culmē autē veniſſe paucoꝝ. Adſtipulatur qd Grego
 rius dicit. Multi bene incipiunt: & male finiunt: quia nō pſeuerant.
 de pe. diſ. 2. pa. multi. Et iterum. Incaſſum inquit bonū agitur ſi añ ter
 minum vitæ deſerat: quia & fruſtra velociter currit: qui priuſq; ad me
 ras pueniat deſiit. de pe. diſ. 3. c. Incaſſum. Sed in his qd diutius mo
 ror: cum nec tota die omnia in laudē pſeuerantiæ adducere qam/ ſi
 etiā memorię tenerē. Huic oppoſita ſunt mollicies & pūacia. Molliſ
 criſticijſ vincit: & ppter diuturnitatē & laborē facile a bono recedit. nā **Molliſ**
Phil⁹ ut ait Theſenti⁹ in Andria. ingeniū eſt oīm a labore proclue ad libidi/
s. Ethico. nē. Pertinax autē plus q̄ oportet i ſuo ſenſu ſtat. & illi ſūt frequēt me
 lācolici: & enā ſupbi: qui ſibi ipſis vident ſcioli. Quibus dicit. Ne in
 mitaris prudentię tuę. & alibi. Nolite eſſe prudentes apud voſmetipſos
 DIS. Satis patet ex his pſeuerantię ratio Patientiam videamus.

De Patientia: ſub qua continetur conſtantia & longanimitas. Capitulum. xxxvij. **MAG**

Atientia ut inquit Tullius eſt honeſtatis ſiue utilitatis cauſa re **Patientia**
 p rum arduarū ac difficiliū voluntaria ac diuturna ppeſſio. Au
Auguſti. guſtinus libro de Patiētiā inquit. Patientia virtus eſt qua mala
Gregori⁹ equo animo toleramus. Gregorius vero ſup Lucā ait. Patientia eſt alie
 na mala ſequanimiter perpeni: & nullo malo animo in aliquē ad vindī
 etiā moueri. Hec ut plurim⁹ edoceri poſſet auctoꝝ teſtimoniis: prior
Horatius eſt partiū fortitudinis. uñ Horati⁹ in odis. latius regnes auidū domā/
 do ſpm: q̄ ſi Libyam remotis Gadibus iungas: & interq; pœnus Ser
 uiaq; uni. Gades inſula eſt ubi ſunt columnę herculis inter Aphricā &
Ouidius Europam etiā a pœnis. id eſt Afris inhabitata. & Ouidius de arte
 pp hij

LIBER .XII. DE PRINCIPIIS

Cede repugnāti/cedendo victor abibis. & moralissimus Cato. Queq; Cato:
superare potes interdū vince ferendo. Si forte hec tibi haud satis force
runt/audi Sapientē. Melior est patiens viro forti.ubi glosa. Minor est
victoria urbes expugnare q̄ seipsuz vincere.nā teste Seneca. Bis vin
puer. 16.
Seneca
cir quē se vincit:& his interimī qui suis armis perit. Hui⁹ tā p̄clarę vir
Ciprian⁹
tutis p̄conias. Ciprianus in ep̄la de bono patētię lucide explicat di/
cens. Patiētia est q̄ nos deo cōmendat & seruat/Ipsa est q̄ irā tempe
rat:linguā refrenat:mentē gubernat:pacē custodit:disciplinā regit:li/
bidinis impetū frangit:tīmoris violentiā cōprimit: incendiū simula
tis extinguit:cohercet potentiā diuitū:inopiā pauperū refouet:tuetur
